13
17 E
21

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13. 21. i. 22

TRACTATVS
DE COGNITIONE CLERICATVS

Ad Ritum CCXXXV. Mag. Cur. Vicar. Regni Neapolitani,
Incipit, *Item ſeruat ipſa Curia quòd nullus Clericus*,
Opus non vulgaris doctrinæ, nec contemnendæ vtilitatis Laicorum vtpote Iudicum conſcientias, & Eccleſiaſticorum prætenſiones concordans.

Ad Illuſtriſſimum atque Excellentiſſimum Dominum
DON ANTONIVM ALVAREZ A TOLETO, ET BEAMONT,
Ducem Albæ, ac Neapolitani Regni Proregem ampliſſimum.

Auctore
DON PETRO DE VRRIES, HISPANO I. C.
Olim
In Florentiſſima Oſcenſi Academia Iuris Pontificij Veſpertinæ Cathedræ publico, & ordinario Interprete,
Poſtea verò
IN EADEM MAGNA CVRIA VICARIÆ REGIO
Criminalium Cauſarum Judice,
Nunc autem
Gentis Bellicæ eiuſdem Regni Generali Auditore.

Cum Summarijs, & Indice Notabilium Rerum, quæ in hoc opere continentur.

Editio ſecunda Operis dignitatem commendans.



DVACI,
Excudebat GVLIELMVS ALKOSTIVS.

Anno M. DC. XXVIII.

CVM PRIVILEGIO.

APPROBATIO

Ex præſcripto Illuſtriſsimi, ac Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Zapatæ, olim Neapolitani Regni Proregis,

Per Doctiſſimum I.C.Dom.Scipionem Rouitum, Regium Conſiliarium.

Illuſtriſſime Domine.

VIDI, tuo iuſſu, luculentiſſimos Commentarios ad Ritum CCXXXV. Magnæ Curiæ Vicariæ, elaboratos per V. I. D. Don Petrum Vrries Hiſpanum, Virum eruditiſsimum, & in eadem Magna Curia Latrunculatoris munus exercentem; in quibus adeò fœliciter materiam facultatis Iudicis Laici, circa cognitionem qualitatis Clericatus per reos allegati, enucleauit, inextricabiles ferè oppoſitiones, primo aſpectu indiſſolubiles, per veras, & iuridicas diſtinctiones mirificè diſſoluendo, omneſquè applicabiles quæſtiones adducendo, & reſoluendo, atque copioſa methodo Praxim cum Theorica coniungendo, vt nihil vltrà deſiderari poſſit, & nullam vlteriùs dubitandi anſam Poſteris reliquerit: & proindè illos, omni mora poſtpoſita, typis cudendos cenſeo, ad communem omnium Pragmaticorum vtilitatem. Tibique omnem precor fœlicitatem. Vale. Neapoli. XV. Calendas Maij. 1628.

Veſtræ Illuſtriſſimæ, & Reuerendiſſimæ Dominationis

Humillimus ſeruulus

Scipio Rouitus.

Imprimatur

Valenzuela Regens.

Franciſci

Franciſci Viuij I. C. Aquilani Ad Doctiſsimum V. I. C. Domin. Don Petrum de Vrries, Militem Hiſpanum, ac Aquilanum Patricium; Conciuem ſuum,

EPIGRAMMA.

Quàm legum præclara refers oracula! vates
Quæ nec fatidicus Delius ore canat:
Nec mirum; tibi priſca dedit cunabula Cœlo
Aſtræa, & Cœli te Dea lacte aluit.
Te legum, PETRE, Oceanum videt Orbis, & omne
Ingenium famulas jam tibi ſoluet aquas;
Maximus & merito te attollet honore PHILIPPVS,
Teque dabit Regnis conſuluiſſe ſuis.

Iuriſperitiſsimo Don Petro de Vrries, Militi Hiſpano; Gaſparis de Simeonibus, Patricij Aquilani.

EPIGRAMMA.

FAMA Ducem canit Auſonium minùs otia nactum,
Quùm maiora, vacans otia nactus erat:
Fama Ducis te iam minor, intermiſſa labori
OTIA cui pariunt tale laboris opus.
Hæc Numa Romulidis ſtatuit ne per Otia leges?
An ſua Cecropidis prouida iura Solon?
Macte animo: vel dura tibi non nota laboris,
Vel non parca quies, ni labor ipſe quies.

Eiuſdem ad Eundem.

ODE.

TRICOLOS TETRASTROPHOS.

EXtremo memorat Stirps tua ab Heſpero
Eois laqueos Regibus additos;
Et quæ pocula Nereus
Thracum ſanguinis ebibit:
Effert quæque animæ prodiga pectora,
Haud quaquam meritæ prodiga gloriæ,
Cœlo fama ſuperſtes
Signat ſanguineis notis.

Auditum



NATVRÆ, & generi, ingenij, PETRE, adde LABOREM;
Pro calamo plumas Caſtis auita dabit.

Gaſpar de Simeonibus.

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO

DON ANTONIO ALVAREZ A TOLETO, ET BEAMONT,

DVCI ALBAE, COMITI LERIN, ET SALVATERRAE; MARCHIONI Coriæ; Domino Vallis Corneiæ, Picen, Corton, Pinos, Mataplanæ, Alcoliæ de Zinca, & Caſtellonis de Farfania; Equiti Aurei Velleris; ac in Regnò Neapolitano Proregi meritiſſimo.

D. PETRVS DE VRRIES, IVRECONSVLTVS HISPANVS. F.

SVperioribus hiſce annis, quibus me (Princeps Ampliſſime) non iniucundo labore, forenſibus in iudicijs ferendis exercui, decreueram, ſi quid temporis otium oblectandi daretur, aliquid è Iuriſprudentię adytis eruere, vel publicæ vtilitati, vel exercitationi meæ; cumq; pro re ſæpiùs nata, in inſignem Ritum Magnæ huius Curię tractationem enixè aggrederer, graues, nec intermiſſę, Muneris mei curę mentem diſtinuerunt, quò minùs ex ſententia, rem cęptã abſoluerem: vix vt verò Te ad huius Regni gubernacula, expetitum ſępè, exoptatum ſemper, communi bonorum lætitia, acceſſiſſe vidimus, haud facilè dictu eſt, quàm opportuna Operis perficiendi facultas data ſit, dum, veluti ad exortum fauſtiſſimi ſideris, aduentu tuo, ſcelerum diſcuſſę caligines, purgata noxarum lues, tuta omnia reddita, pacata omnia; vt, & florenti Regno tranquillitatem, & cunctis in ipſo Iuſdicētibus quietem, tuis auſpicijs, partam videamus; cum reorum non adſint expendenda crimina, quos tua virtus abegit, ne adeſſent. Quamobrem à Te mihi, inter ipſa Dijudicationum negotia, Aeſtiuum hoc, quod vides, emanauit Otium; vt de Te veriùs illud profiteri liceat,

——— *Deus nobis hæc Otia fecit;*
Namque erit ille mihi ſemper Deus. *Virg. Buco.*

Hoc adeò Otium ad te, Princeps optime, quem, & auctorem, & patronum agnoſcit, redit eo conſilio, vt tuo nomine, tanquam immortalitatis charactere, ad inuidorum conatus perfringendos, obſignetur: nam, quæ

vnquam obtrectationis vis obniti, atque aduerſari par erit, vindice Te, quem ampliſſimi generis claritas, regia Auorum ſeries per titulos, & faſces enumerata, ſpectata domi, foriſq; ſapientia, rerum denique geſtarum gloria, ita commendant, vt vel ipſam Tibi inuidentiam, iure tuo, ſubmittere, ac conciliare poſſis? Suaſit & ſingularis obſeruantię meę ratio, quæ non vnis Tibi nominibus animum vehementer addixit, vt tuorum in me beneficiorum acceſſiones, quas in dies fieri non obſcurè ſentio, hoc ſaltem litterarum monumento, qualecunque illud eſt, confirmatas velim. Te igitur, quem Operum meorum Tutelare Numen, non affabrefactis imaginibus, ſed cultu obſequentis, ac ſupplicis animi veneror, (nam

Marti. Epigr. *Qui fingit ſacros auro, vel marmore vultus,*
Non facit ille Deos; qui rogat, ipſe facit.)

impensè rogo, atque obſecro, vt quas modò Ingenium meum primitias Tibi, pro viribus, dicat, animi, qua ſoles, magnitudine, ac benignitate excipias, dum maiores in poſterum, atque vberiores victimas parat; meq; ne infenſus Liuoris Sirius Aeſtiuo in Otio lędat, auguſtiſſimi tui nominis vmbra, atque humanitatis aura tueare. Vale; Teq; publicę rei vnicè ſalutarem fortunet Deus.

Auditum ut recinant ſidera vulnerum;
Ut palmas, riguus quas aluit cruor,
Exultantia Signa,
Euris acta loquacibus.
Sat bello decoris; ſoſpite te, nouum
Pax gignit, Themidis ſatidicas fores
Dum Cortina recludens,
Terras legibus inſtruit:
Per te iuncta Sago iam Toga purpurat;
Et, faſtu gemino, pacificus fero
Admiſtus Numa Tullo
Natiuum decorant genus.
Orbis ſenſa auidis ſenſibus hauriet;
Bæota his retegit quæ folijs Dea;
Solis quà canit ortus
Triton, funera quà canit.
Arcerent Cererem Trinacrij ſinus;
Et PETRI cuperent iura Laconiæ,
Spreto, regna, Lycurgo,
Spretis, Gangaridæ, Sophis.
Leges qui reſerent, ſi vetus Umbria;
Berytoſque Vitùm ſacra genus dedit;
Tales en parit Oſca,
Tales maior Iberia.
O qua mox celebri laude ſuperbiet;
Quas ò promet opes gurgite ab aureo
Amnis diues Iberus;
Regi dona ferens ſuo!
Haud ibit paribus Tigris honoribus,
Haud Gyndes, rabido multifidus Duce;
Non Rheni've bicornis,
Iſtri've unda binominis:
Non is, qui, Siculis actus amoribus,
Mentituſque obitum, conditur; aut ſua
Qui cunabula Nilus,
Vagituſque, oriens, tegit.
Turparint chalybes aurea Sæcula,
Heu quiſquis quereris, deſine; rettulit
Fuluo purà metallo
Claro nobilis OTIO
Petrus: iam videas AUSTRIACUM IOUEM
Pacatis placidum ponere gentibus

✱✱ *Mores,*

Mores, mœnia, leges,
Vltrà Tethyos ambitus:
Iamiam pinifero vertice, Oreades,
Iamiam gramineo margine, Naiades,
Fulgent aſpera gemmis,
Stagnant flumina nectaris.

P. Euſtachij Pagani, è Societate IESV; In Aeſtiuum Otium Clariſſ. Iureconſulti Don Petri de Vrries,

EPIGRAMMA.

HAe æſtiua tenus quicunque per otia vixit,
Innumeris cauſam præbuit ille malis;
Frouida ſed poſthac mens hoc benè cauit VRIAE,
Otia qui æſtiuo tempore nulla tulit:
Ergo alacer te AESTIVA vocant quoquò OTIA, Lector,
I, poteris multis cauſa fuiſſe bonis:
Otia vt effugias, facient hæc Otia; neu te
Noxia vis æſtus vrat, VRIA dabit.

In Don Petrum de Vrries; Doctorem Inſignem, Auctoremque Libri,

P. Michael Pitarà, è Societate IESV.

DOctor rubentem fundere mentibus
Lucem per Orbem ſurgis honoribus,
Quando recludis, Petre, Regum
Iura nitens meliore ductu.
Quid lympha tantum ſidera Pegaſis
Sacras in æuum carminibus tuis
Libros Sapientum, aut vetuſtos
Nominibus, Sophiaque claros?
Mandaſſe luci facta Quiritium,
Signaſſe faſtis fœdera gentium;
Nunc Petrus Vrries coruſcus
Legifer explicat ecce iura,
Doctum, taces? qui fræna licentiæ
Imponit, amplas dedecorum faces
Extinguit, euellitque rixas,
In populos reuocans Olympum.

Per quem

Per quem potentum nomina Principum
Creuere, magni Cæſarum, & Imperi
Porrecta Maieſtas ad vndas
Exerit vnde caput nitentes
Fulgens, & abdit lampade Cynthius:
Quod non tibi ingens Petre beatius
Splendore Regnum ſemper vndas
Siderea nitidum ſalute?
Te nunc ſolutis multa frementium
Iurgijs Iberus fluctibus æſtuans
Miratur. O inſigne præſens
Tu decorum, Heſperiæque lumen.

Hippolyti Raynaldi, Muſellarenſis, Ad Authorem.

EPIGRAMMA.

DVM tibi poſteritas, & publica commoda curæ,
VRRIA, Hiſpani gloria rara ſoli;
Exerces latam tranquilla per OTIA mentem,
Et magno rerum pondere ſcribis Opus;
Quod non vlla dies, non deleat vlla vetuſtas;
Cui cedant veterum Scripta operoſa Virûm:
Hic, vbi ſanctarum legum ſecreta recludis,
Expreſſa ingenij ſunt monumenta tui.
Quod decus egregio, quæ gratia parta, labori?
Quæ voces gratæ poſteritatis erunt?
Felix dote tua. quà ſol oriturque, caditque,
Te, celeri curſu concita, fama canet.

Ioannis Pauli Raynaldi, Muſellarenſis, In Librum,

EPIGRAMMA.

DICITE laurigeræ, celeſtia Numina, MVSAE,
Quæ colitis patrios, dulcia tecta, LARES,
Quis legit ſimiles AESTIVA per OTIA flores?
Quis tulit è veſtris munera tanta iugis?
Omnis in exiguo libro ſapientia, & omnes,

Diuitiæ legum, deliciæque latent.
Cui tam fælici riſerunt ſidera vultu?
Cui tantum Sæcli contigit eſſe decus?
Felix, qui rerum varios luſtrare receſſus,
Et potuit Iuris tot penetrare ſinus.
Viuat, & ingentem volitet vaga fama per Orbem:
Virtuti debet non minor eſſe locus.

Cùm ſequentis Bullę Extrauagantis non ſemel in prę-
ſenti Opere facturi ſimus mentionem; ideò eąm
hic pręponere operępretium duximus.

DE VITA, ET HONESTATE CLERICORVM.

RVBRICA.

CLEMENS SEPTIMVS.

Hieronymo Centelles, in Regno Siciliæ citrà Farum Nuncio, & Commiſſario Apoſtolico.

DON Hieronymus Centelles I.V.D. Sanctiſsimi Domini noſtri Clementis, diuina prouidentia, Papæ Septimi, & Sedis Apoſtolicæ, in Regno Neapolitano, Nuncius, & Collector generalis, ad infraſcripta ſpecialiter deputatus. Vniuerſis, & ſingulis præſentis publici, & generalis Edicti ſeriem inſpecturis, tàm præſentibus, quàm futuris, ſalutem in Domino. Notum facimus, quòd Sanctiſsimus Dominus noſter Clemens Papa Septimus nobis direxit infraſcriptas literas Apoſtolicas, in forma Breuis, in carta membrana ſcriptas, ſub annulo Piſcatoris ſigillatas, ſanas, & integras, non vitiatas, non cancellatas, non abolitas, nec abraſas, aut in aliqua earum parte ſuſpectas; quas, ea, qua decuit, reuerentia, ſuprà caput recepimus, huiuſmodi ſub tenore; à tergo; Dilecto Filio Hieronymo Centelles, in Regno Siciliæ citrà Farum Nuncio, & Commiſſario noſtro. Intùs verò; Clemens Papa Septimus; Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit Dilectus filius nobilis vir Ludouicus de Corduba, Dux Sueſſæ, Cariſsimi in Chriſto filij noſtri Caroli Romanorum, & Hiſpanorum Regis Catholici, in Imperatorem electi, Orator; Quòd, licet in Regno Siciliæ citrà Farum, Clerici Primæ tonſuræ, & minorum Ordinum, tàm iuxtà Canonicas Sanctiones, quàm ipſius Regni Pragmaticam ſanctionem, habitum, & tonſuram honeſtè deferre Clericales, & alia ſolemnia ſeruare, aliàs priuilegio Clericali minimè gaudere deberent; & foro ſæculari ſubijciantur: Tamen dictorum Clericorum, ſinè habitu, & tonſura incedentium, delinquendi adeò pullulauit audacia, vt horrenda crimina, & delicta committere non expaueant, in eo confiſi, quòd per Curiam Sæcularem coerceri, & à Iudicibus Eccleſiaſticis vindicta ſanguinis affici nequeant; Et ſic pro exceſſuum qualitate impuniti, & ſic per impunitatis audaciam creſcit in eis peccandi libido, & alij, eiuſmodi impunitatis exemplo, ad ſimilia perpetranda prouo-

cantur

cantur. Quare idem Ludouicus Dux nobis humiliter ſupplicauit, vt, in præmiſsis, opportunè prouidere de Apoſtolica benignitate dignaremur Nos igitur, attendentes; perniciosum huiuſmodi genus hominum niſi grauiori plectatur cenſura, quàm ſacrorum Canonum manſuetudo permittit, poſſe ſcandalum generare, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, per præſentes, committimus, & mandamus, vt dictos Primæ tonſuræ, & minorum Ordinum Clericos, in dicto Regno Siciliæ citrà Farum exiſtentes, per edictum publicum, vt infra terminum duorum Menſium, quos illis pro termino peremptorio, & trina monitione Canonica aſsignabis, moneas, & requiras, vt habitum, & tonſuram honeſtè, ac alia ſolemnia iuxtà Canonicas ſanctiones deferant, alioquin dicto duorum Menſium termino elapſo, ſi in habitu decenti Clericali incedere, & tonſuram deferre, ac alia ſolemnia obſeruare, vt ſuprà, neglexerint, eoſdem foro ſæculari ſubiectos fore, &, tanquam Laicos, per Curiam Sæcularem, & vſque ad vindictam ſanguinis, vltimique ſupplicij pœnam puniri poſſe, in dicta monitione, authoritate noſtra, declares, & denuncies; & quos etiam nos, ex nunc, prout ex tunc, & è conuerſo, declaramus Sæculares, & per Curiam Sæcularem puniendos decernimus ipſo iure, nulla alia noua declaratione ſuper hoc requiſita, vel requirenda: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; Cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 19. Ianuarij. 1524. Pontificatus noſtri, Anno primo. Bę. El. Cremonen. Poſt quarum quidem literarum præſentationem, earumque receptionem, & per nos, vt præmittitur, factas, & receptas, volentes ad ipſarum executionem procedere: Idcirco, authoritate Apoſtolica prædicta qua fungimur; prædicta omnia, & ſingula ſignificamus, & præſenti Edicto intimamus, & intimari mandamus omnibus, & ſingulis Clericis Primæ tonſuræ, & minorum Ordinum omnia, & ſingula in dictis literis Apoſtolicis contenta, ac omnes, & ſingulos Clericos prædictos, prætendentes priuilegio Clericali gaudere, monemus, & requirimus primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè, vt infra terminum duorum Menſium à die affixionis, & publicationis præſentium computandum, & in dictis literis Apoſtolicis contentum, quos ipſis, & vnicuique ipſorum pro termino peremptorio, & trina monitione Canonica aſſignamus, vt habitum, & tonſuram honeſtè, & alia ſolemnia, iuxta Canonicas ſanctiones, deferant, & de cætero deferre debeant, & alia omnia, & ſingula, in dictis literis Apoſtolicis contenta, obſeruare debeant, iuxtà Canonicas ſanctiones, & ipſarum literarum ſeriem. Et alioquin, dictorum duorum Menſium termino elapſo, ſi in habitu decenti Clericali incedere, & honeſtè tonſuram deferre, & alia ſolemnia, iuxtà Canonicas ſanctiones, vt præfertur, obſeruare neglexerint, & alia non adimpleuerint, prout in dictis Apoſtolicis literis continetur, eoſdem Clericos & quemlibet ipſorum, ex nunc, prout ex tunc, & è conuerſo,

ſo.

ſo, abſque alia declaratione facienda, foro ſæculari ſubiectos fore, &, tanquam Laicos, per Curiam Sæcularem, & vſque ad vindictam ſanguinis, vltimique ſupplicij pœnam, vt Sæculares, & per Curiam Sæcularem puniri poſſe, authoritate ſupradicta Apoſtolica, qua fungimur, decernimus, & declaramus; iuxta vim, formam, & tenorem dictarum Apoſtolicarum literarum. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; Cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Præſens quoque Edictum, vt omnibus innoteſcat, ne quis valeat per ignorantiam ſe excuſare, in Valuis Maioris Eccleſiæ Neapolitanæ, & Regij Conſilij, Magnæ Curiæ Vicariæ, & Regiæ Cameræ Summariæ, Tribunalium, & aliarum Eccleſiarum Cathedralium, & locorum publicorum huius Regni, affigi mandamus, ibidemque publicari per quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas, & mundanas, ad id requiſitas; ad inſtar publicorum Edictorum, quæ olim in Albo Prætorio affigebantur. Datum Neapol. in Domibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſitis propè Parochialem Eccleſiam Sancti Ioannis Maioris; Die, & Menſe prædicto; Duodecimæ Indictionis. 1524. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis, Diuina prouidentia, Papæ Septimi, Anno primo. Don Hieronymus Centelles, Nuncius, & Collector Apoſtolicus.

DE CLERICATVS COGNITIONE TRACTATVS.

AD REPETITIONEM RITVS CCXXXV. MAGNAE CVRIAE, VICARIAE NEAPOLITANAE.

PARS PRIMA.

TEXTVS.

ITEM ſeruat ipſa Curia, quod nullus Clericus poteſt comparere, niſi perſonaliter cum documèntis Clericatus, aliàs non auditur in declinando forum Curiæ ipſius; Et ipſo veniente datur terminus ad probandum de Clericatu, oblata per eum quadam petitione declinatoria fori; Et rarò quaſi dictus proceſſus finitur, Vnde eo ipſo quod datur terminus, intelligitur eſſe remiſſus. Multoties etiam finitur proceſſus,& interponitur decretum,eum eſſe Clericum; Et remittitur ſine ſeruientibus, & ſi eſſet ſuſpectus, & de graui re, cum ſeruientibus, & ſub fida cuſtodia ad Archiepiſcopum,& ſi Archiepiſcopus vult petere copiam inuentorum contra eum, Curia mittit ſibi, Et hæc ſeruantur per ipſam Curiam,quamuis Iura Canonica his prædictis videantur aliquatenus refragari.

PRIMAE PARTIS SVMMARIVM.

IVriſdictio Eccleſiaſtica, & ſæcularis ſunt diſtincta, & ſeparatæ. 1.

Rex Chriſtianus habet ſuæ poteſtatis priuilegia diuinitus conſtituta, & in temporalibus dicitur. Vicarius Dei. 2.

Mandatum Superioris licitè non adimpletur, quando poteſt reddi ratio non adimplendi. 3.

Diuiſio Operis. 4.

Diuiſio Textus. 5.

Concluſio Textus. 6.

Iudici ius dicenti ſupra ſuam iuriſdictionem impunè non paretur. 7.

Textus noſter ſimpliciter, & prout ſonat eſt intelligendus num. 8. *& qualiter intelligatur à Foller. num.* 10.

Clericus contumax à Iudice Laico captus non tenetur ſoluere pœnã contumaciæ. 9

Clericatus cognitio, non ad Laicum, ſed ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinet, & quare. 11.

Princeps ſæcularis non poteſt facere leges, vel ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam. 12.

Conſuetudo mala ex officio eſt reijcienda. 13.

Acta coram ſæculari Iudice facta, Clerico in iudicio Eccleſiaſtico officere non poſſunt. 14.

Ritus in hac materia quid ſit. 15.

Ritus, & conſuetudo in hac materia pro eodem accipiuntur. 16.

Magna Curia Vicaria, quando fuerit inſtituta. 17.

Magna Curia, & Vicaria quando fuerunt vnitæ. 18.

Ritus Magnæ Curiæ quamuis ſint redacti in ſcriptis, non deſinunt eſſe Conſuetudinis. 19.

Verba declarant animum loquentis. 20.

Ritus Magnæ Curiæ non ſolum ſunt obſeruandi in ipſa Magna Curia, ſed etiam in omnibus alijs Curijs Regni. 21.

Chriſtianorum duo ſunt genera. 22.

Clerici varias ſortiuntur appellationes. 23

Ordines Eccleſiaſtici quot ſint. 24.

Quatuor primi ordines Eccleſiaſtici dicuntur minores, non ſacri, nec in eis imprimitur character. 25.

Clerici habent multa priuilegia. 26.

Priuilegium fori in quo conſiſtat. 27.

Priuilegium fori Clericorum extenditur ad citationem, & carcerationem. 28.

Ius naturale frequentiſſimè appellatur Ius Diuinum. 29.

Ius Diuinum verè, & propriè quod dicatur. 30.

Ius poſitiuum quid ſit. 31.

Fori priuilegium iure Diuino fuit introductum. 32.

Contrarium autem tenuerunt multi. 33.

Priuilegium Canonis ſi quis ſuadente Diabolo 17.q.4. eſt Iuris poſitiui. 34.

Cauſæ Eccleſiaſticæ ſpirituales, quæ nam ſint. 35.

Et quæ temporales. 36.

Fori Clericorum Priuilegium concedere, videtur ad Principes ſæculares pertinuiſſe. 37.

Exemptio Clericorum eſt Priuilegium. 38.

Priuilegium quid ſit. 39.

Priuilegium fori Clericorum incipit à Concilijs Toletano tertio, ſeù Meliuitano & Chartaginenſe. 40.

Clerici iure C. ſubiacebant Præfecto Prætorio. 41.

Priuilegium debet concedi à ſuperiore priuilegiati. 42.

Priuilegium poteſt concedi non ſubdito. 43.

Priuilegium conceſſum non ſubdito habet vim contractus. 44.

Denominatio rei non ſumitur à ſono verborum, ſed à ſubſtantia, & effectu. 45.

In priuilegijs concedendis non eſt detrahendum Iuri alterius Principis. 46.

Priuilegium conceſſum non ſubdito reuocari minimè poteſt, & quare. 47.

Iure

Iure communi quod licet, non eſt per Priuilegium concedendum. 48.

Legem facere, proprium eſt Principis. 49.

Proprius autem priuilegium concedere. 50.

Eccleſiaſtica, & temporalis poteſtates diuerſæ ſunt, & ſeparatæ. 51.

Princeps ſæcularis Chriſtianus habet in temporalibus plenitudinem poteſtatis, & dicitur Dei Vicarius. 52.

Summi Pontifices in ordine ad finem ſpiritualem habent in temporalibus, & profanis rebus pleniſſimam poteſtatem. 53.

Summus Pontifex poteſt facere, quod aliqui Clerici, & in aliquibus caſibus, ſubiaceant ſæculari Iuriſdictioni. 54.

Fori Priuilegium competit omnibus Clericis à ſimpliciter tonſurato incluſiuè, Monacis, Nouicijs, & non Profeſſis. 55.

Sed an competat, Tertiarijs, Conuerſis, Oblatis, Hæremitis, Hoſpitalarijs, & alijs ſimilibus. 56.

Oblati in Regno Neapolitano quando gaudeant fori priuilegio. 57.

Famuli Clericorum an gaudeant fori priuilegio. 58.

Clericus citatus à Iudice Laico tenetur cõparere ad allegandum ſuum Priuilegium. 59.

Dummodo Iudici Laico citanti non conſtet de Clericatu. 60.

Contrarium tenuerunt aliqui. 61.

Regulam, qui habet pro ſe, habet intentionem fundatam. 62.

Priuilegium in corpore iuris clauſum facilius tollitur, quam Ius commune. 63.

Priuilegium fori fundatur in qualitate Clericatus. 64.

Aliud eſt tractare de cognitione Clerici, aliud de Clericatu. 65.

Clericatus cognitio pertinet de iure communi ad Iudicem Eccleſiaſticum. 66.

Priuilegium in corpore iuris clauſum, quod dicitur. 67.

Diſpoſitio tex. in cap. ſi Iud. Laic. de ſent. excom. in 6. videtur contra ius commune. 68.

Clericatus cognitio iure communi videtur pertinere ad Iudicem Eccleſiaſticum. 69

Legis ratio, quando eſt generalis, & diſpoſitio particularis, ratio illa, eſt ipſa lex, & deciſio habetur loco exempli. 70.

Clericatus cognitionis prohibitio quoad Iudicem Laicum eſt iuris poſitiui. 71.

Decernimus, verbum, eſt inductiuum Iuris noui. 72.

Fori priuilegium Clericorum, & prohibitio cognitionis Clericatus quoad Iudicem Laicum, ſunt res diſtinctæ, & ſeparatæ. 73.

Conſuetudinis magna eſt vis, & authoritas. 74.

Pithagoræ ſymbolum declaratur. 75.

Conſuetudo rationabilis, & legitimè præſcripta derogat Iuri poſitiuo. 76.

Rationabilitas noſtri Ritus unde habuerit originem. 77.

Ex indulgentijs, & libertatibus non debet crimina ſubleuari. 78.

Reipublicæ cauſa à Iure Diuino deſcendit. 79.

Rex eſt caput Reipublicæ, ſeù Imago. 80.

Clerici ſunt membra Reipublicæ, Ciues, & Vaſſalli. 81.

Priuilegium alicui conceſſum, non extenditur ad ea, per quæ læditur publica vtilitas. 82.

Clericalis priuilegij obtemptu, non debet publica vtilitas vacillare. 83.

Reipublicę vtilitas eminet in delictorum punitione, & dicitur iuſta cauſa. 84.

Conſuetudinis rationabilitas contemptatur cum qualibet rudi cauſa. 85.

Lex Pontificia alias iuſta, & ſancta propter malum vſum deſinet habere vires, & quare. 86.

Regula, factum legitimè de reg. iur. in 6. declaratur. 87.

Retractare, Verbum, quid importet. 88.

Factum, Verbum, quid importet. 89.

Per negligentiam Eccleſiaſticorum Iudicum ſubintrat aliquando ſæcularis iuriſdictio. 90.

Sæcularis poteſtas iuſta ſuperueniente cauſa poteſt limitare, & diſtinguere ius Diuinum. 91.

Conſuetudo Laicorum contra Eccleſiaſticam libertatem introduci non poteſt. 92

Conſuetudo contraria legi poteſt eſſe rationabilis, diuerſis rationibus conſideratis. 93.

Iuſtum dicitur aliquando aliquid, & eius contrarium iuſtius diuerſo reſpectu. 94.

Leges mutari, corrigi, aut abrogari expedit aliquando. 95.

Conſuetudo contra eccleſiaſti[illegible]m libertatem, quæ dicatur. 96.

Statutum laicorum, quod h[illegible] in ſe ciuilem, aut naturalem æquitatem, non eſt contra eccleſi[illegible]ſticam libertatem. 97.

Conſuetudo mixta clericorum, & laicorum eſt maximæ efficaciæ, etiam in his, quæ eccleſiaſtica ſunt. 98.

Conſuetudo mixta clericorum, & laicorum poteſt limitare in certis caſibus Eccleſiarum immunitatem. 99.

Conſuetudo eſt contractus quidam. 100.

Eccleſia Dei ſolum, quod æquum, & rationabile eſt defendit. 101.

Leges ſæculares cùm rationabiles ſunt, etiã ſi rerum eccleſiaſticarum faciunt mentionem cenſentur à Summo Pontifice approbatæ. 102.

Tolerantia ſuperioris inducit diſpenſationem. 103.

Conſuetudo laicorum facilius operatur, quo ad Clericos primæ tonſuræ, vel minorum ordinum. 104.

Summus Pontifex non videtur velle vinculũ iniicere, & animas illaqueare. 105

Tex. in cap. iam dudum de præbend. & dignitatib. declaratur. 106.

Iuſtitiæ, verbum aliquando ſumitur pro rigore. 107.

Tolerantia comparatiua non inducit diſpẽſationem. 108.

Tolerantia inducta ex iuſta cauſa ad bonum publicũ inducit diſpenſationẽ. 109

Publica vtilitas eſt iuſta cauſa diſpenſationis. 110.

Tolerantia ſuperioris conſiſtens in pati, nõ inducit diſpenſationem, ſecus ſi conſiſtat in agere. 111.

Bannitus toleratus à ſuperiore per aliquos actus non poteſt impunè offendi. 112.

Tolerantia, & conſenſus differunt. 113.

Conſenſus, ad ſimplicem actum voluntatis refertur. 114.

Sciens, & tacens cenſetur conſentire fauore Reipublicæ. 115.

Conſuetudinem iam introductam reperientes, iure optimo poſſunt exiſtimare rationabiliter à prædeceſſoribus fuiſſe introductam. 116.

Succeſſores non oportet nimis ſollicitos eſſe de rationabilitate conſuetudinis à prædeceſſoribus introductæ. 117.

Conſuetudine iam introducta, non eſt neceſſe quærere eius rationem. 118.

Peccato voluntario alterius, licitè poteſt quis vti ad bonum proprium. 119.

Legitima præſcriptio, quæ dicatur. 120.

Poſſeſſio propriè eſt rerum corporalium, quaſi poſſeſſio incorporalium, & eoſdem producit effectus. 121.

Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, & iurium incorporaliũ habet cauſam continuã. 122.

Immemorialis quaſi poſſeſſio, quæ dicatur. 123.

Immemorialis poſſeſſionis plures ſunt effectus, & qui. 124.

Immemorialis præſcriptio eſt ſufficiens ad limitandam clericorũ exemptionẽ. 125.

Immemorialis præſcriptio non requirit tituli probationem. 126.

Immemorialis poſſeſſio non iuuat, data incapacitate poſſidentis. 127.

Immemorialis præſcriptio cum cauſa ſufficienti, iuuat etiam data incapacitate poſſidentis. 128.

Poſſeſſio aliquando contingit nuda, aliquando veſtita. 129.

Titulus poſſeſſionis, quid ſit. 130.

Traditio eſt titulus ſufficiens ad poſſeſſionem. 131.

Scientia, & patientia habetur loco traditionis in iuribus incorporalibus. 132.

Temporis propria natura, eſt diſtruere, & annihilare. 133.

Incapax in iure ſtrictè, & propriè quis dicatur, & quis largè, & impropriè. 134.

Incapacitas eſt multiplex. 135.

Incapacitas naturalis, quæ. 136.

Incapacitas Diuina, quæ. 137.

Incapacitas ciuilis, & poſitiua, quæ. 138.

Incapacitas pꝑetua, & omnimoda, quæ. 139

Incapacitas temporalis, quæ. 140.

Incapacitas temporalis poteſt reduci ad capacitatem per immemorialẽ præſcriptionem, quemadmodum per alios modos à iure introductos. 141.

Con-

Conſuetudine adquiri poteſt quidquid per priuilegium concedi.142.
Immemorialis conſuetudo valet, etiam ſi ſit Eccleſiæ oneroſa. 143.
Immemorialis conſuetudo eſt potentior priuilegio, & eſt quaſi alterum ius naturale.144.
Immemorialis præſcriptio non requirit titulum.145.
Immemorialis præſcriptio ex ſola patientia aduerſarij introducta requirit, allegari titulum.146.
Inutilium interuentus, ſiuè legitimus, ſiuè illegitimus ſit non nocet, quoties eius defectus non noceret. 147.
Immemorialis præſcriptio requirit bonam fidem. 148.
Præſcriptionis materia circa bonam fidem regulatur ſecũdum ius Canonicum.149
Bonam fidem non dicitur habere, qui contra iura aliquid facit. 150.
Inter bonam, & malam fidem dantur aliqui gradus. 151.
Lex debet eſſe ſecundum conſuetudinem patriæ. 152.
Error iuſtus oritur ex quacunque cauſa ſufficienti ad mouendum animum ad credendum. 153.
Error iuris dubij æquiparatur errori facti, & cauſat bonam fidem ad præſcribendum.154.
Bona fides cauſatur etiam ex dubietate. 155.
Bona fides cauſatur ex errore tolerabili. 156.
Bona fides oriri poteſt etiam ex iniuſtis, & temerarijs cauſis.157.
Præſcriptio iurium incorporalium non procedit, niſi probata ſcientia, & patientia aduerſarij.158.
Præſcriptio immemorialis non requirit ſcientiam, & patientiam aduerſarij, & quando requirit, ſufficit ſcientia, & patientia officialiu, & procuratorum.159.
Præſcriptio nulla currit aduerſus agere impeditum. 160.
Conſuetudo cum violentia introducta nullius eſt momenti. 161.
Præſcriptio currit mero iure aduerſus impeditum impedimento facti, licet concedatur reſtitutio.162.
Impedimentum iuris quid, & quid impedimentum facti. 163.
Impedito impedimento facti partis aduerſæ nullum currit tempus, ſiuè impedimẽtum ſit iuris, ſiuè facti.164.
Impedimentum quodcunque illud ſit, non iuuat impedito, quando illud potuit remouere.165.
Regnum Neapolitanum eſt feudum Eccleſiæ. 166.
Carolus Primus inueſtitus à Clemente.IV. cum duabus ſolis conditionibus. 167.
Rex Robertus inueſtitus à Clemente V. propter aliquas politicas rationes. 168.
Regina Ioanna I. inueſtitur per Legatum Clementis VI. 169.
Regina Ioanna I. & Ludouicus eius ſecundus Vir inueſtiuntur iterum per quendam Legatum Apoſtolicum. 170.
Carolus Rex accipit Regni inueſtituram ab Vrbano VI. 171.
Ladislaus accipit Regni inueſtituram à Bonifacio IX.172.
Regina Ioanna II. inueſtitur à Martino V.173.
Alphõſus I. inueſtitur ab Eugenio IV.174.
Ferdinandus I. inueſtitur à Pio II. & opprimitur ab Innocentio VIII. 175.
Violentia, & timoris preſumptio cadit in ſubdito reſpectu ſuperioris, & ſuperior ſemper habet præſumptionem contra ſe.176.
Immemorialis præſcriptio non patitur interruptionem per deductionem alicuius partis temporis. 177.
Infinitum ſi ab infinito aliquid detrahitur eſt nihilominus, quod remanet infinitum. 178.
Immemorialis præſcriptio purgat omnem violentiæ ſuſpitionem. 179.
Citatio poteſt dupliciter conſiderari. 180.
Et ratione cauſæ efficientis eſt valida in noſtro caſu ibidem.
Citatio ratione cauſæ finalis ſimiliter eſt valida, & efficax. 181.
Iudex iuſte opinari dicitur ex his, quæ teſtes viderunt.182
Communis opinio, quæ dicatur in hac materia. 183.

Communis opinio quamuis erronea præfertur veritati occultæ in iudicijs, & etiã in ſpiritualibus, & ſacramẽtalibus. 184

Opinio ſingularis tendens ad validitatem actu præfertur veritati occultæ. 185.

Verum dicitur, quod teſtator putauit verum. 186.

Opinio ſingularis Iudicis tuetur ipſius iuriſdictionem. 187.

Exceptio fori declinatoria in cauſis criminalibus poteſt opponi per tertiam perſonam de iure communi, ſecus vero de iure huius Regni. 188.

Iudex ex officio poteſt repellere à iudicio inhabiles, & non legitime comparentes. 189.

Iudici intereſt ne acta coram ſe facta ſint nulla, & eluſoria. 190.

Clericatus articulus non practicatur in Magna Curia, niſi excipiente de eo in vinculis conſtito. 191.

Clericatus allegatio ſine probatione, non ſufficit in Regno. 192.

Allegare, & non probare, nihil iuuat. 193.

Allegare aliquando ſufficit, quamuis allegatum non probetur. 194.

Iudex laicus poteſt citare inquiſitum, etiã ſi is à teſtibus denuncietur Clericus, Abbas, Don, vbi Clerici ita nominãtur, vel alia ſimili demonſtratione denotante Clericatum. 195.

Denominatio rei aliquando fit ſecundum tempus, quo res fit talis, quamuis tempore denominationis non ſit talis. 196.

Res non à denunciatione verborum, ſed ab effectu ſubſtantiam capit. 197.

Nomen ſolum parum prodeſt niſi factum quoque habeatur. 198.

Teſtis debet deponere concludenter, & quã do ita depoſuiſſe dicatur. 199.

Teſtis dictum poſtquam iurauit, debet indiminutè deſcribi. 200.

Iudex Laicus nullo in caſu debet expedire citationem contra inquiſitum, eum nominando, Clericum, Don, vel Abbatem, vel alia ſimili demonſtratione. 201.

Clerici citati aliquando comparent in Magna Curia. 202.

Iudex Laicus in Regno contra inquiſitum quem ſuſpicatur eſſe Clericum, ſepius procedit ad citationem Realem, ideſt capturam. 203.

Farinacius exiſtimans, non valere proceſſum, nec punitiuam contumaciæ contra Clericum citatum non comparentem per Iudicem laicum, etiam data in eo ignorantia Clericatus, & Clerico nihil opponente, declaratur. 204.

Ignorantia cum habeat implicitam negatiuam, nihil ponit. 205.

Negatiua ſiuè ſit implicita, ſiue explicita nihil ponit. 206.

Ignoranti multoties permictitur quod non permictitur ſcienti. 207.

Citationis nullitatem tenetur opponere Clericus citatus. 208.

Nullitatis oppoſitio, ſiue per viam actionis, ſiue exceptionis fiat, expeditur per officium Iudicis. 209.

Officium Iudicis in ſupradicta ſpecie non impartitur niſi petenti. 210.

Opinio communis quando incipit certare cum veritate, Veritas præfertur opinioni. 211.

Clericus per tacitum conſenſum non poteſt prorogare iuriſdictionem, quam non poſſet per expreſſum. 212.

Iudex quando ipſo iure non habet iuriſdictionem, citatus non tenetur comparere nec ad allegandum priuilegium, etiam ſi exceptio ſit ignota citanti. 213.

Clericus primæ tonſuræ, & minorum ordinum poteſt aliquando tacitè per eius factum renunciare fori priuilegio. 214.

Inſtantia data, ſoluitur argumentum. 215

Lex generaliter 50. C. de Epiſco. & Cleric. declaratur. 216.

Nullitas actorum eſt pœna. 217.

Exceptio alicui competens, etiam ipſo iure eſt Iudicici notificanda. 218.

Cyni verba ponderantur pro noſtra opinione. 219.

Priuilegium fori Clericis primæ tonſuræ, vel minorum ordinum, non competit ipſo iure, & quare. 220.

Conſuetudine legitimè præſcripta fieri poteſt, quod Iudex ſecularis cognoſcat de criminibus clericorum primæ tonſuræ, & minorum ordinum. 221.

Iudex laicus eſt capax cognitionis rei Eccleſia-

cleſiaſticæ,& ſpiritualis in facto conſiſtentis, & quare. 222.

Quæſtio iuris dependet a Legiſlatore, facti autem quæſtio eſt ipſius iudicantis.223

Iudex in cauſa facti non debet conſulere ſuperiorem,ſecus in cauſa iuris.224.

Quæſtio facti non tangit medullam veritatis. 225.

Quæſtio facti quæ nam dicatur , & quæ nam iuris. 226.

Clericatus,quid ſit.227.

Clericus non incedens in habitu , & tonſura , ſi tertio monitus recuſat illa reaſſumere non gaudet fori priuilegio.228.

Qualitas veſtium,& habitus oſtendit excellentiam corporis, & animi.229.

Habitus vnicuique ſexui deſignatus, prohibitum fuit lege Veteri mutari.230.

Habitum tenetur quis portare ſecundum ſuum ſtatum, & dignitatem.231.

Vidua , quæ habitum nigrum non portat , non dicitur Vidualem vitam ſeruare 232.

Habitus Ancillarum , & Meretricum , erat antiquitus diſtinctus ab habitu ingenuarum, & matrumfamilias. 233.

Pragmaticæ primæ,& tertiæ huius Regni, ſub tit.de perſonat.& eor.veſtib.aſſignatur ratio.234.

Maſcaræ vnde dicantur. 235.

Iudex Laicus poterat de iure communi cognoſcere de veſtibus, & habitu Clericali.236.

Clericus primæ tonſuræ,& minorum ordinum incedens ſine habitu , & tonſura amittit fori priuilegium de iure communi,etiam ſine trina monitione.237.

Iudex ſecularis poteſt interpellare eccleſiaſticum, vt faciat dictam trinam monitionem contra Clericum incedentem ſine habitu, & tonſura.238.

Clemens Septimus,per eius Bullam ordinauit in Regno fieri vnicam monitionem loco illius trinæ.239.

Concilium Tridentinum ſubſtulit omnino illam monitionem quoad Clericos primæ tonſuræ , & minorum ordinum,non obſtante requiſita illius tex.240.

Niſi, particula,inducit conditionem.241.

Conditiones conſiſtunt in facto.242.

Ritus noſter non practicatur,niſi in Clericis primæ tonſuræ,vel minorum ordinum,& quare.243.

Clericatus probatio coram Iudice ſeculari quomodo practicetur cum Clericis in ſacris conſtitutis. 244.

Iudex Laicus poteſt compellere excipientem,vt ſibi oſtendat, quæ probaturus eſt coram Eccleſiaſtico in articulo ſpiritualis,ad finem videndi,an releuent.245.

Acta facta in iudicio ſeculari contra Clericum,ad quid valeant in Eccleſiaſtico, 246.

Procurator non admittitur in cauſis criminalibus regulariter. 247.

Inſtructor admittitur , vbi non admittitur Procurator. 248.

Iudex in iudicando debet eſſe pius , & æquus , in inquirendo autem rigidus , & verſutus. 249.

Teſtes ad inquirendum poſſunt examinari inhabiles, & prohibiti, etiam inimici. 250.

Acta , quæ tranſmittuntur à Iudice Laico ad Eccleſiaſticum contra Clericum , quomodo remittantur , quando Clericus deliquit ſimul cum Laicis. 251.

Sententia Paſtoris iuſta , vel iniuſta eſt timenda. 252.

Excommunicatio alia eſt à iure , alia ab homine,& quæ vnaquæque. 253.

Excommunicatio alia dicitur latæ ſententiæ,alia ferendæ. 254.

Excommunicatio,quæ continetur in can.ſi quis ſuadente Diabolo 17.q.4.eſt à iure. 255.

Excommunicatio,quæ continetur in Bulla Cœnæ Domini,eſt ab homine.256.

Et vtraque eſt latæ ſententiæ, ibidem.

Denunciationes,ſeu declarationes,ad quem finem fiant in excommunicationibus. 257.

Denunciatio , ſeu declaratio, non dat , nec tollit Vires excommunicationis. 258.

Excommunicatio nulla incurritur, niſi ob peccatum mortale. 259.

Excommunicatio contenta in can. ſi quis ſuadente Diabolo 17. q. 4. non incurritur,niſi per actum patratum ſuadente Diabolo,ideſt deprauato zelo. 260.

Igno-

Ignorans non incurrit in excommunicationem.d. can. ſi quis ſuadente Diabolo. 261.
Ignorantia eſt difficilis probationis,& quæ illa ſit. 262.
Ignorantia probabilis,ſeù inuincibilis,quę dicatur.263.
Credulitas nimia reprobatur in iure, tamquam culpoſa. 264.
Credere, eſt cum aſſenſu iudicare. 265.
Cap.15.Bullæ in Cœna Domini,explicatur 266.
Conſuetudo damnata in d.cap.15.Bullæ in Cœna Domini,eſt illa,quæ à ſolis Laicis fuit introducta. 267.
Conſuetudine quamuis reprobata, non cenſetur reprobata immemorialis.268.
Conſuetudo immemorialis eſt potentior centenaria.269.
Tempus centum annorum,eſt immemoriale.270.
Immemorialis conſuetudo, ineptè appellatur præſcriptio. 271.
Vſus tanti temporis,cuius initium memoriam hominum exeedit, non eſt proprie præſcriptio,nec conſuetudo. 272.
Excommunicationis effectus ceſſat,ceſſante animo, & intentione excommunicantis. 273.
Libertas Eccleſiaſtica, aut eſt localis, aut perſonalis, aut realis. 274.
Excommunicatio, quotieſcunque interponitur ſuper verbis denotantibus aliquas actiones,intelligitur de actionibus iniuſtis. 275.
Subditus licitè, & iuſtè tenetur obedire ſuperiori,etiam contra propriam opinionē, & conſcientiam, cum certis tamen conditionibus.276.
Velle non dicitur quis quod ignorat. 277.
Citatus ad informandum,& ad capitula qui prætendit eſſe Clericus, tenetur perſonaliter comparere,& quare. 278.
Citatus ad foriudicandum, quomodo audiatur per tertiam perſonam. 279.
Iudicis arbitrio relinquitur, audire contumacem.280.
Contumax non debet eſſe melioris conditionis,quàm non contumax. 281.
Aequitas debet eſſe rationabilis, & ſenſata. 282.
Aequitas ſcripta præfertur rigori ſcripto, ſecus quando æquitas non eſt ſcripta. 283.
Aequitas dubia, requirit Principis conſultationem. 284.
Comparitio tertij,pro citato ad foriudicandum cum exhibitione Bullarum, ſolum operatur ſuperſeſſionem, non autem remiſſionem.285.
Noſter Textus qualiter intelligatur quoad citatum ad foriudicandum.286.
Ritus 65. interpretatur. 287.
Ritus 269.declaratur. 288.
Textus noſter ad literam, & prout ſonat videtur intelligendus. 289.
Iudex ſæcularis de cauſis Eccleſiaſticis,& ſpiritualibus cognoſcere non poteſt.290
Cognitio cauſarum ſpiritualium, non ſolum eſt Iudicibus Eccleſiaſticis conceſſa,ſed etiam Sæcularibus denegata.291
Corpus myſticum Chriſtianæ Reipublicæ duabus poteſtatibus regitur. 292.
Continens,& contentum debent proportionari. 293.
Iudex Sæcularis de cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, nec incidenter cognoſcere poteſt. 294.
Cauſa incidens,quæ dicatur. 295.
Lex quoties.C.de iud.declaratur.296.
Incompetens Iudex,quis dicatur. 297.
Incapax Iudex,quis dicatur.298.
Cauſa ſtatus,quæ dicatur.299.
Matrimonium poteſt dupliciter conſiderari. 300.
Lex nullum.C. de teſt.declaratur.301.
Iudex Laicus poteſt cognoſcere de Clerico coram ſe falſum deponente, ad certum effectum.302.
Iudex Eccleſiaſticus,an poſſit cognoſcere de Laico teſte coram ſe falſum deponente.303.
Periurium eſt crimen mixti fori. 304.
Iudex delegatus, an cognoſcat de teſte coram ſe falſum deponente. 305.
Et quid in Delegato inferioris.306.
Iudex Sæcularis cognoſcit de cauſa facti rei Eccleſiaſticæ,& ſpiritualis. 307.
Lex ſi ex plagis §. in cliuo capitolino ff. ad l.Aquil.declaratur. 308.

Cap.

Cap.ſi Iudex Laicus de ſenten.excom.in.6 declaratur. 309.

Excommunicationis cauſa eſt ſpiritualis ex parte rei, & perſonæ. 310.

Cap ſi Iudex Laicus,proponit duplicem cognitionem Clericatus. 311.

Clerici multi ſunt in quaſi poſſeſſione Clericatus,qui re uera nō ſunt Clerici. 312.

Lex, vt valeat eſt neceſſarium, quod à principio recipiatur. 313.

Cap.tuam de ordine cognitionum declaratur. 314.

Cap.ex tenore,qui filij ſint legitim. declaratur. 315.

Cap.vt inquiſitionis §. prohibemus de hæret.in 6. declaratur. 316.

Hæreticus dicitur, qui pertinaciter deuiat à fide. 317.

Magis dignum trahit ad ſe minus dignum 318.

Iudex Laicus aliquando cognoſcit de cauſa hæreſis. 319.

Iudex Laicus an cognoſcat de cauſa Apoſtaſiæ. 320.

Apoſtaſia comprehenditur ſub hæreſi. 321.

Genus à quo remouetur,remouentur etiam omnes eius ſpecies. 322.

Cap.quanto de iud.& cap.ſignificauit de teſtib.conciliantur. 323.

Iuſpatronatus eſt quædam ſeruitutis ſpecies. 324.

Summus Pontifex quas cauſas ſpirituales poſſit Laicis delegare. 325.

Iudex Laicus poteſt cognoſcere de cauſa facti,decimarum,& vſurarum. 326.

Quæſtio facti rei Eccleſiaſticæ,& ſpiritualis inter Eccleſiaſticas perſonas non poteſt cognoſci per Iudicem Laicum. 327.

Iudex Eccleſiaſticus, an poſſit inhibere ſæculari, ne cognoſcat de quæſtione facti rei Eccleſiaſticæ,& ſpiritualis. 328.

Inhibitio fieri non poteſt,niſi de maiori ad minorem. 329.

Iudex Eccleſiaſticus non poteſt inhibere Sæculari,niſi prætextu,quod occupet Eccleſiaſticam Iuriſdictionem. 330.

Quæſtio facti incidens in cauſa Eccleſiaſtica,& ſpirituali,ſi fuerit mixta cognoſcitur per Iudicem Eccleſiaſticum, & quomodo. 331.

Iudex Sæcularis poteſt cognoſcere de titulo colorato beneficij Eccleſiaſtici. 332.

Quæſtio facti habens admixtam quæſtionem Iuris,facti quæſtio appellatur. 333

Conſuetudine multa fieri poſſunt,quę Princeps per legem facere non poſſet. 334.

Conſuetudo irrationabilis aliquando introducitur. 335.

Conſuetudo de illicito facit licitum. 336.

Conſuetudo quamuis praua, iniqua,& iniuſta excuſat à pœna in delictis,etiam à pœna æterna. 337.

Conſuetudine fieri poteſt, vt locatio rerum Eccleſiaſticarum vltra triennium facta ſit valida. 338.

Conſuetudine fieri poteſt,quod Princeps ſæcularis poſſit reducere ad manus ſuas beneficium Eccleſiaſticum vacans. 339.

Conſuetudine vſuræ permittuntur. 340.

De lege ad conſuetudinem aliquando non procedit argumentum. 341.

Conſuetudo dicitur tacitum pactum. 342.

Princeps non eſt Dominus morum. 343.

Cap. Clerici de Iudic. declaratur. 344.

Conſuetudo poteſt ex noua cauſa introduci. 345.

Conſuetudo diuturnitate temporis introducta præſumitur rationabilis. 346.

Iuriſdictio acquiritur per conſuetudinem legitimè præſcriptam,etiam ſi ſit vſurpata. 347.

Statuta Laicorum de non extrahendis mercimonijs,aut victualijs,vel de ſoluendis gabellis, & impoſitionibus,an comprehendant Eccleſias, aut Eccleſiaſticas perſonas. 348.

Acta facta contra Clericum coram Iudice Laico inſtruunt Iudicem Eccleſiaſticum ad formandam inquiſitionem. 349.

Clerici confeſſio coram Iudice Laico,ſufficit ad torturā in iudicio Eccleſiaſtico. 350.

Lex iubemus C. de liberal. cauſ. declaratur. 351.

Can.multi corriguntur 2.q.1. declaratur. 352.

Singula ſingulis ſunt referenda. 353.

Cap.2.§.ſimiliter Eccleſiaſt. de except. in 6.declaratur. 354.

Cap.quam ſit graue de exceſſib. Prælator. declaratur. 355.

Conſti-

Conſtiterit, Verbum, ad legitimam probationem refertur. 356.

Confeſſio extraiudicialis, vt aliquid valeat, debet legitimè probari. 357.

Teſtis non iuratus in quacunque ſit dignitate cōſtitutus, nullam fidem facit. 358.

Acta facta coram Iudice Eccleſiaſtico contra Laicum, quam fidem faciant in iudicio Sæculari. 359.

Iudex Sæcularis in crimine hæreſis preciſè ſtare tenetur actis factis in iudicio Eccleſiaſtico, & quid in hoc ſenſerit Coraſ. 360.

Indirectè non eſt concedendum, quod directa competere non poteſt. 361.

Confeſſio Laici in Iudicio Eccleſiaſtico facta, ſuffi it ad torturam in Iudicio Sæculari. 362.

Non declines, Domine, cor meum in Verba malitiæ. Ad excuſandas excuſationes in peccatis. Pſal. 140.

CElebris eſt hic textus, propter eius materiā, & propter eius quotidianam practicam, vtilis admodū, & neceſſarius, Ideoque commendatione non indiget, quia ſe ipſum commendat, vt Vlpiani Verbis vtar, in l. 1. ff. de reſtit. in integ. Et quia in diſcurſu plurium officiorum, quæ in præſenti Regno (licet immeritus) exercui, expertus ſum, & cognoui, ſæculares Iudices inferiores timidè ſatis huius textus praxim exequi, ob Eccleſiaſticorum Iudicum, in cenſurarum comminationibus, rigorem, in graue Regię Iuriſdictionis detrimentum; Ideo ego Don Petrus de Vrries minimus I. C. Hiſpanus, inter aliquas æſtiui otij delicias, opus hoc, ea qua potui diligentia, elaborare curaui, vt, negotio aliqualiter liquidato, eiuſmodi timor neminem terreat, quo minus, quæ ſui mune
1 ris ſunt intrepidè adimpleat. Sunt † enim Iuriſdictio Eccleſiaſtica, & Sæcularis diſtinctæ, & ſeparatæ, can. duo ſunt 96. diſt. latè Zeball. in ſpecul. commun. contra comm. lib. 4. in diſcurſ. a num. 1. cum pluribus ſeqq. & q. 899. a num. 112. eod. lib. Ambr. de immunit. Eccleſ. cap. 16. num 3. Nec ſe perturbare debent cap. nouit, vbi Nauar. notab. 3. de iudic. & quilibet debet eſſe ſuis terminis contentus ad tex. in can.
2 fin. 90. diſt. Rex † enim Chriſtianus habet etiam ſuæ poteſtatis priuilegia diuinitus conſtituta, tex. eſt optimus in can. ſi Imperator 96. diſt. & in temporalibus dicitur Vicarius Dei, ſecundum eumdem Zeball. in ſpecul. d. lib. 4. q. 897. num. 374. Bellarm. in libell. de offic. Princip. Chriſtian. lib. 1. cap. 1. & 2. Vnde quæ circa eam ſunt iuſtè, & legitimè inſtituta vtiliter ſunt tuenda. Quod enim legis iuſtæ authoritate fit pęnam non meretur l. Gracchus C. ad leg. Iul. de adulter. cum vulgat. Et man
3 datum † ſuperioris licitè non adimpletur, quando poteſt reddi ratio nō adimplendi, optimus tex. iuncta gloſ. fin. ibi, in cap. cum teneamur de præbend. & dignit. Et tali caſu nō dicitur aliquis peccare, nec cenſuras incurrere, vt quaſi in ſimili affirmat Palat. Rub. in tract. de benefic. in Cur. Vacant. §. 7. ante fin. & nos fuſius ſuo loco dicemus, & licet materia excelſa ſit, & ſublimis, ita vt merito cum Sidoni. Appollina. in Præfatio. Panegir. quem dixit Romæ Socer. ſuo, dicere etiam poſſim.

Materia eſt maior, ſed mihi Muſa minor.

Mentem propterea ſemper redargutam habere conabor, vt lingua poſt ea inedarguta maneat, iux. illud Euripid. quod refert Plat. in Theætet. ſeu de ſcientia.

4 Cuius † quidem textus vniuerſam expoſitionem duabus partibus comprælhendam. Et in prima ea quæ ad eiuſdem tex. enodationem fundamentum, & Iuſtitiam apprimè expectant ſcholaſtico methodo tractabo. In ſecunda

cunda vero aliquas queſtiones ad materiam pertinentes, & vſu forenſi neceſſarias examinabo.

Ad primam igitur partem accedendo; Textus noſter (ſi rectè conſideretur)
5 in tres † principales poteſt diuidi partes; In prima (quę eſt vſque ad verſ. & ipſo veniente) agitur de citato prætendente ſe eſſe Clericum, & dicitur, quod debet perſonaliter comparere cum documentis clericatus, & offerre quandam petitionem fori declinatoriam; Et ſic verſiculus, oblata per eum, debet per parentheſim legi, & præponi verſiculo, datur terminus, vt patet ad ſenſum. Prius ſiquidem debet offerri petitio fori declinatoria, & poſtea datur terminus ſuper ea. In ſecunda parte (quæ eſt vſque ad verſ. & remittitur) agitur de Iudice citante, & cognoſcente de clericatu, & quid facere debeat. In tertia parte (quæ eſt vſque ad fin.) agitur de modo obſeruando in actu remiſsionis.

6 Quibus ſic conſtitutis. Concluſio, † quæ ex noſtro Tex. colligitur, eſt huiuſmodi. Citatus criminaliter per Iudicem Sæcularem, ſi prætendit eſſe Clericus, & remitti, non auditur, niſi perſonaliter compareat, cum documentis ſui Clericatus, & eo offerente petitionem fori declinatoriam, datur terminus ad probandum de Clericatu. Et ſi conſtat eum eſſe Clericum remittitur ad ſuum Iudicem, cum ſeruientibus, & fida cuſtodia, ſi remiſſus eſt ſuſpectus de fuga, & de re graui inquiſitus, & ſi ſecus, ſine ſeruientibus; Et Iudice ad quem petente copiam repertorum conceditur ei.

Quam. concluſionem apertè comprobat noſter Tex. Qui (cum ſingularis ſit in eius deciſione) alia iura expreſsè concordantia non habet, ſaltem de Iure communi. De Iure autem Regni adeſt alius Ritus 65. qui incipit, Item ſi aliquis Clericus: eamdemque concluſionem exornant Interpretes noſtri tam hic; quam in d. Rit. 65. vt videre eſt per Carauit. Grammat. Foller. & Cauenſ. in dictis locis, Aloyſ. de Leo in l. qui ſub prætextu num. 10. C. de Sacroſan. Eccleſ. in argumentum autem pro eadem concluſione eſt tex. in l. ex quacumque cauſa ff. ſi quis in ius vocat. non ier. tex. in l. 2. §. ſed ſi dubitetur, & in l. ſi quis ex aliena 5. vbi gl. verb. ſciatur ff. de iudic. & ita practicari in Senatu Mediolanen. ſentit Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 36. verſ. regulariter autem, ibi, in hoc tamen Ducatu, & pondera illa verba, ibi, vbi ſit in caſu remiſſionis, quæ ſignificat, in cauſa remiſſionis requiri in eo Ducatu cauſæ cognitionem ſuper Clericatu, & ſimilem practicam ſeruari in Regno Portugal. refert Petr. Barboſ. in l. Titia num. 32. ff. ſolut. matrim. & in Regno Franciæ, vt ex Rupellan. Inſti. Forenſ. lib. 4. cap. 9. refert idem Barboſ. d. num. 32. & Ritum noſtrum fuiſſe confirmatum per Summum Pontificem Clement. VII. refert audiuiſſe à ſenioribus, & peritioribus Doctor Marta in tractat. de iuriſdictione 2. p. cap. 31. num. 4. habetque tandem ſuprapoſita noſtra concluſio aliqua ſolidiſſima fundamenta, & decidēdi rationes, quæ ſuo loco oportunius adducuntur.

Primum Principale Argumentum.

SEd antequam vlterius progrediamur, contra primam partem noſtræ cōcluſionis obſtat grauiter Primò
7 Quod quotieſcunque Iudex vult ius † dicere ſupra ſuam iuriſdictionem, impunè ei non paretur, vt expreſsè dixit I.C. in l. fin. ff. de iudic. tex. in l. vir bonus 18. ff. iudicat. ſolui, tex. in cap. fi. de conſti. in 6. Sed quando Sæcularis Iudex citat Clericum vult dicere ius ſupra ſuam iuriſdictionem, quia Clerici ei ſubiecti non ſunt, vt dixit Conſtan. Imper. qui cum accuſationes Epiſcoporum ſibi fuiſſent oblatæ, vt ſuper eis iudicaret, Reſpondit, Vos Dij eſtis, ite, & inter vos cauſas veſtras diſcutite, quia dignum non eſt, vt iudicemus Deos, vt refertur in Can. ſacerdotibus 11. q. 1.

11.q.1.& ad idem eſt tex. in Can.nullus iudicum ead. cauſ. & q. latiſſime proſequitur,innumeros referens Farinac.in pract.crimin.de inquiſition. q. 8.num. 1. quibus adde Steph. Aufre. de poteſt.ſæcul. in eccleſiaſt. ſtatim in initio Chaſſa. in conſuet.Burgun.rub. 1. verb. s'il n'agrace num.47, Fachin. controuerſ.Iur.lib.9. cap. 27. Domin. Reg. Valenzuel. Virum ſingularis doctrinæ, & Dominum meum colendiſſimum in defenſion. monitor. contr. Venetos 4.p.à num.27. cum alijs ſexcentum,quos prolixum,& ſuperfluum eſſet in re adeo manifeſta adducere: Ergo Clericus à Laico Iudice citatus poteſt impunè non parere,& à fortiori per procuratorem comparere, & per eum exceptionem fori declinatoriam allegare, ſicut poſſet in cauſa ciuili, prout ita arguendo tenet Gandin. in tract.maleſic.tit.Vtrum procurator.in maleſic. interu. & quan. num.2. verſ. nam dicit,quod non eſt,Carauit.ſuper rit.169.num.2.Grammat. conſ.1.poſt regias deciſio.num.39.& num. 36. dicit, quod Iudex ſæcularis non poteſt infringere Clerico pœnam contumaciæ;Quod ego ex eo fieri exiſtimo,quia cum Clericus poſſit impunè non parere per d. l. fin. pœnam non meretur l. Gracchus C.ad leg.Iul.de adulter.proſequitur late Dom.Præſes de Franch. dec.329.ſtatim in initio.

Neque ſatisfaciet, qui dixerit, veram quidem eſſe iuris regulam, quæ cauetur,Clericum à Laico Iudice citatum poſſe impunè non parere, ex iuribus, & rationibus ſupra adductis; No-
8 ſtrumque † tex.ita fore interpretandũ, vt ſcilicet intelligatur ſimpliciter, & prout ſonat,nempe quod Clericus citatus à Iudice Laico non audiatur in petendo remiſſionem,niſi eo perſonaliter comparente; & ſic cum Ritus nõ procedat ad vlteriora contra Clericũ non comparentem perſonaliter, ſed ſolum denegando audientiam,nullum ei infert præiudicium,neque in aliquo lædit priuilegium Clericale, quia Ritus ſolum dat normam, & modum Iudici Laico in procedendo ſuper articulo remiſſionis,Clericum autem nolentem comparere,nec compellit,nec punit,& ſic difficultatem hanc conantur componere Gramm.d.conſ.1. nu. 26. & Foller. in pract.crim. verb. audiantur excuſationes num. 39. verſ. & ita voluit idem.vbi dicit,quod ſi Clericus
9 † citatus à Laico Iudice diſtulit opponere exceptionem fori declinatoriam, & poſtea fuerit captus,quod non renetur ſoluere pœnam contumaciæ,& ita iudicaſſe Magnam Curiam Vicariæ refert idem Gramm.vot.27.Ea nimirum ratione,vt ego exiſtimo, Quia vt paulo antea dicebamus, cum Ritus noſter nihil diſponat ſuper Clerico citato, & non comparente, nullam cenſetur Clericus contraxiſſe contumaciam.

Quia tunc ſtante eiuſmodi concordia magis inualeſcit difficultas,ſi attendamus practicam ordinariam, quæ quotidie fit, quod quotieſcunque aliquis citatur, & non comparet legitimè, eò ipſo remanet contumax, & ſic
10 Ritus † noſter,dicendo,quod Clericus citatus non auditur, niſi perſonaliter compareat,videtur innuere, quod aliter comparendo remaneat contumax, ſicque in odium, & pœnam citati, & non comparentis perſonaliter procedit ad contumaciam,& deinde ad alios actus incumbentes,quod agnouit Foller.vbi ſupra verſ. non bene inſpexiſti & ego pondero tex. in d. ritu 65. vbi dicitur,quod ſi Clericus fuerit citatus vt Laicus, Bannitus, & Foriudicatus, iux.formam Conſt.pœnam eorum, & quæ notat Foller.in pract. crim. verb. Banniantur,& verb.Foriudicentur,debet perſonaliter comparere ad purgandam ſuam contumaciam,ergo quando Curia eum citauit ad Informandum,& ad Capitula,certum eſt,quod non comparuit perſonaliter,quia ſi cõparuiſſet,non Banniretur, nec Foriudicaretur, & nihilominus cum banniuit, & foriudicauit,in odium,& pœnam contumaciæ citationis ad informandum,

& ad

& ad capitula; ergo non eſt verum dicere, Ritum noſtrum determinantem, quod Clericus citatus non audiatur, niſi perſonaliter compareat, non dare Iudici Laico licentiam procedendi ad vlteriora in odium, pœnam, & præiudicium Clerici, & ipſius priuilegij, ſi quidem procedit ad bannum, & forindicationem, & per conſequens ſuſtineri non poteſt concordia Grammatici d.num.26.& Follerij d.num.39.verſ.& ita vouit idem, Remanetque firmum ſuprapoſitum argumentum.

Secundum Principale Argumentum.

SEcundo, aduerſus ſecundam partē noſtri tex.& concluſionis, oppono tex.expreſſum,& ex diametro repugnantem in cap.ſi Iudex Laicus 12.de ſent.excom. in 6. quo loci Bonifacius VII. Sum.Pont.in eadem ſpecie dicit,
11 Clericatus † cognitionem non ad Laicum, ſed ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinere; Et reddit rationem, ibi, quia de re Eccleſiaſtica, & ſpirituali, quaſi dicat, quod ex quo Clericatus eſt res eccleſiaſtica, & ſpiritualis, eius Iudex Laicus eſt incapax cap.decernimus,& ibi gloſ. 1. de iudic. can. continua lege 11.q.1.cap.lator cap. per venerabilem extr.qui fil.ſint legiti. ideo Clericatus cognitio ad Iudicem Laicum pertinere non poteſt, Petr. Bellug. in ſpecul. princip. rubr. 11. §.videamus nu.5.Iul.Clar.bis dicens communem, in pract.crimin.§.fin.q.36.nu.21. Vincent. de Franch. d. deciſ.329. num.9. cum alijs multis congeſtis per Farinac.in pract. crimin. de inquiſitio.q.8. num.33.

Et augetur difficultas, ex quo Prin-
12 ceps † ſæcularis non poteſt facere leges, vel ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam, aut ſuper eccleſiaſticis perſonis aliquid diſponere, tex.eſt in Auth.caſſa,& irrita C.de ſacroſa. eccl. & ex eo contrafacientes excommunicantur in cap.nouit 49. de ſenten. excom.apud Gregorium, quem textum eleganter declarat Nauar. in manuali latino cap.27. à num.119. & ad eumdem effectum adeſt alia excommunicatio in Bulla Cœnæ Domini, quam explicat Rebuf. in praxi benefic. in 10.caſu fol.mihi 456.proſequitur latè Sayr.in theſau.caſ.conſcien. lib.3.cap. 19.& nouiſſimè Fr.Anton. de Souſa in relectio. de cenſur. cap. 16.& ex noſtris, alios referens, idem tenet Capy. deciſ. 161. num. 5. in fin. Foller. in pract. crim. verb. audiantur excuſatores num.38.& 39.qui allegat Gramm. d.conſ.1. poſt Regias deciſiones num. 27. & ego addo eumdem Grammat. conſ.25.Redemptoris gentium num.4 inter crim.D.Reg.Valenzuel.in d. deſen.monitor 3.p. num.132.

Cuius rei ea eſt ratio; Quia nemo poteſt facere legem non ſubditis l. 1. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.l.fin. C.de inceſt.nupt.iuncto tex. in d.can. continua lege, ibi, ad Dei ſolius iudicium reſeruamini 11.q.1. cap.fin.de Conſtit.apud Bonifac. Stephanus Aufr.in Repetitio.Cleme. vnic. q.11.nu. 11.de offic.ordina. Ergò Regina Ioanna non potuit Ritum noſtrum introducere, ſeù cōfirmare, contra libertatem & perſonas Eccleſiaſticas.

Quinnimò cùm Ritus noſter nihil aliud ſit, quàm quædam obſeruantia & conſuetudo circa modum procedendi, vt colligitur ex traditis per Carauit. ſuper Rit. 1. à num. 6. cum ſeqq. Non potuit Mag.Cur.Vicar. talem introducere conſuetudinem, grauamen Eccleſiæ inferentem, iux.tex.optimum ad propoſitum in cap. Clerici 8.de iu-
13 dic.Sed ex officio † tenebatur eam reijcere, & tollere ad tex. cum ibi notatis in cap.1. de conſuetu.can.mala 8.diſt. Authen. habita §. hac igitur, vbi gloſ. verb. peruerſa conſuetudine C. ne filius pro patr. quæ allegat tex. in Authen.vt nulli Iudic.§. nulli vero collatio.8.

Tertium principale argumentum.

TErtio,& vltimo,contra tertiam partem noſtri tex.& concluſio-
14 nis,ſic argumentor; Acta † coram ſæculari Iudice facta,Clerico , in iudicio Eccleſiaſtico officere non poſſunt , vt in conuictione , & confeſſione probat expreſsè tex.ad hoc vulgar.in cap. At ſi Clerici 4. de iudic. & pluribus relatis tenet Iul. Clar. in pract. crimin.§. fin.q.36.num.fin.vbi Baiard.dicit communem opinionem,ſecundum Dec. in d.cap.at ſi Clerici Viu.in Sylu.comm. opinion.verb.Iudex Laicus , vt habetur tom.1.comm.opin. lib.3. tit.1. nu. 119.& reſoluit Tiber.Decian.in tract. crim.lib.4.cap.9.num.17.Ergo fruſtra dicit tex. noſter, quod ſi Archiepiſcopus petat copiam inuentorum contra Clericum remiſſum , quod eſt concedenda.

Primum Præludium.

EX ſupradictis igitur dubitandi rationibus, difficiles ſatis redduntur ſinguli noſtri tex. & concluſionis partes,illis tamen non obſtantibus (vt inferius apparebit) à noſtri tex. praxi recedendum non eſt,Pro cuius intelligentia,& faciliori rationum decidendi ſtatim aſſignandarum explicatione , Rem altius extollere, & ab origine repetere oportet, cum in hoc conſiſtat præcipua noſtri inſtituti pars.

Quare Primo ſciendum eſt , Quod
15 Ritus † (cùm de eius interpretatione ſimus acturi, Nihil aliud eſt in propoſito noſtro (ommiſſa eius denominatione) niſi ius non ſcriptum, moribus introductum ſecundum Carauit.ſuper Rit.1.num.9.& allegat Andr.de Iſern. in Conſtit.ſi quis in poſterum,in verſ. illud etiam,nec diſſentit Afflict.ibi nu. 33.cum ſeqq. Annibal Troyſ. ſuper d. Rit.1.num.6.vbi etiam Scaglion. nu. 1.Alber.Oliu.in proœm. Rit. Cur. Archiep.num.1. Geminia. in cap. contra Chriſtianos num. 3.de hæret.in 6.& in Ouid.lib.2.faſt. ſic ait

Hunc morē Aeneas pietatis idoneus auctor
Attulit in terras,iuſtè latine,tuas
Ille patris Genio ſolemnia dona ferebat
Hinc populi Ritus edidicere nouos.

Et quamuis non me lateat inter Ritū, Mores , & Conſuetudinem conſtitui poſſe differentiam,vt per Roceh. de Curt. de Conſuetud.in præfatio.num. 13.illam potiſſimum,quod cauſarum merita per conſuetudines dirimantur; Per Ritus autem ordinentur,& ſolemnitatem accipiant. Veritas eſt, quod ij termini confunduntur , & ſæpiſſimè
16 (ſaltem † in propoſito noſtro)vnum pro alio vſurpatur; ſiquidem nomen Ritus ad iuſtitiam , & rectitudinem cauſarum,quibus iudicia expediuntur pertinet , vt notat Andr. Aleiat. in l. hæc verba enim 4.ff.de verb. ſign. in l. lectaverb. rectè ff. ſi cert. petat. latiſſimè Tiraq.in l.ſi vnquam in præfatio.à num.33.cum ſeqq.C.de reuoc.donat. è contraque conſuetudo ad ordinem, & procedendi modum ſolet etiam referri,vt colligitur apertè ex l. 3. §. fin. ff.de teſtib.& notat Carau. vbi ſupra num.11.gloſ. verb.rite in l. non putauit 8.§. non quæris ff. de bon. poſſeſſ. contr.tab. Alex.in d.l. lecta num.15.in effectu igitur Ritus , & Conſuetudo idem ſunt , & in terminis noſtri Textus ſatis propriè dici poſſet , Ritum noſtrum pertinere ad ordinem procedendi , ſiquidem tractat de obſeruantia,& conſuetudine ſeruandis in Clericatus cognitione ad fundandam exceptionem fori declinatoriam.

Ritus itaque , & Conſuetudo, de quibus in noſtro textu,ſeruantur in Magna Curia , vt idem textus dicit ; De cuius conſuetudinis,ſeu obſeruantiæ initio nihil certum affirmari poteſt , eſt tamen veriſimile,à principio ipſius Magnæ Curiæ dictum Ritum fuiſſe introductum, dùm non conſtat
17 de contrario. Fuitque † ipſa Magna Curia primo à Rege Gulielmo ſecundo,dicto el bueno,inſtituta, vt colligitur

tur ex Conſtitutione ſeruos, & Conſtitutione ſequenti, & notat Conſtantinus Papa in praxi arbitrij Magnæ Curiæ cap. 2. num. 81. Qui Gulielmus cœpit regnare anno ſalutis noſtræ 1167. ſecundum Ioannem Antonium Summonte, in Hiſtoria Regni Neapol. in vita eiuſdem Gulielmi; & licet credibile ſit, iam ante Gulielmum fuiſſe Inſtitutam dictam Magnam Curiam, non tamen conſtat, quando, & à quo Rege, quod eſt animaduerſione dignũ pro antiquitate noſtræ conſuetudinis, cuius initij non extat memoria certa, vt infra dicemus ſuo loco. Poſtea vero tempore Regis Roberti, qui cœpit regnare anno ſalutis noſtræ 1309. ſecundum eundem Ioannem Antonium Sũmonte, vbi ſupra in vita Roberti, legimus fuiſſe aliam Curiam, quæ appellabatur Vicaria, ſic denominatam à Vicario Regis, qui ei præerat: Prædictus enim Rex Robertus habuit in Regno eius Vicarium, qui fuit Illuſtris Carolus eius filius Dux Calabriæ, qui obijt ante eius patrem, & iſte Carolus Vicarius, & Dux Calabriæ habuit hanc Curiam Vicariæ, quam etiam appellauit Magnam, ſecundum eumdem Conſtantinum Papam dict. cap. 2. num. 84. & colligitur ex Capitulo Deteſtantes, quod eſt inter Ritus Magnæ Curiæ num. 288. ſecundum ordinem Carauitæ, & quamuis ante dictum Illuſtrem Carolum Vicarium, & Calabriæ Ducem legimus fuiſſe in Regno alios Vicarios, non tamen reperimus habuiſſe Curiam Vicariæ.

Quibus Curijs ſic conſtitutis, Regina Ioanna Secunda, quæ cœpit regnare anno ſalutis noſtræ 1415. ſecundum eumdem Ioannem Antonium Sũmonte, vbi ſupra in eius vita, habuit vtramque Curiam, Magnam nimirum, & Vicariam, vt colligitur ex rit. 1. ibi, Magnæ, & Vicariæ Curijs, & ex alijs ritibus notat Conſtantinus Pap. vbi ſupra nu. 86. & notabis, quod vnaquæque harum Curiarũ ſuos habebat Ritus, vt colligitur ex dict. rit. 1. ibi, omnes vero
alios ritus, & obſeruantias dictarum
Curiarum hactenus obſeruatos, &c.
eademque Regina Ioanna Secunda
cupiens dictas Curias reformare, vni-
18 uit † eaſdem, vnam ſolam inſtituendo,
quam appellauit Magnam Curiam Vi-
cariæ, vt notat Carauit. ſuper dict. rit.
1. num. fin. & ſuper Rit. 302. ſequitur
Conſtantinus Papa, vbi ſupra num. 87
& colligitur ex Pragmatica eiuſdem
Reginæ, quæ incipit, ſanè pro parte
edita Anno Incarnationis Domini
1418. quæ in noua compilatione eſt
ſub tit. de feudis ibi, Mandantes Magi-
ſtro Iuſtitiario, &c. Circa quod vlti-
mum parum inſiſto, quia defendi poſ-
ſet, nunquam Reginam Ioannam vni-
uiſſe dictas Curias, vt colligi poteſt ex
pluribus ritibus, & præſertim ex rit. 46
qui eſt caput plurium rituum ſequen-
tium, & ex rit. 306. Veritas tamen eſt,
quod Regina Ioanna reformauit ritus
dictarum Curiarum, vt patet ex d. rit.
1. Qui quidem ritus neſcimus, an an-
tea conſiſterent in ſcriptis, Nominis
tamen natura ſatis demonſtrat, inter
Ius non ſcriptum ipſos fuiſſe annume-
ratos, & pro conſuetudine, & obſeruan
tiã habitos ab anno 1167. quo cœpit
regnare Gulielmus II. vſque ad annũ
1415. quo regnauit Ioanna II. quæ di-
ctos ritus, conſuetudines, ſeù obſer-
uantias dictarum Curiarum in ſcriptis
redegit.
Non tamen putes, ex eo quod dicti
19 ritus † in ſcriptis fuerunt redacti, deſi-
nere eſſe conſuetudines, vt dicit Ro-
ch. de Curt. in tract. de conſuet. in
præfatio. num. 6. ſubdens num. 7. hanc
eſſe communem opinionem, nec diſ-
ſentit Neapod. in conſuetud. Neapol.
in proœmio num. 14. Chaſſan. in con-
ſuetud. Burgun. in proœm. num. 21.
cum ſeqq. Nec te moueat, quod Regi-
na Ioanna, quæ hos ritus in ſcriptis re-
degit habebat poteſtatem legis con-
dendæ, & ſic videtur, quod ritus per
ſcripturam deſierint eſſe conſuetudi-
nes, & tranſierint in ius ſcriptum, iux-
ta quæ notant Moderni in §. ex non

ſcripto inſti. de iur. nat, gent. & ciui.
Quia Reſpondeo, veriſſimum quidem
eſſe, Reginam Ioannam habuiſſe pote-
ſtatem legis condendæ, non tamen
conſtat de eius volũtate, nempè quod
voluerit dictos ritus transferre in ius
ſcriptum; quinimmo contrarium col-
ligitur ex eod. rit. 1. ibi, ritus, & obſer-
uantias, vult enim, quod in ſuis Ma-
gnæ, & Vicariæ Curijs de cætero ob-
ſeruentur dicti ritus, ſicque eos appel-
lando ſub nomine Iuris non ſcripti, cõ
ſtat noluiſſe ius ſcriptum facere, verba
20 † enim declarant animum loquentis,
can. is autem 22. q. 2. cum alijs allega-
tis per Ioan. Petr. Surd. in tract. de ali-
ment. tit. 2. q. 2. num. 4. Huiuſmodique
21 Ritus † non ſolum in ipſa Mag. Cur.
Vicariæ, ſed etiam in omnibus alijs
Regni Curijs ſunt obſeruandi, vt no-
tant Andr. de Iſern. in conſtit. in pecu-
niarijs col. 3. Carauit. d. rit. 1. num. 3.
vbi etiam Conſtant. Pap. eius additio.
Annibal. Troyſ. ibidem num. 2. & eius
additio litera b. cum alijs multis ab eis
allegatis. Et notabis etiam, quod dum
tex. noſter dicit, in ipſa Curia ſerua-
tum fuiſſe ritum noſtrum, intelligen-
dus videtur de Magna Curia, per reg.
in l. quæritur ff. de ſtat. homin. cum
vulgatis.

Secundum Preludium.

SEcundo ſciendum eſt, Chriſtiano-
22 rum † duo eſſe genera, can. duo
ſunt 12. q. 2. Alij enim ſunt Clerici,
Alij vero laici, laici a laos græcè; lati-
nè verò plebs, vel turba, populi dicun-
tur, Clerici vero à Cleros, græcè ſimi-
liter (quod eſt ſors, vel pars ſortita, vel
alicui contigens) appellantur: Et proin
de, qui in clericorum ordinem allegan
tur, quia de ſorte domini ſunt, vel par-
tem Domini habent, palam ſacrum
profeſſionis huius verſiculum pronun
ciant, ex Proph. pſalm. 15. deſumptum;
Dominus pars hæreditatis meæ: tu
es, qui reſtitues hæreditatem meam
mihi, ita colligitur ex can. cleros 21.

diſtin. & proſequitur latè, rem à pri-
mordio repetendo, Petr. Gregor. Tho-
loſ. in Synrag. iuris vniuerſ. lib. 16. cap.
1. cum ſeqq.

23 Sortiuntur autem Clerici varias †
appellationes, ratione ordinis, vel gra-
dus quem obtinent in Eccleſia, vel ob
eorum miniſterium: Fuerunt quippè
gradus in eccleſiaſtica diſciplina pru-
denter diſtincti, per quos quis ſe exer-
ceret, antequam ad faſtigium, & digni
tatem ſacerdotij, vel ad Epiſcopatus
apicem perueniret, can. ſi officia, cum
duobus ſeqq. 59. diſt. proſequitur latè
Boer. in tract. Mag. Conſil. nu. 36. poſt
deciſ. cui adde Franc. Duar. de ſacr. ec-
cleſ. miniſtr. lib. 1. à cap. 7. cum ſeqq.

Primus gradus, ſeù ordo, ſimplici-
ter appellatur generali nomine Cleri-
corum cap. cum contingat de ætat. &
qualit. cui confertur prima tonſura,
dum Dei miniſterijs ſe primum inſcri-
bit, & tyrocinium militię cœleſtis pro-
fitetur, detonſo leniter capillo, qui ali-
quando appellatur Pſalmiſta; & hæc
prima tonſura, ſeù corona eſt ianua
omnium ordinum, & taliter ordinatus
generali nomine, vt diximus appella-
24 tur Clericus. Qua † forſan ratione
videntur Theologi inter ordines Ec-
cleſiaſticos hunc rectè non annume-
raſſe, quaſi quod eius nomine omnes
appellentur, vt videre eſt per Magiſt.
ſent. lib. 4. diſt. 24. proſequitur Hoſtie.
in ſum. de ordin. ab Epiſcop. qui re-
nunc. Epiſcop. per totum Lap. alleg.
138. num. 11. Petr. Gregor. Tholoſ. vbi
ſupra Duar. d. lib. 1. cap. 10. Sicque
propriè, & ſtrictè ſeptem tantum di-
cunt eſſe ordines, ſeù grados clerico-
rum, Nempè Oſtiariatus, Lectoratus,
Exorcizatus, Acolithatus, Subdiaco-
natus, Diaconatus, & Presbiteratus, de
quibus ſingulis, eorumque officio, &
miniſterio tractant Magiſt. ſent. vbi ſu-
pr. cap. 1. cum ſeqq. & ibi Domini.
Sot. art. 3. latè proſequitur congruen-
tiam, & rationem huius ſeptenarij nu-
meri graduum, ſiue ordinum eccleſia-
ſticorum Nauar. in manual. lati. cap.
22. nũ.

22. num. 18. Tholoſ. & Duar. vbi ſupr.
Supradictorũ autem ſeptem ordinũ,
25 ſeu graduum Clericorum quatuor †
primi, nempè Oſtiariatus, Lectoratus,
Exorcizatus, & Acolithatus dicuntur
minores, & non ſacri, nec per eorum
ſuſceptionem imprimitur character.
vt in ſimpliciter tonſurato dicit Vin-
cen. de Franch. deciſ. 189. num. 8. Mar-
tin. Fornar. in additio. ad Tolet. cap. 7.
num. 1. Barboſ. in l. 1. in 3. artic. num.
217. ff. de iudic. & in minoribus ordi-
nibus conſtitutis tenet Domin. Soto
in 4. ſenten. diſt. in 24. q. 1. arti. 4. verſ.
ſeptima concluſio, Dominus Regens
Valenzu. conſ. 5. num. 69. Et probatur,
Quia minoribus ordinibus ordinati li-
berè matrimonium cõtrahere poſſunt,
& tunc dicuntur Clerici cõiugati cap.
à multis de ætat. & qualit. cap. cum
olim de cleri. coniug. can. ſi quis eo-
rum 32. diſt. Hoſtien. in Sum. qui cle-
ri. vel monac. matrim. contr. poſſ. Co-
uar. in 4. de ſponſal. 2. par. cap. 6. §. 3.
num. 4. ergo non habent charactorem,
cui eſt anexa caſtitas, ſecundum Gu-
tierr. de matrim. cap. 90. num. 15. & fa-
cit etiam, quod Sacroſanctum Concil.
Triden. ſeſſ. 23. cap. 4. & de Sacramen.
ordinis ead. ſeſſ. can. 4. vbi decernitur
in ſacramento ordinis imprimi chara-
cterem, ſolum loquitur de ſacris ordi-
nibus, & ſic non de minoribus, qui nõ
ſunt ſacri, ſecundum Sot. vbi ſupra Pe-
tr. Gregor. Tholoſ. d. lib. 16. cap. 2. nu.
5. Hoſtien. in ſum. de tempor. ordin. §.
fin. num. 36. & 37. Goffred. in ſum. de
ordinat. ab Epiſcop. qui Epiſcop. re-
nunc. num. 3. gloſ. in ſum. 32. diſt. & fa-
cit tex. in cap. 2. de cleric. coniugat.
Io. Fran. de Ponte in prælud. feudorum
lectur. 1. à num. 122. Tres autem ſe-
quentes ordines, Subdiaconatus nimi-
rum, Diaconatus, & Præsbiteratus di-
cuntur Maiores, & Sacri, d. cap. à mul-
tis, impediuntque contrahere ma-
trimonium d. cap. ſi quis eorum can.
erubeſcant. 32. diſt. cap. 1. de cleri. con-
iug. Triden. d. ſeſſ. 23. cap. 4. & can. 4. &
tradunt DD. paulò antea allegati.

26 Omnes autem † Clerici, propter
eorum eminentiam, & dignitatem, ha-
bent aliqua non contemnenda priuile-
gia, & quadraginta, & duo ponit Ioan.
Anton. Nig. in comment. ad Bull. ex-
trauag. Clemen. Septimi, incipit, expo-
ni nobis, de Vita, & Honeſt. Cleric. in
gloſ. verb. priuilegio à num. 4. vſque
ad num. 277. & illa ad duo reducit Au-
fre. in d. Clement. 1. notab. 3. num. 5.
de offic. ord. fol. mihi 9. & poſt eum
Bouadill. in ſua Polit. tom. 1. lib. 2. cap.
18. num. 41. Congruentium autem ad
tria capita refert Euerar. in locis le-
gal. in loco à veroſimili num. 8. De
quibus omnibus in præſentiarum tra-
ctare, & prolixum, & importunum eſ-
ſet: Vnum tamen quoad propoſitum
noſtrum eſt neceſſariò proponendum,
quod vulgò appellatur Priuilegium
fori, de quo tractant allegati DD. &
27 conſiſtit † in eo quod Clerici, cuiuſ-
cunque ordinis, aut gradus ſint, Ciuili-
ter, aut Criminaliter non niſi coram
Eccleſiaſtico Iudice conuenitri poſſunt
can. 1. & ſeq. 11. q. 1. cap. at ſi Clerici
cap. cum non ab homine de Iudic. cap.
2. cap. ſi diligenti de for. compet. & de
Iure Cęſareo eſt tex. expreſſus in auth.
ſtatuimus C. de Epiſcop. & Cler. & in
auth. vt Cleri. apud propr. Epiſcop. §.
1. colla. 6. melior tex. in Conſti. Federi.
II. incipit, in die qua de manu §. Item
ſtatuimus tit. de ſtatut. & conſuetud.
contr. liber. eccleſiaſt. ſtatim poſt vſus
feud. Fas enim non eſt, vt diuini mune-
ris miniſtri poteſtatuum temporalium
ſubdantur arbitrio, vt dicebat Theo-
doſ. Impera. in l. de Epiſcop. & Cleric.
in C. Theodoſi. & refert Petr. Gregor.
Tholoſ. d. lib. 16. cap. 1. num. 34. & ita
tenent omnes ordinarij Interpretes in
dictis locis, quos ſequitur Iul. Clar. in
pract. crimin. §. fin. q. 36. in prin. vbi ex
Alciat. dicit communem opinionem,
& ibi Baiard. refert quamplures idem
tenentes, Afflict. in Conſtit. Maieſtati
noſtræ num. fin. Marant. in ſpecul. 4. p.
diſt. 11. num. 3. Paul. Caſt. in l. Præsbi-
teros num. 1. C. de Epiſcop. & Cleri. &

in hoc nulla eſt dubitatio.

28 Quod quidem fori priuilegium † extenditur etiam ad carcerationem, ita vt Clerici non ſolum prohibeãtur conueniri ideſt vocari, ſeu citari corã Iudice Laico, ſed etiam carcerari, aut capi ſub pœna excommunicationis cap. 3. de ſenten. excomm. Boſſ. in titul. de Captura num. 35. Farinac. in pract. crimin. de inquiſitio. q. 8. num. 115. quem refert, & ſequitur Bouadill. vbi ſupra d. num. 41. atque ita maxime memoriæ commendabis ad rationes decidendi infra proponendas, quia circa hunc punctum verſatur 1. p. noſtri tex. proſequitur Grilend. conſ. 53. à num. 2. firmat Gail. obſeruat. 37. num. 1. lib. 1. quorum aliquos refert, & ſequitur Farin. d. q. 8. num. 1.

Et adeo verum eſt, Clericum non poſſe conueniri coram Iudice Sæculari, quod etiam eo renunciante, vel conſentiente tacitè, vel expreſſè, etiam cum iuramento id fieri non poterit tex. in cap. ſi diligenti de for. compet. Grammat. deciſ. 29. num. 5. & deciſ. 61. num. 17. vbi refert Andr. de Iſern. idem tenentem in Conſti. de perſonis Vincen. de Franch. deciſ. 400. num. 6. Affli&. deciſ. 85. num. 1. vbi Vrſil. ſe refert ad alias deciſiones, ſequitur reddens rationem, Gayl obſeruat. 40. nu. 7. lib. 1. Farin. vbi ſupra num. 10. Quid quod Clericus etiam de ſui Epiſcopi conſenſu Iudicis Laici iuriſdictioni ſubijci non poteſt? Quia etiam ſi Summ. Pontifex id in Vniuerſum facere poſſet; adhuc Iudex Laicus de Clerico minimè cognoſcere valeret, ex quo eiuſmodi priuilegium non ſolum eſt Clericis conceſſum, verum etiam ſæcularibus Iudicibus expreſsè prohibitum, quod de Clericis cognoſcant, iuxta illud Pſal. 104. Nolite tangere Chriſtos meos, &c. proſequitur Grammat. d. deciſ. 61. num. 9. cum ſeqq. & proinde Clericus citatus à Iudice Laico ſi compareat, & non declinat forum, debet mulctari, & extraordinaria affici pœna per Eccleſiaſticum Iudicẽ, ſecundum eumdem Grammat. d. deciſ. 29. num. 6. & conſ. 1. num. 34. poſt Regias deciſiones, latè Farin. vbi ſupra.

Sed difficultas conſiſtit in declarando, quo iure ſit introductum eiuſmodi fori priuilegium, cuius virtute Clerici ſunt exempti à Laicorum Iudicum iuriſdictione, Diuino ſcilicet iure, an Poſitiuo. Cuius dubij inueſtigatio maximè conducet ad intelligentiam totius materiæ, & ideo libet illud examinare.

29 Quare ſciendum eſt, quod ius † naturale, ſiuè lex naturalis frequentiſſimè appellatur ius diuinum, ſiuè lex Diuina: & merito quidem; Nam prima illa principia, Bonum eſt faciendum, Malum eſt vitandum, Quod tibi non vis, alteri ne feceris, & alia ſimilia per ſe nota, diuina quadam prouidentia ſunt inſita hominibus, & eadem Diuina prouidentia apud omnes pæræque obſeruantur §. fin. inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Quæ, cum (malitia hominum creſcente) ad humanam vitam peragendam non ſufficerẽt, Deus Optimus Maximus, illa ampliando, & extendendo, legem dedit hominibus per Moiſem, Præcepta nimirum Decalogi, quæ, quatenus naturalia ſunt, Propterea à Chriſto Domino fuerunt in lege Euangelica relicta, ſecundum Petr. de Arago. in tract. de decimis q. 87. artic. 1. qui ad idem allegat Sotum de iuſt. & iur. q. 5. artic. 4. concl. 2. atque ita eſt intelligendus tex. in can. Humanum genus 1. diſt. ibi, quod in lege, & in Euangelio continetur. Et inde rectè ius Diuinum, ſiuè lex Diuina poterunt appellari ſupradicta principia. Vndè etiam fit, quod cum ab huiuſmodi principijs, & præceptis, Diuina quadam prouidentia, & Conſtitutione, dependeant Leges Moſaycæ, Profetica, Euangelica, & Apoſtolica, quidquid ab ipſis fuerit diſpoſitum, dici poterit ius, ſiuè Lex Diuina, vt notat Marant. in ſpecul. 3. p. num. 80. largè tamen, & impropriè, vt aduertit Coua. pract. qq. cap. 31. num. 1. verſ. tertia

tia

tia vero,prout ſic etiam large,Martianus I.C.legem appellauit donum Dei
30 in l.2.ff.de legib.Verè † tamen,& propriè, maximè ad propoſitum noſtrum, lex Diuina dicetur illa, quæ ab ore Dei primo proceſſit, & ex diuinis præceptis conſtat,& hodie vim,& authoritatem habet, vtpute Euangelica, ſecundum Couar.vbi proximè, & verſ. contraria opinio,Hortenſ. Caualc. de Brach.Reg.6.p.num.78. Petr. de Aragon. de Iuſt.& Iure q.57.art.2.ad 3.& per totum.

31 Ius autē Poſitiuum † dicitur, quod dependet à mera,& libera voluntate hominum, habentiū poteſtatem iuris condendi, & fundatur in aliqua particulari ratione,& ſi eius conditor fuerit Eccleſiaſticus, dicetur Ius poſitiuū Eccleſiaſticum, prout ſunt Ius Canonicum,Concilia,& ſimilia; Si autem ſæcularis,ſæculare,vt eſt ius Ciuile, ita adnotauit Matant.vbi ſupra num.8 Arag. vbi ſupra per totum.

Ad Propoſitum ergo noſtræ quæſtionis redeundo;Quo ſcilicet Iure fori Clericorum priuilegium ſit introductum,maximè apud DD.controuertitur, multique tenuerunt,Iure Diuino
32 † introductum fuiſſe, vt refert Zeuall. in ſpecul. com. contr.comm.q.550.in prin.Farin.in pract. crimin. de inquiſitio.q. 8. num. 2. Bouadill.in ſua Polit. tom. 1. lib. 2. cap.18. num.17.quibus addo Beltran.Gueuar.in propugna.eccleſiaſt.libert.aſſertio.1.§.7.nu.10.Domin.meus Regens Valenzuel.in defenſio.Monitor.4.p.à num.37.cum ſeqq. cum alijs infinitis, qui poſſent cumulari.

33 Contrariam tamen † opinionem, fori ſcilicet Clericorum priuilegium à Iure poſitiuo Pontificio fuiſſe introductum,tenuerunt alij multi, relati à Zeuall.vbi ſupra,quibus etiam ipſe aſſentitur,nec diſſentit Farinac.d.q.8.num. 2. attenta diſtinctione,qua ibi vtitur quam accepit à Couar.d. cap.31. quibus addo Domin.Sot.in 4.ſenten.diſt. 25.q.2.art.3.ſtatim in initio Bouadill. d.cap.18.num.25.& 35. Franciſ.à Victor. in relectio. de poteſtat.eccleſiaſt. ſect.7.num.2.nec videtur contradicere Bellarmin. in tract.de poteſt.Pontif. in temporalibus cap.34.cum ſeqq. affirmat Aluar.Valaſ.conſult.100. num. 8. cum ſeqq. & fuit originalis doctrina Innocen.in cap.2.de maior.& obedie. eamque dicunt commun.Couar.Bouadill.& Zeuall.vbi ſupra,& nouiſſime Fran.Anton.Souſa in relectio.de cenſur.cap.19.diſput.91. num.6. Ioſeph. Seſſe in tract. de inhibitio.cap.8. §.3.à num. 11. cum ſeqq. Petr. Folleri. in Conſtit.de Burgenſat. num. 2. Nitunturque præfati DD. eo potiſſimo fundamento, quod nulla ſit Euangelicæ legis,& noui teſtamenti authoritas, quæ Clericos à iuriſdictione Principū ſæcularium exemerit;Ideoque dici debere, lege humana, & poſitiua exemptos eſſe,Cùm non appareat lex Diuina,quæ verè Diuina ſit,& poſt aduentum Chriſti vim, & poteſtatem habeat,& quæ in ſenſu litterali præceperit, Clericos à poteſtate Principum Sæcularium exemptos fore, quod ſi expediret,eos Iure Diuino ab huiuſmodi eximere poteſtate, Chriſtus Dominus apertè in Euangelio id ordinaſſet, vt pro hac parte argumentando, ponderant Soto,& Couar. vbi ſupra,& ita ſecurè tenendum eſt ommiſſa longiori diſputatione, quam apud allegatos Scriptores videre potuit ſtudioſus quiſque,ideo enim conſultò eam non proſequor, ne libros de libris faciamus,vt Chaſſanæum reprehendens dicit Tiraquell. de legib. connubial. l. 11.num. 28. in fin.

Vnum tamen pro hac vltima opinione,vrgentiſſimum fundamentum non erubeſcam proponere, quod hactenus à nemine inueni ponderatum; Tenentes enim primam opinionem, quod ſcilicet priuilegium fori ſit Iuris diuini, eo nituntur principali fundamento, quod deſumitur ex Pſal. 104. ibi,Nolite tangere Chriſtos meos,&c. vt dicit Leon.in theſau.for. eccleſiaſt.

1. p.

1.p.cap.22.num.1.in fin. Quæ quidem
Prophetæ authoritas propriè, & ſecun-
dum literalem ſenſum accepta perti-
net ad tuitionem perſonę, & ſic ad pri-
uilegium Canon. ſi quis ſuadente dia-
bolo 17.q.4. vt patet ad ſenſum, & ex-
plicant aliqui ex allegatis DD. & ta-
34 men Priuilegium † d. Canonis eſt iu-
ris poſitiui, ſecundum Aufrer. in Cle-
men. 1. q. 1. num.3. de offic. ordin. &
Couar. in practi. quæſtio. cap.31.nu.4.
verſ. primam, & eum. Quare igitur pri-
uilegium fori debet eſſe iuris diuini,
priuilegium autem Canonis iuris poſi-
tiui? dum ambo deſcendunt ab ea-
dem authoritate, ſicque vltima hæc o-
pinio, & authoritate, & ratione exce-
dit primam meo videri.

In eo autem omnes allegati Inter-
pretes conſentire videntur, quod vide-
licet, fori clericorum priuilegium, quo
ad cauſas eccleſiaſticas, & ſpirituales,
& ſpiritualibus annexas; ſit de Iure
Diuino, quo vero ad cauſas eccleſiaſti-
cas prophanas ciuiles, vel criminales;
ſit de iure poſitiuo Põtificio. Sũt enim
cauſæ eccleſiaſticæ in duplici differen-
tia; Quædam enim ſunt ſpirituales, quę-
dam vero temporales; ſpirituales di-
35 cuntur † illæ, quæ ad ſpiritum, & ani-
mam particulariter, & ex ſui natura
ſpectant, veluti quando agitur de ordi-
nibus, gradibus, ſacramentis, obſerua-
tionibus, articulis fidei, decimis, reuela-
tionibus ſupernaturalibus, de donis
Dei, & ſimilibus: Pariterque quando,
agitur de annexis ſpiritualibus; vtpu-
ta de præbenda, dignitate, vel alio be-
neficio, de officio, & adminiſtratione
eccleſiæ, vel ipſius veſtibus, & orna-
mẽtis, ſimonia, iurepatronatus, & alijs,
de quibus in Clement. diſpendioſam
de iudic. & in cap. litteras de iuramen.
calum. proſequitur Marant. in ſpecul.
4.p.diſt.13.nu.4. Farin. in pract. crim.
de inquiſ.q.8.num.20. Vanti. de nullit.
tit. de nullit. ex defect. iuriſd. & vnd. ac
quib. nu. 54. & eiuſmodi cauſæ, ex ſui
natura, dicuntur ſpirituales, & ſpiritua-
libus annexæ, & propriè eccleſiaſticæ,
de quibus in Iudicio poteſt tractari, &
ciuiliter, & criminaliter, ſecundum fa-
cti contingẽtiam, & quomodocunque
agitentur, ſemper pertinent ad Iudicẽ
Eccleſiaſticum, & nullo modo ad ſæcu-
larem, & hoc iure diuino, ſeu lege diui-
na ordinante, & ſic debent intelligi om-
nia iura, argumenta, & authoritates pri-
36 mæ opinionis: Cauſæ vero † Eccleſia-
ſticæ temporales ſunt, quæ ad tempo-
ralitatem, ex ſui natura, ſpectant; vtpu-
ta, quando agitur de fundo, pecunia,
vel aliqua obligatione, circa rem tem-
poralem, ſeù prophanam, ſiue obligatiõ
deſcendat ex contractu, vel quaſi, ſiue
ex maleficio, vel quaſi; Dummodo ſit
circa rẽ temporalem; nempè de furto,
homicidio, fornicatione, adulterio, &
alijs huiuſmodi criminibus, in quibus
clerici coram Iudice ſæculari conueni-
ri minimè poſſunt, ſed ab eius iuriſdi-
ctione ſunt exempti propter ſæculariũ
incapacitatem; Non tamen iure diui-
no, vt in cauſis ſpiritualibus, & eis an-
nexis; ſed iure poſitiuo, lege ſcilicet
Canonica, & Põtificia, & ſic procedit,
eſtque intelligenda ſupradicta ſecun-
da opinio, & remanet abſolutum, fori
priuilegium clericorum, quoad huiuſ-
modi cauſas eccleſiaſticas prophanas,
eſſe de Iure Poſitiuo Pontificio, & ita
maximè meminiſſe iuuabit.

Sed antequam vlterius progrediar,
non poſſum non inſiſtere circa huiuſ-
37 modi reſolutionem; Nam videbatur †
dicendum, huiuſmodi clericorum fori
priuilegium, ſeù exemptionem, à pote-
ſtate ſæcularium Iudicum, non à Sum-
mis Pontificibus, ſed à Principibus ſæ-
cularibus concedi debuiſſe, loquendo
ſemper de cauſis eccleſiaſticis tempo-
ralibus, & prophanis, vt prædicta com-
munis opinio loquitur; Quod probatur
38 ex ſequenti diſcurſu; Nam exemptio †
hæc clericis conceſſa nihil aliud eſt,
quam quoddam Priuilegium; & ita ap-
pellatur ab omnibus Priuilegium fori,
vt illud nominat Coua. d. cap. 31. verſ.
hæc autem exemptio num. 3. & Soto
vbi ſupra verſ. iam vero, ſequunturque
omnes

omnes DD. quos ibi allegat Couar. & eſt tex. expreſſus in cap. 1. in fin. de cleric. coniug. in 6. Concil. Triden. ſeſſ. 23. c. 6. incipit, nullus prima in decret. de reformat. iuncta doctrina Decij in repetitio. nuper in lucem edita tit. de priuileg. in rub. num. 2. vbi dicit, quod illud eſt Priuilegium, quod à Principe ſic appellatur, & facit tex. in cap. ſi diligenti 12. ibi, cum igitur hoc ius, & ibi, beneficium hoc, ibique, indultum, iuncta deffinitione priuilegij, quam ponit Hoſtien. in ſum. de priuileg. verſ. quid
39 ſit priuilegium, & dicit, quod † eſt priuatum ius contra commune indultum, ſequuntur Abb. in cap. olim nu. fin. de verb. ſig. Bald. in l. fin. col. 3. verſ. dicas C. de re iudic. Marc. Ant. Eugen. conſ. 92. nu. 8. ſi igitur exemptio huiuſmodi eſt priuilegium, ſequitur, quod ante eam ius commune erat in contrarium; Sicque ante Concilia Meleuitanum, ſeu Toletanum 3. & Chartaginenſe (de quibus in can. inolita, & in can. placuit 11. q. 1. quorum meminit tex. in d. cap. ſi diligenti de for. compet.) quæ Concilia conceſſerunt Clericis huiuſmodi priuilegium, res erat in terminis iuris communis, & clerici in cauſis temporalibus, & prophanis ſubiacebāt Principibus Sæcularibus, & coram Iudicibus Laicis poterant conueniri, cum adhuc nō eſſent priuilegiati, vt ex multis notat Boer. deciſ. 31. num. 3. Rapha. Fulgoſ. in auth. & conſequenter num. 16. C. de ſent. & interloq. omn. iud. Priuilegium enim prædictum incepit à di
40 ctis † Concilijs, quorum meminit tex. in d. cap. ſi diligenti, & non antea, iux. glo. verb. adire in auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. ſi quis autem pro pecuniaria collat. 9. quam à paucis expenſam eſſe dicit Guttier. in repetitio. l. nemo poteſt nu. 109. ff. de legat. 1. Idemque tenet Inno. in d. cap. 2. nu. 1. de maior. & obed. Iaſ. allegans Fulgo. Bald. & Paul. Caſtr. in auth. ſi qua mulier nu. 3. C. de ſacroſ. eccleſ. Proptereaque Clerici hi
41 ‑ † Codicis ſubiacebant Præfecto Prætorio, vt per multa iura probat Ea-
‑ma

uerar. in loc. legal. in loco à milite armatæ militiæ nu. 13. propè fin. vbi dicit, ita tunc temporis adhuc obſeruari in Friſia, Ergò huiuſmodi exemptionem, & priuilegium concedere ad Sæculares Principes, quibus Clerici ſubiecti erant, pertinebat.

Probatur conſequentia, Quia Priui-
42 legium † ad hoc vt valeat, & proſit priuilegiato, eſt neceſſarium, quod concedatur ab eo, qui habet poteſtatem, & iuriſdictionem ſuper illa perſona cui conceditur, vt patet ad ſenſum: Quid enim prodeſſet Gallo priuilegium Regis Hiſpaniarum, cui non ſubeſt? nihil profectò, ſicque Priuilegium à ſuperiore eſt concedendum, arg. tex. in l. nemo qui 38. ff. de reg. iur. & in l. qui condēnare ff. de re iudic. optimus tex. in l. 1. §. fin. vbi Preceptor Bart. nu. 8. ff. de tut. & curat. dat. ab his, per quem tex. ita tenet Iaſ. in d. auth. ſi qua mulier nu. 3. C. de ſacroſ. eccl. & facit ad propoſitū gl. verb. remittentem in cap. paſtoralis in prin. de offi. & poteſt. iud. deleg. Grāmat. conſ. 25. nu. 4. inter crim.

Neque huic difficultati ſatisfacit, qui dixerit, veriſſimam quidem eſſe ſupradictam opinionem Innoc. Soti, Couar. & aliorum exiſtimantium, rectè potuiſſe Summos Pontifices eximere clericos à poteſtate, & iuriſdictione ſæculari, etiam in cauſis eccleſiaſticis temporalibus, & prophanis, non obſtante, quod ante dictam exemptionem, & priuilegium eſſent ſubiecti Principibus ſæcularibus; Cùm non ſit nouum in Iure,
43 Priuilegium † concedi poſſe etiam nō ſubdito, ſecundum gl. verb. quicunque in cap. nouit 13. de iud. vbi Inno. nu. 6. verſ. Theodoſius, notat Abb. ibidem nu. 23. verſ. quarta concluſio, & conſ. 41. nu. fin. 1. p. Deci. alios idem tenentes allegans, in d. cap. nouit nu. 13. vbi etiam Felyn. nu. 9. Iaſ. in l. non amplius §. ſi certum nu. 3. ff. de legat. 1. Boſius in tit. de Princip. nu. 15. Octauia. deciſ. Pedem. 139. n. 21. ſicque, potuiſſe Summos Pōtifices priuilegiare clericos circa huiuſmodi cauſas prophanas, & tēpora-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

porales, etiam ſi quoad ipſas eſſent al-
terius iuriſdictionis.

Huiuſmodi enim ſolutio conuinci-
tur ex multis; Primo, quia licet verum
ſit, priuilegium poſſe non ſubdito con
cedi, Illud tamen in effectu non habet
vim, & efficaciam, donec Priuilegiatus
efficiatur de poteſtate, & iuriſdictione
priuilegiantis, vel ratione loci, vel con-
tractus, vel aliàs, vt patet in exemplo
poſito per Abb. in d. cap. nouit nu. 25.
ſtatim in initio, & in terminis d. deciſ.
139. Octau. Priuilegium autem fori cõ
petens clericis lõgè diſtat à terminis,
in quibus dicti DD. loquuntur, dùm
dicunt, priuilegium concedi poſſe non
ſubdito. Quia tunc ille, qui priuilegiũ
concedit non ſubdito, dum illud con-
cedit, gerit ſe tamquam priuatus, cum
non habeat poteſtatem in priuilegia-
tum, donec aduenerit caſus ipſius pri-
uilegij, proptereaque DD. hac de re
tractantes dixerunt, huiuſmodi priuile
44 gium † habere vim contractus, vt vi-
dere eſt per Abb. Deci. & alios vbi ſu-
pra, & Felyn. d. loco nu. 9. verſ. aut ve-
ro, faciunt notata per Bart. in l. hi qui
nu. fin. ff. de iur. immunit. & in l. quod
ſemel ff. de decre. ab ord. facien. vbi ſe
remittit ad l. omnes Populi ff. de iuſt.
& iur. Paul. Caſtr. in l. 1. nu. 3. prope
fin. ff. de libert. & cor. liber. Indeque
Octaui. vbi ſupra num. 23. dicit, quod
quamuis eiuſmodi conceſſiones nomi
nentur priuilegia, attamen ſunt contra
ctus, & tranſactiones, quæ longè diuer
ſa ſunt à priuilegio fori, quod verè, &
propriè eſt priuilegium, vt ſupra reſo-
lutum extat; & ſic non poteſt niſi ſub-
ditis concedi; & nihil facit, quod dictæ
conceſſiones, quæ fiunt non ſubditis
aliquando nominentur priuilegia,
45 quia † res nõ denominatur à ſono ver
borum, ſed ab eius effectu, & ſubſtan-
tia Petr. Dueña reg. 217. ante nu. 1. per
tex. in l. inſulam 6. ff. de præſcrip. verb.
l. ſed etſi poſſeſſori 11. §. item ſi iuraue
ro in 2. reſponſ. ff. de iur. iuran. l. ſi vero
17. in prin. ff. locat.

Secundo conuincitur ſupradicta ſo-
lutio, quia, quod dicitur, priuilegium
poſſe concedi non ſubdito, eſt intelli-
gendum, & procedit, datis terminis ha
bilibus; & cum grano ſalis; Dummodo
46 † ſcilicet non detrahatur iuri alterius
æqualis Principis non ſubiecti, aliàs
enim ſuccederet, quod audacter ſatis,
& temerè in hac materia dixerunt ali-
qui, quos refert Boer. deciſ. 31. num. 5.
exiſtimãtes, Priuilegium hoc Clerico-
rum à potentia, & prudentia Summo-
rum Pontificum deſcendere, quod ex
Alber. de Roſat. in ſuo dictionario,
verb. pedagium verſ. an pedagia ad fi.
quoad bonorum priuilegium refert
Euerar. in loc. legali in loco à veroſi-
mili nu. 8. Indeque ſequeretur eiuſmo
di priuilegium à Summis Pontificibus
potentia ſua vſurpatum fuiſſe, quod
abſit prorſus, vt ſtatim dicemus.

Tertio conuincitur eadem ſolutio,
quia ſi eſſet verum, fori priuilegium
fuiſſe per Summos Pontifices conceſ-
ſum Clericis tanquam non ſubditis in
eiuſmodi cauſis temporalibus, & pro-
phanis, ſequeretur, quod idem Põtifex
non poſſet illud reuocare, per regulam
quod priuilegium non ſubdito conceſ-
47 ſum † reuocari minimè poteſt per con
cedentem, quia tranſit in vim contra-
ctus, vt dicunt Panorm. Felyn. Deci.
Bart. Paul. & Iaſ. vbi ſupra, Tiraq. de
piæ cauſ. priuileg. 159. Aym. Crauet.
conſ. 141. Princeps Illuſtriſſimus num.
17. verſ. quarto principaliter, Ant. Ga-
bri. in ſuis comm. concluſ. titul. de iur.
quæſito non tollen. concluſ. 7. nu. 10.
& 11. Roder. Suar. allegatio. 28. nu. 21.
& tunc ſubintrat alia regula tex. in l.
ſicut C. de oblig. & actio. Quod longè
diſtat à vero; poteſt ſiquidem Summus
Pontifex in aliquibus caſibus, huiuſ-
modi reuocare priuilegium, vt infra
probauimus. Conſtat igitur ex his, ſu-
pradictam ſolutionem ſubſiſtere mi-
nimè poſſe, quatenus habet, potuiſſe
Summos Pontifices priuilegium fori
in cauſis tẽporalibus, & prophanis Cle
ricis concedere, quamuis circa eas eis
non fuiſſent ſubiecti.

Eum-

Eumdemque diſcurſum proſequendo, faciebam pro eiuſdem corroboratione hoc dilemma: Quod ante dictam legem poſitiuam Pontificiam, quæ clericos in cauſis temporalibus, & prophanis exemit à poteſtate Iudicum ſæcularium; Aut iidem Clerici erant ſubiecti miniſtris eccleſiaſticis, Aut ſæcularibus; ſi eccleſiaſticis, non fuit opus lege poſitiua, aut priuilegio, Nam
48 quod iure communi licet, † non eſt per Principem concedendum l. 1. C. de Theſaura. lib. 10. vbi Ioan. de Plat. nu. 6. in fin. & Luc. de Penn. nu. 10. dicit, quod id quod in legum poſitum eſt poteſtate, non eget aliqua extrinſeca diſpoſitione, tex. in l. 1. ad fin. ff. ad municip. & de incol. per quæ iura, ita tenet Innoc. in cap. 1. nu. 1. de reſcript. ſicque dictum priuilegium fuit fruſtratorium, quod non eſt dicendum: ſi ſæcularibus ad eos pertinebat, Clericos eximere, & priuilegiare ex d. l. nemo qui 38. ff. de reg. iur. cum alijs ſupra allegat. quia vnumquodque diſſolui, & liberari debet, eo modo quo colligatū eſt l. nihil tam naturale, & l. ferè quibuſcumque ff. de reg. iur.

Et altius eleuando diſcurſum, Augetur difficultas, quia priuilegium, vt ſupra diximus, nihil aliud eſt quàm priuata lex contra communem conceſſa;
49 legem † autem facere proprium, & ſolius Principis eſt l. 1. §. cum enim antiqua, ibi, ſed totam noſtram eſſe volumus C. de vet. iur. enucle. §. ſed & quod Principi inſti. de iur. nat. gent. & ciu. optimus tex. in l. fin. §. cum igitur C. de legib. Andr. de Iſern. in cap. 1. in prin. nu. 3. quæ ſint regal. in vſib. feud. legem autem priuatam, ideſt, priuile-
50 gium † alicui concedere magis propriè ad Principem ſpectat l. 1. vbi ob benemerita alicui indulſit, vbi gloſ. ff. de conſti. Princip. l. 1. §. his cunabulis, ibi; ſententia principali lecta, & ibi, alio priuilegio ff. de offic. præfect. prætor. facit tex. in l. quidquid C. de aduo. diuerſ. iud. quia contra ius commune ſolus Princeps diſponere, & indulgere poteſt, Ioan. Fran. de Ponte in tract. de Poteſtate Proreg. tit. 10. §. de donatio. & expenſ. vniuerſ. num. 24. ergo cùm Clerici, ante dictam legem poſitiuam in cauſis temporalibus, & prophanis, eſſent ſubiecti Iudicibus ſæcularibus, & in terminis iuris communis, vt ſupra diximus, à Principe ſæculari, contra ius commune, erant priuilegiandi, prout æquiſſimè fecerunt Iuſtinianus Cæſar in auth. vt Clerici apud propr. Epiſcop. collat. 6. & alij Imperatores, vt refert Euerar. in loco à milit. arm. milit. nu. 13. propè fin. verſ. 21.

Et tantò magis procedit difficultas; quod quamuis omnis poteſtas à Deo ſit cap. 1. de homicid. in 6. & ait Paul. ad Rom. cap. 13. ab eoque habeat originem, vt demonſtrauit Chriſtus Dominus, quando oſtenſis ſibi duobus gladijs, dixit, ſatis eſt, vt apud Luc. cap. 22. & facit tex. in cap. dilecto filio de ſent. excomm. in 6. Per quos gladios, vtramque poteſtatem, & ſpiritualem, ſeù eccleſiaſticam, & temporalem, ſeù ſæcularem demonſtrauit, iux. tex. in cap. quamquam 10. diſt. Quarum vna ſpiritualis nimirum pœnes Summum Eccleſiæ Catholicæ Romanæ Pontificem reſidet, ipſique verè, & propriè cō petit; Alia verò, temporalis ſcilicet, pœnes Principes ſæculares, Indeque leges ad ſignificandum merum, liberum, ſupremumque Imperium, vtuntur, hoc gladij, vocabulo, vt in l. nemo poteſt gladij ff. de reg. iur. & in l. ſi quis C. qui accuſ. non poſſ. l. quiſquis C. ad l. Iul.
51 Maieſt. cum alijs. Quæ quidem † duæ poteſtates, quamuis, inquam, ab vno procedant origine, diuerſæ tamen ſunt omnino diſtinctæ, & ſeparatæ, vt dicit Bald. in l. 1. num. 14. ff. de conſtit. Princip. quem refert, & ſequitur Dec. in cap. nouit num. 1. in 2. notab. de iudi. vbi notabiliter Ioan. de Imol. num. 1. & Anto. de Butr. num. 3. Theſaur. deciſ. Pedem. 131. num. 2. & ibi etiam eius additio lit. a. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 30. num. 2. latè Zeuall. in ſpec. com. contr. com. lib. 4. in diſcurſ. ad Regem à nu. 1

cum-

cum ſeqq. & q. 899. à num. 12. cod. lib. Domin. Regens Valenz. in d. defenſio. monitor. contr. venet. 4. p. nu. 196. & facit optimè tex. in can. fin. 90. diſt. Nam ſicut Papa in ſpiritualibus, ita Prin-
52 ceps ſæcularis in temporalibus habet plenitudinē poteſtatis, & dicitur Dei Vicarius, ſecundum Zeball. vbi ſupra, q. 897. num. 374. Bellarm. in libell. de offic. Princip. Chriſtian. lib. 1. cap. 1. & de Rege etiam ſcriptum eſt; Ecce conſtitui te ſuper gentes, & Regna, vt euellas, & diſſipes, ædifices, & plantes, vt refertur in cap. ſolitæ de maiorit. & obedient. & facit illud Pſalm. 81. Ego dixi, vos Dij eſtis, &c. idem Bellarm. d. lib. 1. cap. 9. fol. 72. & adeo verum eſt, quòd nec ſpiritualium dominus ſe in temporalibus intromittit, nec is, ad quem temporalia ſpectant, ſpiritualibus ſe immiſcit d. cap. ſolitæ cap. ſicut in iudicijs extr. de priuileg. vbi optima gloſ. verb. præiudicantibus cap nouit vbi gloſ. verb. iuriſdictionem noſtram, de iudic. notat gloſ. verb. gladij materialis in Conſt. poſt mundi machinam, quæ allegat tex. bene ad propoſitum facientem in auth, vt Cler. apud propr. Epiſcop. collat. 6. latè proſequitur Soto in 4. ſenten. diſt. 25. q. 2. art. 1. per totum. Ergo non debebat Summus Pontifex Clericos (qui iure communi in cauſis temporalibus, & prophanis ſuberant Principibus ſæcularibus) priuilegiare, in præiudicium eorumdem Principum, confundendo poteſtates, iux. notata per Theſaur. & eius additionem vbi ſupra, ſed id ad eoſdem Principes pertinebat. Vnde, in puncto iuris non videtur probabilis ſuperior ſecunda communis opinio Inno. Couar. Sot. Victor. & aliorum, exiſtimantium, potuiſſe, & debuiſſe Summos Pontifices Clericos à iuriſdictione ſæculari eximere in cauſis temporalibus, & prophanis, & ſtante, quod eiuſmodi exemptio, quoad dictas cauſas, non eſt de iure diuino, vt ſupra reſolutum extat, magis indiſſolubilis redditur difficultas.

Quæ quidem non modica eſt, habetque aliquam apparentiam, & poſt hæc ſcripta inueni eodem argumento, licet alio modo digeſto, vſum fuiſſe Guliel. Barclaium, vt refert Illuſtriſſ. Card. Bellarm. in tract. de poteſtate Sum. Pontif. in tempora. cap. 34. & 35. quibus in locis doctiſsimus ille vir euidenter conuincit Barclaium, & ſic cum Bellarminio firmiter teneo, quod quamuis fori Clericorum priuilegiū, quoad cauſas temporales, & prophanas, ſit de iure poſitiuo Pontificio, potuerunt tamen, & debuerunt ijdem Pōtifices, propter multas congruentiæ rationes, Clericos priuilegiare, & eximere à iuriſdictione temporali; Quia in
53 ordine ad ſpiritualem finem, † ad quē priuilegium prædictum tendit, habent Summi Pontifices ampliſsimam poteſtatem, etiam in temporalibus, & prophanis rebus, vt affirmauit Simanc. in Cathol. inſtit. tit. 45. num. 25. & ex noſtris Fernan. Vaſqu. Mencha. controuerſ. Illuſtr. lib. 1. cap. 21. nu. 2. quos, & alios innumeros vtriuſque cenſuræ grauiſsimos Patres refert, & ſequitur, Bellarm. in d. tract. in prælud. quibus adde Dom. Reg. Valenzuel. in defenſione Monitorij contr. Venet. 4. p. nu. 93. cum ſeqq. & contrarium aſſerere, eſt error damnatus, ſecundū Alfonſ. de Caſtr. contr. hæreſes lib. 6. verb. Eccleſia, & in 3. hæreſi fol. mihi 255. Turrecrem. in ſumm. lib. 2. cap. 45. cum ſeqq. quos refert, & ſequitur, optimaque cōprobat ratione Fr. Leli. Baglio. in quadam apologia 1. p. propoſit. 7. In ſumma igitur certum eſt, Clericos in ſpiritualibus, temporalibus, & prophanis exemptos eſſe à Iuriſdictione ſæculari, vt ſupra ſatis probatum eſt; huiuſmodi autem exemptionem, & priuilegiū, quoad cauſas temporales, & prophanas, fuiſſe iure poſitiuo Pontificio introductum, & hæc eſt veriſsima, & cōmunis opinio.

54 Vnde ſequitur, † quod poteſt idem Summus Pontifex eadem lege poſitiua facere, quoties ipſi expedire videbitur,

bitur, ad eccleſiæ gubernationem, & vtilitatem, quod aliqui Clerici, & in aliquibus caſibus ſubiaceant ſæculari iuriſdictioni, vt latè probat Couar. d.cap.31. pract. quæſt.à nu.4. verſ. primũ etenim cũ ſeqq. ſequitur Iul. Clar. in pract.crim.§.fin.q.36, nu.3. Euerar. in loco à milite armat. milit.nu.16. & ante eos Felyn. in cap. 2. nu.2. & in cap.fin.n.fin.in fi.de maior.& obed.ſequuntur Gutier. quatenus ſe remittit ad Couar.in l. nemo poteſt nu.110. cũ ſeqq.ff.de legat. 1. Farinac.in pract.criminal.d.q.8.nu.4. Qui autem ſint huiuſmodi caſus, in quibus Clerici per Pontificum decreta ſunt iam ſubiecti ſæculari Iuriſdictioni, tradunt latiſſimè Carauenſ.hic à nu.12. Andr. Gayl. obſeru. 37.lib.1.Farina.d.q.8.à nu.47. cum pluribus ſeqq. Bouadill.in ſua polit. d. tom.1.lib.2.cap.18. à nu.42. & loca vbi de hoc tractatur cumulat Baiard. ad Iul.Clar.d.q.36.nu.4. Quorum caſuum aliquos forſan proponemus opportuniori loco.

Tertium Præludium.

55 TErtio, Animaduerto, quod huiuſmodi fori priuilegium † competit omnibus Clericis, à ſimpliciter tonſurato incluſiuè, vt tenet Carauit.hic num.18. Maran.in ſpecul.4.p.diſt.11. nu.3. Hyppol.de Marſ.conſ.67.nu.59. latè Farin.d.q.8.num. 5. Competit etiam Monachis Nouitijs, & nõ Profeſſis, vt tenet Iaſ. in auth. ſi qua mulier circa fin. verſ.ego teneo C. de ſacroſa. eccl. arguendo de ſtatu libero ad Monacum per l. ſtatuliber. 14.ff.de quæſtio. & in l. moris in fin. ff. de pœnis & in l.fin.ff.ſi ex nou.cauſ.aga.quo argumentandi genere de ſtatu libero ad Monacum non profeſſum vtitur Bart. licet ad diuerſum propoſitum in repetitio.auth.ingreſſi n.56.C.de ſacroſ.eccl. Paul.Caſt.conſ.432. cum ſtatutum col.2.verſ.tertio principaliter lib.1.relat s, & ſequutus à Farina. d.q.8.num. 46. verſ. amplia decimo ſexto Tiraq. de retract.ligneag.glo.8. nu.21. quem refert, & ſequitur Carol. de Tap. in d. auth. ingreſſi verb. ſua nu.12. Camill. Saler.ad Napod. in Conſuet. ſi moriatur in prin.nũm.6.de ſucceſſ.ab inteſt. fol. mihi 76. quod tamen intellige ſecundum Farina. d. nu.46. quando talis Monacus nouitius eſt intra clauſtra

56 Sed an competat Tertiarijs, † vel Conuerſis alicuius Religionis, Oblatis, Hæremitis, Hoſpitalarijs, vel alijs ſimilibus perſonis, latè tractant Panorm.in cap.cum plantare nu.4. de priuileg. & in cap.cauſam quæ num.2 vbi elegans apoſtilla lit.d.extr. de iudic. quæ allegat, & comprobat diſtinctionem Bart. in l.ſemper §. fin.in fin.ff.de iur.immunit.Ioan.Ant.de Nigr.in d.Bull.extrauag.in gl.verb.priuilegio nu.46. Marc. Ant.Eugen.conſ.26.per totum Coua. in cap.Alma mater §.2. nu.8. de ſent. excom.in 6.Farin.d.q.8.nu.46. Bouadill.d.cap.18.num.199. Maur.Burg.de mod.proced ex abrupt.q.65. à nu.56. cum ſeqq.cent.1.

In Regno autem Neapolitano habemus Capitulum Sapientiſsimi Regis Roberti, quod incipit, Priuilegia quaſi priuatæ. Vbi cauetur, quod Obla-

57 ti † non portantes habitum illius Religionis cui ſe obtulerunt, & detinentes bona in proprietate, ſeu in vſufructu, & retinentes vxores non gaudeãt fori priuilegio. Et ratio eſt, quia eiuſmodi Oblati non ſe dederunt omnino, & totaliter religioni, vt dicit Bart.in d.§.fin.in fin. & notat idem Ioan. Ant. de Nigr.in d.cap.priuilegia nu. 17. ſequunturque multi allegati per d. apo-

58 ſtillam lit.d. De famulis † autem Clericorum dic, quod non gaudent fori priuilegio, & ita reſoluunt Panor.& Felyn.in cap. 2.de for. compet.ille nu.6. hic verò nu.1.in fin.dicit communem Iul.Clar.in d.§.fin.pract.crim.q.35. n. 18.Capy.deciſ.12.nu.2. in fin. In quo paſſu recurre ſemper ad rationem in Innoc.in cap.2.nu.1.ad fin. de maior.& obedie.quam ponderat Panor.d.nu.6.

Cuius rei occaſione ſubnotare in præſentiarum libuit, Quod ſupplito

C pro

pro vero, & abſoluto, eiuſmodi Cleri-
corum exemptionem eſſe priuilegiũ,
vt expreſsè probat Conci. Trid. ſeſsio.
23. in decret. de reform. cap. 6. & ſupra
nu. 38. reſolutum extat; Et quod eſt in
corpore iuris clauſum: ſequitur primo,
59 Quod Clericus † citatus à Iudice Lai-
co tenetur comparere ad allegandum
ſuum priuilegium, alias valebit ſenten
tia punitiua contumaciæ contra ipſum
lata, Quia in hac materia ea eſt Regu-
la generalis; quod habens priuilegium
in corpore iuris clauſum, ſi fuerit cita
tus, tenetur comparere, & priuilegium
allegare, alias valet ſententia punitiua
contumaciæ, tex. eſt in l. ſi quis ex alie-
na ff. de iudi. & in l. ex quacumque ff. ſi
quis in ius voc. non ier. tex. in cap. ve-
niens iuncta glo. fin. ibi iuſtè, vel iniu-
ſtè de accuſatio. cum alijs allegat. per
Petr. Barboſ. in d. l. ſi quis ex aliena in
prin. opt. glo. fin. in fin. in cap. cum or-
dinem de reſcript. ſequitur Guliel. de
Monteſer. in comment. ad Prag. Sanct.
tit. de reſeru. corp. iur. clauſ. ante ſi. fol.
mihi 885. Deci. conſ. 125. in cauſa n. 7
60 Quod tamen intellige, † dummodo
Iudici Laico citanti non conſtet de
qualitate Clericatus ipſius citati, vt ex
optimis rationibus reſoluit Iaſ. in d. l.
ex quacumque nu. 35. & 37. vbi dicit,
propter iſtum caſum fuiſſe factas d. l.
ex quacumque, & d. l. ſi quis ex aliena;
ſequitur Aufre. in additio. ad Cappell.
Tholoſ. deciſ. 26 .& meliu in Cleme,
1 in tract. de poteſt. ſæcul. in eccleſiaſ.
reg. 2. fallen. 13. Nec diſſentit Henriq.
Bouer. in ſuis ſingula. verb. Proceſſus,
& acta, Cardin. Zaba. in Clem. ... n. 1. §. 1.
oppoſitio. 2, de exceſſ. Prælat. & fuit ori
ginalis doctrina Præceptoris Bart. in
l. 2. §. 2. & ibi glo. verb. contumus, & in
l. 3. ff. de ind. & in d. l. ex quacumque
nu. 2. & 11. & ſecundum hanc opinio-
nem fuiſſe iudicatum in Mag. Cur. eo
tamen contradicente, refert Granſo.
vot. 27. & hanc Bart. opinionem ſeruā-
ri affirmat Aufre. d. deciſ. 156. ſequitur
in terminis Deci. in l. ... num. 16. verſ.
ſecus vero ff. de iuriſd. omn. iud. idem

Deci. in cap. ſi duobus nu. 7. de appell.
vbi ex alijs DD. ſubdit, huiuſmodi
ignorantiam Clericatus ſufficere ex
parte Iudicis citantis, quamuis apud
partes ſit notoria huiuſmodi qualitas;
quia poteſt contingere, quod aliquid
ſit notorium partibus, & quod Iudici
non conſtet can. de manifeſta §. ſed ſe-
cundum eſt 2. q. 1. Paul. Caſtr. conſ. 29.
viſis actis col. fin. & faciunt notata per
Innoc. in cap. 2. nu. 3. verſ. ſi autem ni-
hil de dilatio. quem ſequitur, & com-
mendat idem Caſtrenſ. in d. l. ſi quis ex
aliena Abb. per illum tex. quem ad pro
poſitum dicit, non eſſe obliuioni tradẽ-
dum in cap. ex parte Decani nu. 3. de
reſcrip. Et quamuis contrariam opinio
61 nem † ex multis, & grauiſſimis autho-
ribus teneat Farin. d. q. 8. nu. 15. cum
ſeqq. quibus addo Barboſ. vbi ſupra à
nu. 58. Negari tamen non poteſt, quod
Bart. opinio attentis optimis iuris prin
cipijs habet maximum fundamentum,
ex ſuperiori regula deſumptum; & is
62 † qui habet regulam pro ſe, habet intẽ
tionem fundatam, ſecundum Deci. in
l. 1. nu. 6. vbi etiam Cagnol. nu. 21. ff. de
reg. iur. per quem tex. ita tenet gloſ.
verb. quas pœnas in conſtit. Si quis in
poſterum, & Bald. in l. ſi tutor in fin. C.
de ſeru. pign. dat. manum. dicit, quod
regula eſt tenaciter obſeruanda, niſi in
contrarium appareat diſpoſitio ſpecia-
lis, cuius probatio incumbit alleganti
Ioſeph Ludou. in ſuis com. concluſ. tit.
de probat. concl. vnic. illatio. 189. quæ
ſpecialis diſpoſitio non apparet in ca-
ſu noſtro, Nam iura, quibus fundantur
Farina. & per eum allegati tex. ſcilicet
in cap. aduerſus §. quia vero de immu-
nit. eccleſ. & in cap. ſæculares de foro
comper. in 6. & in auth. ſtatuimus C.
de Epiſcop. & Cleric. loquuntur in di-
uerſis terminis, quando nimirum Lai-
cis Iudicibus eſt notoria Clericatus
qualitas, vt ex eorum iurium contex-
tura liquido colligere licet. Aliaque
fundamenta per dictos DD. in confir-
mationem ſuæ opinionis adducta, non
ſunt ſufficientia, ad derogandam regu-
læ ge-

ſe generali, quæ, vt dicebat Bald. tenaciter eſt obſeruanda, dùm nō appareat alia lex ſpecialis, & in eiſdem terminis in contrarium. Atque ita maximè meminiſſe iuuabit ad continuationē articuli, quem latè proſequemur in prima particulari decidendi ratione ad primā partem noſtri tex. ibique oportunius reſpondebimus fundamentis contra Bar. adductis, & efficaciſſima ratione eius corroborabimus opinionem.

Sequitur ſecundo, quod cum eiuſmodi exemptio ſit priuilegium in cor-
63 pore iuris clauſum, † facilius tollitur, quàm ius commune. l. eius militis 35. §. militia miſſus ff. de milit. teſta. & facit tex. in l. antiquę 13. in prin. C. ad ſenat. conſ. Velleia. Caſſan. in Conſuet. Burgun. tit. de ſucceſſiones rub. 7. §. 10. in gloſ. verb. repreſentation. in prin. & ratio eſt, quia res de facili reddit ad ſuā primeuam eſſentiam, & naturam, l. ſi vnus 28. §. pactus ne peteret verſicul. quod & in ſpecie ff. de pact. gloſ. verb. numerandum in cap. ſtatutum el 5. de reſcrip. in 6. per quæ iura, ita tenet Guliel. de Montſer. vbi ſupra fol. 886. verſ. vndecima differentia, vbi ponit viginti, & vnam differentias inter ius commune, & priuilegium in corpore iuris clauſum, Raphae. Fulgoſ. in Authe. & conſequenter num. 16. C. de ſenten. & interloq. omni. Iud.

Quartum Præludium.

QVarto Animaduerto, vnum tenaciter memoriæ commendandum, in materia de qua agimus; Priuilegium ſcilicet fori Clericorum, ita demum alicui ſuffragari, quando nimirum is, qui eo iuuari prætendit, probauerit eſſe Clericus. Fundatur
64 † ſiquidem dictum priuilegium in qualitate Clericatus; ſicque allegans tenetur eam probare, l. 2. §. ſi dubitetur de iudic. cum alijs multis allegatis per Grammaticum conſ. 2. poſt Regias deciſion. nu. 53. Barboſ. in l. 1. à nu. 150. ff. de iudic. latiſſimè Maſcar. de probatio. concluſ. 1254. nu. 4. vol. 3. Ioſeph Ludou. in ſuis commu. concluſ. tit. de probatio. concluſ. vnic. illatio. 181. & in hoc nulla eſt dubitatio.

Difficultas tamen conſiſtit in reſoluendo, ad quem Iudicem pertineat cognitio eiuſmodi qualitatis Clericatus, ad Eccleſiaſticum ſcilicet, ad quem remitti petit inquiſitum idem Eccleſiaſticus; vel ad ſecularem à quo petitur remiſſio. Et circa hanc difficultatem verſatur principalis noſtri tex. deciſio, quæ eſt in ſecunda parte in verſ. & ipſo veniente. Sicquè negotio diſcretè per
65 penſo, Aliud eſt tractare † de cognitione Clerici, poſtquam conſtat eum eſſe Clericum, Aliud de cognitione Clericatus, quæ eſt præiudicialis ad cognitionem Clerici. Quia hæc, poſtquā conſtat eum eſſe talem, fundatur in priuilegio fori, quod, vt ſupra diximus, cōſiſtit in eo, quod Clerici, dùm conſtat tales eſſe, non conueniantur, niſi corā Eccleſiaſtico Iudice. Cognitio verò Clericatus non poteſt fundari in eodē priuilegio, dùm non liquet de qualitate, ſuper qua fundetur priuilegium, quam differentiam agnouit Farina. in d. tit. de inquiſitio. q. 8. nu. 33. vbi dicit, quæri poſſe, num quis ſit Clericus, nec ne, & quatenus ſit Clericus, an clericale priuilegium amiſerit, eademque differentia colligitur ex Carau. hic num. 19. vbi in diſcurſu totius commentarij agit de Clericatus cognitione per Laicum Iudicem facienda, & in d. nu. 19. quærit an Iudex Laicus poſſit in aliquibus caſibus cognoſcere de Clerico, denotans eſſe res diuerſas, & ſeparatas, & eſt de mente Bald. in l. non ignorat nu. 7. C. de his qui accuſa. non poſſ. quem declarat Otalor. in tract. de nobil. 2. p. tertiæ partis principalis cap. 10. nu. 3. verſ. facit etiam notabilis ad fin. & ad propoſitum poteſt ſimiliter ponderari Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 36. nu. 2 t. ibi, & comperto, quod ſit Clericus.

66 Cognitio igitur iſtius † qualitatis Clericatus dubium non eſt, quod de

iure cōmmuni pertinet ad Iudicem
Eccleſiaſticum, per textum expreſſum
in cap. ſi Iudex Laicus; de ſenten. ex-
comm. apud Boniſac. cum multis alijs
ſupra allegatis in ſecundo principali
argumento. Non enim per fori priui-
legium erat prouiſum circa cognitio-
nem clericatus; quia illud tunc demū
habet effectum, cùm conſtat de cleri-
catu, vt ſupra diximus, ideoque opus
fuit noua deciſione circa cognitionem
iſtius qualitatis, in qua fundatur priui-
legium, de qua in illo tex. licet in hoc
Regno aliter obſeruetur, per particula
rem noſtri tex. diſpoſitionem, & d. rit.
65. qui ritus in hac parte non oppo-
nuntur priuilegio fori, ſed opponuntur
priuilegio cognitionis clericatus.

Et dico, quod opponuntur priuile-
gio cognitionis clericatus, quia tenta-
ri poſſet, hanc clericatus cognitionē,
quæ in noſtris terminis de iure com
muni competit Iudici Eccleſiaſtico,
per d. cap. ſi Iudex Laicus, competere
etiam in vim priuilegij in corpore iu-
ris clauſi; Quia illud dicitur priuilegiū
67 † in corpore iuris clauſum; quod eſt
inſertum in corpore iuris communis;
& eſt contra, ſupra, vel præter ius cōm
mune, vt notat Caballin. Milleloq. 560
& inter alios allegat Bald. in margar.
verb. priuilegium, ſequitur Chaſſa. in
Conſuet. Burgun. tit. des ſucceſſions
Rubr. 7. §. 10. gl. verb. Repræſentation
Otalor. in tract. de nobilitate 4. p. cap.
1. à nu. 3.

68 Quod autem diſpoſitio d. cap. † ſi
Iudex Laicus, agens de cognitione
Clericatus, ſit contra ius commune,
patet euidenter; Quia de iure commu-
ni, quotieſcunque Iudici opponitur ali
quid, quod contradicit ſuæ iuriſdictio-
ni, ad ipſum pertinet cognoſcere, an
ſua ſit iuriſdictio, tex. in l. ſi quis ex a-
liena ſ. ibi Prætoris enim eſt exiſtima
re, an ſua ſit iuriſdictio; ff. de iudi. vbi
latè Barboſ. nu. 111. & facit tex. in cap.
ſuper literis 20. §. fin. de reſcript. opti-
mus tex. in cap. ex parte Decani, & in
cap. Paſtoralis de reſcript. apud Greg.
dicit communem opinionem Andr.
Gayl. obſeru. 34. lib. 1. & rationem ad-
ducit Præceptor Bart. in l. 1. nu. 11. C.
de procurat. quem refert, & ſequitur
Alex. ibi nu. 14. & agnouit Ant. Corſe.
in ſuis ſingula. verb. Iuriſdict. el 1. in 7.
limitatio. & pondero ad idem doctri-
nam Ioan. Petr. de Ferrar. viri impensè
docti in pract. Papienſ. in form. decli-
nat. alicui. iudi. in gloſ. verb. nec fuiſſe
judici. nu. 14. vbi dicit, Quod quando
opponitur Iudicis incompetentia, pro-
ueniens ex conditione ſeu qualitate
ſolius cauſæ, vel perſonæ, tunc ipſe-
met Iudex cognoſcit, & pronunciat de
huiuſmodi incompetentia, & allegat
d. l. ſi quis ex aliena; Fallit tamen (ſub-
dit ipſe) ſi conuentus alleget eſſe Cleri
cum, adducitque d. cap. ſi Iudex Lai-
cus; Ergo ante eum tex. procedebat
(etiam quoad Clericos) regula d. l. ſi
quis ex aliena, & per conſequens, co-
gnitio Clericatus per priuilegium cō-
petit Iudici Eccleſiaſtico, in Clerico
declinante forum Iudicis Laici, ex Ca-
balli. Bald. & Chaſſan. vbi ſupra.

Ex aduerſo autem videtur dicendū,
69 hanc † Clericatus cognitionem ad ec
cleſiaſticum Iudicem pertinere, non in
vim priuilegij, ſed iure cōmuni; Aliàs
enim videretur dicendum, minus ſuffi
cienter, & cautè, leges Canonicas con
ſuluiſſe Clericis per fori priuilegium;
quod fuit ante d. cap. ſi Iudex Laicus,
ſi idem fori priuilegium non poſſet ef-
fectum habere, niſi prius conſtito de
Clericatu, per Iudicis Laici cognitio-
nem, cuius arbitrio facilè poſſet fori
priuilegium fruſtrari in non leue dede-
cus Eccleſiaſticæ libertatis.

Præterea, fori Clericorum priuile-
gium non ſolum eximit eorum perſo-
nas à Iudicis Laici cognitione, ſed etiā
eorum res, & cauſas, vt ſupra reſolutū
eſt in ſecundo prælud. ſicque Clerica-
tus cognitio tanquam de re, & cauſa
Clerici debet etiam eſſe exempta à co
gnitione Iudicis Laici, virtute eiuſdē
priuilegij fori, etiam circumſcripto d.
cap. ſi Iudex Laicus, quod potius vide-

tur ius

tur ius antiquum,ideſt, fori priuilegiũ declarare, quàm priuilegium aliquod nouum inducere,nè priuilegia ſine neceſſitate cumulemus, ad l.1.C.de dot. promiſſio.

Tandem facit,quod d. cap. ſi Iudex Laicus tribuit eccleſiaſtico Iudici clericatus cognitionem, eo quod Clericatus ſit res eccleſiaſtica, & ſpiritualis; ibi,quia de re eccleſiaſtica,& ſpirituali, cuius cognitionis Iudex Laicus eſt incapax,vt ſupra reſolutum extat in 2. principali argumento;ergo ante d.cap. ſi Iudex Laicus, per rationem ipſius,iã competebat Iudici Eccleſiaſtico Clericatus cognitio; Quia quando legis ratio eſt generalis, & deciſio particularis,vt in eo textu, Tunc Ratio illa generalis eſt ipſa lex, & deciſio habetur loco exempli, vt ex pluribus dixit com munem Ioan.Gutier.pract.quæſt.ciuil. lib.3.q.17.nu.101.cum multis ſeqq.

Cuius dubij Reſolutionem non intendo in præſentiarum proſequi,prolixitatis vitandæ cauſa, & quia, ad propoſitum noſtrum, volo concedere, d. cap. ſi Iudex Laicus nullum continere priuilegium circa Clericatus cognitionem; Et ne alicui diſputatio in ſe inutilis videatur, ſciat, plures eſſe differentias inter ius commune,& priuilegium in corpore iuris clauſum, & viginti, & vnam congerit,& explicat Guliel.de Montſer. vbi ſupra.

Illud tam en finaliter circa huiuſmodi articulum eſt ſciendum,hanc nimirum prohibitionem cognitionis Cleri-
71 catus reſpectu Iudicis † Laici eſſe iuris poſitiui; Nam ſiuè dixerimus incepiſſe à d.cap. ſi Iudex Laicus,vt ſupra tetigimus,& negotium non habet difficultatem,ſi verò teneamus ante,vel ſimul cum priuilegio fori fuiſſe introductum, vt paulo antè adnotauimus, idem affirmandum eſt; Quia quamuis res eccleſiaſticæ, & ſpirituales (vt eſt Clericatus) iure diuino ſint inſtitutæ, quod tamen de illis Iudex Laicus cognoſcere non poſſit iuris poſitiui eſt; vt probat tex.in d.cap. decernimus de;

72 iudi.ponderato verbo, † decernimus quod de ſui natura eſt inductiuum iuris noui,ſecundum Abb.Deci. & Fely. ibi in fin.Hierony.Cagnol. in proœm. Digeſt. nu.178. & ex illius tex. inſcriptione colligitur,dictam prohibitiuam regulam à Concilio Remenſi ſub Eugenio II.Sum.Pont.incepiſſe,& quamuis Rip.ibidem nu.1.exiſtimet,ante d. cap. decernimus fuiſſe introductam huiuſmodi inhibitionem,per iura allegata ibi,in glo. verb.Laici,id non impedit,quod ſit iuris poſitiui, quia ſiuè dicta prohibitio incipiat à d. tex. vt eſt veriſſimum,ſecundum Abb.Dec.& Fely. ibi, ſiuè à Concilio Generali Lateranen.vel à Synodo Roman.3.ſub Symaco Pontif.prout inſinuant iura in d.gloſ.allegata, ſemper in effectu iuris poſitiui eſt cenſenda,quia, vt ſupra diximus in 2.prælud.ex Marant.Petr.de Arago. & alijs, Ius poſitiuum dicitur, quod dependet à voluntate hominum habentium poteſtatem iuris faciendi ad tex. in l.ius autem ciuile la 1. vbi Coraſ. nu. 4.ff.de iuſt.& iur. Sicque concludendum eſt,prohibitionem hãc cognitionis Clericatus, reſpectu Iudicis Laici,eſſe iuris poſitiui; Nec vſque adhuc inueni tex. aut Doctorem aliquem contradicentem,atque ita maximè meminiſſe iuuabit ad fundamentũ rationum decidendi.

Ex quibus duobus proximis præludijs illud vtiliter,circa rem de qua agi-
73 mus,deduces,fori ſcilicet † Clericorũ priuilegium, & prohibitionem cognitionis Clericatus, eſſe res inter ſe diuerſas, & ſeparatas; Differunt enim, Primo ratione originis, quia fori priuilegium Clericorum habuit originẽ à Concilijs Meluitano, ſeu Toletano 3.& Chartaginenſi,vt innuit tex.in d. cap.ſi diligenti de for.compet.& diximus ſupra in 2. prælud.ea nimirum ratione,quia fas non eſt,vt diuini muneris miniſtri poteſtatum temporalium ſubdantur arbitrio, vt dicebat Theod. Imper. in l. de Epiſcop. & Cleri. in C. Theodoſ.& reſoluimus in d.2.prælud.

agnouitque Fr. Ant. Souſa in relectio. de cenſur.cap.16. diſput.84.num.1.ad fin. At verò prohibitio cognitionis clericatus,reſpectu Iudicis Laici,deſcendit à d.cap. ſi Iudex Laicus de ſentent. excomm.in 6. vel à Concilio Remenſi,ſub Eugenio II.vt paulo antea diximus;ea ratione, quia Clericatus eſt res eccleſiaſtica, & ſpiritualis, cuius cognitionis eſt incapax Iudex Laicus ex d. cap. decernimus. Differunt inſuper priuilegium fori,& prohibitio cognitionis Clericatus ſicut præparatorium,& præparatum;Prius enim eſt cognoſcendum, an aliquis ſit Clericus, nec ne,quod fit per cognitionem Clericatus, Poſtea verò,an locum habeat fori priuilegium,quia,vt paulo antea diximus,antequam Clericus remittatur virtute priuilegij fori,debet conſtare de qualitate Clericatus,in qua fundatur priuilegium, atque ita ſecurè tenendum eſt.

Generalis decidendi ratio ad totum noſtrum text.

HIs igitur ſic breuiter premiſſis,ſequitur nunc; vt agamus de rationibus decidendi, circa quas hunc ſeruabimus ordinem,vt ſcilicet Primo generalem quamdam decidendi rationem ad integrum noſtrum tex; Poſtea verò particulares aliquas ad ſingulas eius partes adducemus. Vt igitur omnia dicenda exactè intelligantur,reduco ad memoriam, quod, vt ſupra in pri. diximus, Tex noſter habet tres principales partes, vltima tamen, in eius ratione,dependet à prima. In prima enim dicitur,quod citatus, aut captus prætendens eſſe Clericus, & declinare forum; debet comparere cum documentis Clericatus, & probare ſe eſſe talem, quæ deciſio expreſsè repugnat priuilegio fori Clericorum, per quod, Clerici ſunt exempti à Iudicis Laici iuriſdictione,ita vt nec conueniri,ideſt, citari, nec capi per Iudicem Laicum poſſint,vt reſoluimus ſupra in 2.prælud.io,adeo,quod, etiam ſi non comparerent, non poſſint mulctari pro contumaciæ pœna,vt ſupra late reſolutum eſt in 1. argum. & in 2. & 3. prælud. In ſecunda autem parte eiuſdem noſtri tex.dicitur, quod citato, vel capto probante Clericatum, interponitur decretum declaratorium, eum eſſe Clericum, & proinde remittendum fore:Quæ ſimiliter deciſio ex diametro repugnat Canonicæ prohibitioni cognitionis Clericatus, reſpectu Iudicis Laici, vt probatum eſt ſupra in 2. arg. & in 4.prælud. In 3.tandem parte dicitur, quod Archiepiſcopo petente copiam proceſſus contra remiſſum inuecti conceditur ei, Quæ deciſio repugnat etiam priuilegio fori,quod vſque eò extenditur, vt acta coram Laico Iudice facta contra Clericum, nullam fidem faciant in iudicio eccleſiaſtico, vt probanimus ſupra in 3.argum.& ſic merito paulo ante diximus, quod tertiá noſtri tex. pars pendet,in ſui ratione,à prima.

Quibus omnibus reaſſumptis conſtat,tex.noſtrum repugnare,& priuilegio fori Clericorum, & prohibitioni cognitionis Clericatus,quæ ambo Iuris poſitiui ſunt,vt eſt reſolutum ſupra in 2 & 4.prælud.

Prima igitur generalis decidendi ratio ad noſtrum tex. fundatur in efficacia, & potentia conſuetudinis, Ritus enim idem eſt,quod conſuetudo,vt reſoluimus ſupra in 1.prælud. Conſuetu-

74 dinis † autem quanta ſit vis,& authoritas,ignorat nemo,& probat tex.in §. ſine ſcripto, allàs ex non ſcripto, vbi omnes Scribentes,inſti.de iur.nat,gent. & ciuil.& in cap.fin.de conſuetud. notat Afflict.in prælud.Conſti.q.6.per totam,& in prohemio,in verſ.præſentes igitur,indeque Bald.in l.1.nu.3.C. de ſeruit.& aqua dicit,cum glo. ibi,quod conſuetudo æquiparatur veritati, & Diuus Auguſt. lib. 8. confeſſio. dicit, quod lex peccat violentia Conſuetudinis, & ſuper Pſal.30. ait, duram eſſe pugnam, vincere Conſuetudinem,&

facit

facit illud Iob cap. 14. lapides excauāt aquæ, alluuione paulatim terra conſumitur, & Diuus Iſido. lib. 1. ſoliloquio. dicit, quod aſſidua conſuetudo, vitium in naturam conuertit; & è contra bene facere, ex conſuetudine in naturam conuertitur; vt dicebat Saluſt. in Iugurt. & facit illud Ouid. lib. 2. de art. am.

Fac tibi conſueſcat, nihil conſuetudine maius.

& Catull. eleg. 74. ſic dicit

Difficile eſt, longum ſubito deponere amorem.

& Virgil. lib. 2. Georg. ſic ad propoſitum cecinit,

Fraxineaſque aptare ſudes, furcaſq; bicorneis.

Viribus eniti quarum, & contemnere Ventos aſueſcant.

Et Cicer. 2. Tuſcul. ait, Conſuetudinis magna eſt vis; Pernoctant Venatores in niue, in montibus vri ſe patiuntur, & rurſus ibidem ferre calorem, & contemnere vulnus conſuetudo docet, Quia grauiſſimum eſt impetium conſuetudinis, vt dixit Sene. in Pro. Vnde Plutar. in lib. de educan. liber. ait; In vniuerſum vero malorum conſuetudine hominum prohibendi ſunt pueri; Nam affricatur illis aliquid inde vitij; ſubdens ad propoſitum quoddam ele-
75 gans Pythagoræ † Symbolum, nempè, Non guſta quibus nigra eſt cauda; quod ipſe Plutarcus ibi, & cum eo Paul. Manut. in prin. adagiorum Eraſmi interpretatur, Non eſſe conſueſcendum cum hominibus, qui nigri ſunt, & infames, ob eorum deprauatos mores, eiuſmodi enim conſuetudo, & commercium ad perditionem efficaciſſimum eſt remedium propter vim, & potentiã conſuetudinis. Vnde Horat. Flac. Satyra. lib. 1. ſaty. 3. ſic dixit

— Num qua tibi vitiorum inſeuerit olim.

Natura, aut etiam Conſuetudo mala, nanque.

Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.

Et vt affirmat Commenta. ad Ariſt. ſu-

per. 3. Phyſi. quidam homines tantum aſſueti erãt comedere venenum, quod venenum erat eis cibus, ſicque Plin. lib. 18. cap. 5. dicit, quod qui in loco peſtilenti aſſueuere durant incommoda parum lædunt aſſuetos. Propptereaque ſtante vi, & efficacia conſuetudinis, Iure potuit conſuetudo, de qua in noſtro tex. derogare iuri poſitiuo, quo & fori Clericorum priuilegium, & prohibitio cognitionis Clericatus fuerunt introducta, vt ſupra in 4. præludio reſolutũ eſt; Ea enim eſt potiſſima vis Conſue-
76 tudinis † (Rationabilis tamen, & legitimè præſcriptæ) vt ſcilicet Iuri poſitiuo deroget, tex. in cap. fin. de conſuet. cum alijs ibi allegatis per gloſ. & in hoc nulla eſt dubitatio, & ideo amplius circa hoc non immoror.

Ad hoc igitur, vt huiuſmodi doctrina noſtris terminis cõgruenter adaptetur, Duos debemus reſoluere articulos. Primus eſt, Conſuetudinem, ſeù Ritum, de quibus in noſtro tex. rationabilia eſſe, Secundus eſt, eadem eſſe legitimè præſcripta, & tunc ſequetur Iuri poſitiuo potuiſſe derogare, nempè Priuilegio fori, & Prohibitioni cognitionis Clericatus.

Quoad Primum igitur Articulum, Conſuetudinem ſcilicet, de qua in noſtro tex. rationabilem eſſe probatur dupliciter, Primò quidẽ ſimpliciter, & de per ſe conſiderato noſtro Ritu, Secundò, etiam per relationem ad aliud, & ſecundum quid.

77 Et certè rationabilitas † noſtræ Cõſuetudinis, de per ſe conſiderata, colligi non ineptè poteſt ex his, quæ notat Carauit. hic num. 21. Quia ſcilicet licentia, & audacia iſtorum Clericorum primæ tonſuræ, & minorum ordinum (de quibus loquitur noſter tex. vt infra dicemus) adeo inualuerat, quod Reipublicæ ſtatus, & tranquillitas mirum in modum turbabatur, vt in ſimili dicit Boer. deciſ. 96. num. 9. eo quod Iudices Eccleſiaſtici in Clericatus cognitionibus, & Clericorum punitione remiſſius, quàm par erat procedebant,

Vnde horum Clericorum audacia, &
temeritas in dies augebatur, vt expe-
rientia rerum magiſtra docebat,& ad-
huc hodie non deſunt quotidiana exē
pla,vt in ſimili dicit tex. in l. 2.in fin.
C.de priuil. ſcolar. lib.12. vbi optimè
Luc.de Penn.nu.2.& Ioa.de Plat. nu.
1.& accuratè ad propoſitum cōſiderat
Couar. pract. quæſt. cap.31.nu.6.verſ.
quinto hinc apparet, & num. 7. verſ.
quarto illud,ibi,ſcio tamen, & ſæpiſſi-
mè.Quod eſſe non debet,Quia impio-
rū temeritas;& audacia prouocat Deū,
vt habetur Iob cap.12. & ad nullum
obſequium, ſed ad bellum ſolum fortè
vtilis audacia, vt ait Ariſt.lib.2. Polit.
cap.7. Clericis autem ex officij ſuſce-
ptione non peccandi licentia,& auda-
cia,ſed benè viuendi neceſſitas eſt im-
poſita,can.1.40.diſt.& quantò ipſi sūt
digniores tantò grauiora eorum ſunt
peccata,iux. illud Iuuenal. ſatyr.8.

Omne animi vitium tantò conſpe-
ctius in ſe
Crimen habet,quantò maior,qui pec-
cat habetur.

78 Et ex indulgentijs, † & libertatibus
non debent crimina ſubleuari, l. ſi ap-
paritor,in fin.C.de Cohortal.lib.12.In
quo Reipublicæ tranquillitas, & inte-
reſſe verſatur, Reipublicæ ſiquidem
potentiſſimæ dignitas nulla re magis
extinguitur,quàm ſi in hominum men
tibus opinio gignatur animum,aut vi-
res ad propulſandas iniurias deeſſe,
Nec ad iuſtam vltionem Magiſtratus
eſſe paratos,vt prudentiſſimè dicit Frā
ciſ.Guicciar.in ſua hiſtor.lib.4.Reipu-
79 blicæ † autem cauſa à iure diuino abſ-
que dubio deſcendit. Quia vt dicebat
Plutar. in inſti. Traian. Reſpublica eſt
quodam corpus compaginatum ex mē
bris,quod diuini numinis beneficio a-
nimatur,& regitur quodam lumine ra-
tionis, Quo Rempublicam patri ante-
ponendam docemur,ſecundum Andr.
de Hern.in cap.1.nu.32.de ſtatu,& cō
ſuetud. contr. liber. eccleſiaſt. in vſib.
feud. & allegat tex. in l. poſtliminium
19. §. filius ff. de capt.& poſtlimin.re-
uerſ.proſequitur eruditè Fernan.Vaſq.
de ſucceſſ.reſolut.lib.1.§.2.nu.31.cum
ſeqq.& controuerſ. Illuſt.lib.2.cap.82
nu.20.& facit optimè tex.cum præce-
denti in l.veluti iuncta Bart.expoſitio
ne ibi ff.de iuſt.& iur.& ex Valer.Max.
Cicer.Diu. Thom. & alijs proſequitur
latiſſimè Foller. in prag.de cenſi. verb.
Nicolaus Epiſcopus nu.149. & proin-
80 de Rex (qui Reipublicæ † eſt caput,
ſeu eius imago,vel potius anima,ſecū-
dum Auendan.de exequen. mand.1.p.
cap.1.nu.3.& 6. D. Baldaſ.Alamos de
Bauientos in Aphoriſ.ad Cornel.Tac.
lib.1.Annal.Aphoriſ.289.& ſic Princi
pem eſſe in Republicā, & Rempublicā
in Principe dixit Afflict.in Conſt.Pœ-
nam eorum num.82.Zeuall.in tract.de
violentia in proœm. cap. 9. num. 24.)
dicitur etiam Dei Vicarius,vt habetur
in Epiſtola inter claras C.de ſum.Tri-
nit.& Fid.Cathol. & notat Zeuall.in
ſpecul.comm.contr.comm.q.897.nu.
374.lib.4. Illuſtr.Card.Bellarm. in li-
bel.de offi.Prin.Chriſti. lib.1.cap.1.&
2.& vnus Deus corporalis in terris,ſe-
cundum Auend.vbi ſupra nu.7. Boſ.in
tit.de Prin.nu.70.Marian.Soc.Senio.
in cap. ex euidentia nu.9. de accuſati.
Quaſi quod Reſpublicæ;& Regna Dei
miniſterio ſint inſtituta;Rempublicam
que,& Regna iure naturali ſecundario
ſeu gentium primeuo fuiſſe introducta
probat expreſsè tex. in l. ex hoc iure
ff. de iuſti.& iur.

81 Clericos † autem eſſe membra Rei
publicæ eſt clariſſimum, vt conſtat ex
adductis per Chaſſ.in Conſuet.Burgu.
rub.13.tit.des foreſt.§.5. in gloſ.verb.
habitans à num.2.cum ſeqq.& dicun-
tur Ciues,& Vaſſalli,Aluar.Valaſ.con-
ſulta.100.num.2.& 5.Fran.à Victor.in
relect.de poteſt.eccleſiaſt.ſectio.7.nu.
4.& rem latiſſimè explicando dicit cō-
munem opinionem Zeuall.vbi ſupra
q.899.nu.140.lib.4. Gaſpar Theſaur.
quæſt.Forenſ.lib.4.q.22.nu.11.cum
ſeqq.Dom.Reg.Valenz.conſ.81.num.
17.Sicque tanquam membra;& Ciues
Reipublicæ, ſeu Regni ſunt certo mo-

do ſub-

do ſubdiri ipſius, in ordine ad bonum publicum totius communitatis. Vinc. de Franch. deciſ.9.nu.5.Fran.March. deciſ.457.nu.19.& 20.p.1.& dicit cõmunem Farina.in pract.crim.tit. de inquiſit.q.8.num.30.quos refert,& ſequitur Zeuall.d.nu. 140. facitque eleganter tex.in Auth.de hęred.& falcid. in prin.iuncto §.fin.verſ.quia vero col lat.1.optima glo.verb.inſtituit in cap. 1.de teſtam.in 6. ſimilis eſt gloſ.verb. ſalutem in §. cum itaque in proœm. in pragm. ſanctio. Potuit igitur Rex, ſeù Reſpublica propter bonum publicum, & ad communem vtilitatem, ideſt, ad conſeruandam eius pacem,& tranquillitatem, quæ ex licentia, & audacia iſtorum Clericorum primæ tonſuræ, vel minorum ordinum turbabatur omni meliori modo ſibi conſulere,& conſuetudinem noſtram introducere,non obſtante horum Clericorum fori priuilegio,vt reſoluit Fran.à Victor.in relect. de poteſta. eccleſ. ſectio.7. nu.8. prout etiam ratione publicæ vtilitatis fuiſſe ſublatum fori priuilegium quoad trinam monitionem illius Clerici; de quo ibi agitur, refert Vincen.de Franch.deciſ.463.nu.8.cum ſequenti-

82 bus. Quia priuilegium † alicui conceſſum,non extenditur ad ea,per quæ læditur publica vtilitas, vt per eum textum, & alia iura notat Ioan.de Plat.in d.l.2.nu.2.de priuileg.ſcholar.lib.12. Felyn.in cap.cauſam quæ nu.17.& latius in cap.nonnulli nu.16.verſ.& vltra iſtos de reſcrip. & eſſe multum notabile ex Bart.Bald.& alijs dicit Hypp. de Marſil.in pract.crim.§ aggredior nu. 72.latiſſimè Ioſeph Seſe in tract. de inhibit.cap.8.§ 3.à nu. 57. cum ſeqq. Aym.Crauet. conſ. 909. facultatem frumenti nu.5.tom.5. Roderi. Suarez allegat.12.nu.48. vbi additio copioſa Valdeſij lit.P. Ioan.Fran.de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de Aſſenſib.Regijs §.7.nu.20.& facit tex.in cap.16.Eſth. verſ. Nec putare debetis, & obtentu

83 priuilegij Clericalis † non debet publica vtilitas vacillare, vt dicit Specul. in tit. de Cler. coniug. nu.15.Ioan.de Plat.vbi ſupra nu.1. Hierony. Zeuall. vbi ſupra q.897.nu.632.Iuſta igitur,& rationabilis fuit noſtra conſuetudo, iurique Diuino, & naturali ſatis conformis, quæ huiuſmodi morbo adhibuit medelam; Quia vt ait Cicer.in 8.Philip. In corpore, ſi quid eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, vri, ac ſecari patimur, vt mẽbrorum aliquod potius,quàm totũ corpus intereat;Sic in Reipublicæ corpore, vt totum ſaluum fiat, quidquid eſt peſtiferum amputetur, & facit illud Ouid. Metamorph. lib.1.

Sed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Sunt enim Crimina morbi Reipublicę ſecundum Petr.Gregor.Tholo.in Syntag.iur.Vniuer.lib.3.cap.1. nu.7. Medicina autem delictorum eſt pœna, vt ait Ariſt. 1.Rethor.cap.14.& facit tex. in cap.vt famæ de ſent.excomm. & in l.ſi ita vulneratus ff.ad leg.Aquil.Huiuſmodique medicina eo melius ſortitur effectum, quo celeriùs, & prudenter applicatur,iux.illud Ouid. 1. de remed.amor.

Vidi ego,quod fuerat primò ſanabile vulnus
Dilatum longæ damna tuliſſe moræ.

84 In quo eminet † publica vtilitas,vt notat Fran. Sarmient. Select. interpret. lib.1.cap.12. nu.7. & publica vtilitas dicitur iuſta cauſa, ſecundum Deci. conſ.269.conſultus nu.4. ante fin.1.p. quem ſequitur Hyppol.de Marſil.in d.§.aggredior nu.74.& allegat Bar. in l. quæcumque C. de iur. Fiſc. lib. 10. quem locum ego inuenire non potui, inueni tamen l. quæcumque C. de fid.inſtrum.eod.lib. vbi Bart. dicit aliquid ad propoſitum.

Et minor forſan ratio ſufficere poterat ad noſtræ conſuetudinis, ſeù Ritus introductionem, quia ad rationa-

85 bilitatem conſuetudinis † derogantis iuri poſitiuo (à quo deſcendunt, & fori priuilegium,quoad cauſas tempora-

porales,& prophanas,& prohibitio co gnitionis Clericatus,vt reſolutum ex-tat in 2.& 4.præludi(ſupra)quælibet ru dis æquitas eſt ſufficiens; Rocch. de Curt.in fin.ſectio.2.nu.26. de conſuetud. Vincent. de Franch. deciſ.91. nu. fin.accedat Tiraq. de vtroque retract. in præfat.nu.76. maximè quando non habet contrariam aliam rationem vrgentem,ſecundum Bellam.concl.339. nu.fin.prout in caſu noſtro, ſtante tolerantia Pontificis,vt ſtatim dicemus.

Et attenta etiam eiuſmodi audacia, & temeritate Clericorum in Reipubli cæ detrimentum,euenit.quod lex Pon tificia (à qua deſcendunt priuilegium fori,& prohibitio cognitionis Clerica-
86 tus)alias † iuſta,& ſancta,propter malum vſum corrumperetur,& ſic deſinit habere vires,quia deuenit ad eum caſum à quo incipere non potuit §. ſi ſeruus inſti. de noxal. actio. vbi Miſyng. num.3. cum vulgar. & quaſi in eiſdem terminis tenet Oldrad.conſ.65.hic agi tur nu.fin.Dec.omnino videndus in l.in ambiguis §.non eſt nouum num.3. ff.de reg.iur.facit optimè tex.in cap.2. vbi Anchar.num.1.de conceſſ.præbe. in 6. ſic, amoto obice legis poſitiuæ, ſubintrat rationabilitas conſuetudinis lege enim deueniente noxia, etiam in particulari,ceſſat obligatio exequutionis ipſius,in vtroque foro, ita vt cuilibet priuato liceat, hanc facere interpretationem, vt ex probatis Authoribus, & optimis fundamentis reſoluit Fern.Vaſq.Mencia.controuerſ.illuſtr. lib.1.cap.46.num.3.& 5. cum ſeqq. & num.13. & dicit communem Theologorum opinionem Sayr. in tract. Clauis Reg.lib.3.cap.10. nu.1.& 4. & per totum.Quapropter illi,qui conſuetudinem noſtram introduxerunt,iure optimo eam rationabilem eſſe arbitrati ſunt, iuxta notata per eumdem Vaſq. vbi ſupra nu.8.

87 Neque obſtat tex.in regula † factum legitimè 73. de reg.iur. in 6. vbi dicitur,quod factum legitimè non retractatur,licet caſus eueniat, à quo non potuit inchoari,ergo idem dicendum videtur in propoſito noſtro, quod ſcilicet priuilegium fori,legitimè Clericis conceſſum, & prohibitio cognitionis Clericatus quoad Iudicem Laicum, non debent retractari, licet eiuſmodi conceſſiones,per clericorum audaciã, & licentiam deuenerint ad eum caſũ à quo incipere minimè poterant.Nam Reſpondeo. Primo cum gloſa finali verſ.& nota,quod dicit in dict. reg.factum legitimè: Quod nos dicimus per temeritatem,& audaciam Clericorum retractari prædictas conceſſiones, & leges Canonicas perindè, ac ſi à principio non fuiſſent legitimè conceſſæ, & conſtitutæ,iuxta naturam verbi, retra-
88 ctare,† vt in lege non ſolum 39.§.fin. ff.de procurat. ſed quod impeditur earum effectus; vt dicit d. gloſ.& ſubintrat contraria conſuetudo.

Vel Secundo Reſpondeo, factum legitimè non retractari,&c. Factum au
89 tem † id dicitur, quod eſt conſumatũ, & durat,iux.tex.in l.ſi pro parte 10. §. verſum vbi etiam gloſ. ff. de in rem verſ. Ioan. Coraſ.in l.filium quem nu. 60.C.famil.erciſ.atque ita Dyn.intelligit dictam reg. factum legitimè ibidẽ nu. 5. quem ſequuntur Philipp.Franc. nu.2.& Ioan.Monach. in prin.Deci.& Hieronym.Cagnol.in l.in ambiguis §. non eſt nouum ff.de reg.iur. ille nu.2. hic verò num.2.& 3.Prob. ad Io. Mona. in cap.1.nu.20.de ſciſmati.in 6.lex autem poſitiua nunquã in hoc ſenſu poteſt dici facta,idest,conſumata, & duratura, quia habet tractum ſucceſſiuum, dùm poteſt contraria conſuetudine ei derogari,per tex.in d.cap.fin.de conſuetu. & ſic adueniente caſu à quo incipere non valuiſſet,potuit etiam retractari,& conſequenter idem firmandum erit de Clericorum fori priuilegio, & prohibitione cognitionis Clericatus, lege poſitiua introducta.

Reſtat igitur reſolutum, quod ex quo per audaciam, & libertatem Clericorum primæ tonſuræ,vel minorum ordinum abutentium legibus in eorum

rant

fauorem introductis, deuenerunt ad eum caſum, à quo incipere non poterant impeditur earum effectus, & fit rationabilis noſtra conſuetudo amoto obice legis reſiſtentis.

Prout in ſimili dicimus, quod per
90 negligentiam † Eccleſiaſticorum Iudicum in adminiſtranda iuſtitia ſubintrat in certis caſibus ſæcularium Iudicum iurisdictio, quæ alias locum habere non poſſet, vt reſoluit Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 3. nu. 355. quem refert, & ſequitur Proſper Farina. in pract. crimin. tit. de inquiſitio. q. 8. nu. 23. in fin. & fundatur in can. filijs, vel nepotibus 31. iuncta ibi gloſ. verb. Regis 16. q. 7.

Ex audacia igitur, & libertate eiuſmodi Clericorum primæ tonſuræ, & minorum ordinum abutentium ſuis priuilegijs, & Iudicum Eccleſiaſticorũ remiſſione in cognitionibus Clericatus, & illorum punitionibus habuit originem, & fundamentum rationabilitas noſtræ Conſuetudinis, ſeu Ritus contra legem poſitiuam.

Nec eſt nouum in iure, ꝙ poteſtas
91 † ſæcularis iuſta ſuperueniente cauſa poſſit diſtinguere, aut limitare ius diuinũ, ſecundũ Bart. in prima conſt. Digeſtorum nu. 6. & in l. omnes Populi nu. 22. ff. de iuſt. & iur. Fely. in cap. quæ in eccleſiarum nu. 2. de conſti. Tiraq. alios allegans ſuo more, de pœnis temper. in præfat. nu. 49. Deci. in cap. quæ in eccleſiarum nu. 13. & 15. de conſtit. Ioſeph Seſe in tract. de inhibition. cap. 8. §. 3. nu. 51. Quanto igitur magis id poterit facere clericorum, & laicorum mixta conſuetudo in iure poſitiuo, quo fori clericorum priuilegium, & prohibitio cognitionis clericatus fuerunt introducta, vt ſupra in 2. & 4. prælud. reſolutum eſt, cum hoc ſit proprium conſuetudinis officium ad tex. in l. ſi de interpretatione ff. de legib. atq; ita quaſi in ſimili argumentatur de Principe ad conſuetudinem Ioſeph Seſe d. §. 3. nu. 148. cum ſeqq.

Huiuſmodi autem reſolutioni, & etiam ſupra traditæ decidendi rationi rurſus obſtare videtur, Quod conſuetudo de qua in noſtro tex. manifeſtè eſt contra legem, nempè, contra iura concedentia clericis fori priuilegium, & prohibentia laicis clericatus cognitionem, de quibus ſupra in 2. & 4. prælud. Sed lex debet eſſe rationabilis tex. in can. erit autem lex 4. diſt. cum vulgat. Ergo conſuetudo huiuſmodi legibus, & iuribus contraria rationabilis eſſe non poteſt, quia duo contraria ſimul vera eſſe non poſſunt Can. Hoſpitolium, iuncta ibi glo. 32. diſt. cap. intellecto 33. de iur. iur.

92 Præterea obſtat, quod Laicorum † Conſuetudo contra eccleſiaſticam libertatem, introduci minimè poteſt, Neque alicuius eſt momenti, quia eo ipſo quod eſt contra libertatem eccleſiaſticam, irrationabilis reputatur, iux. tex. & quæ ab omnibus ibi notantur in cap. clerici 8. iuncta gl. fin. ibi de iudi. proſequitur Lapus alleg. 92. per totam Farina. vbi ſupra d. q. 8. nu. 3. & dicit communem opinionem Couar. d. cap. 31. pract. quæſtio. nu. 5. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 36. nu. 3. Petrus Barbo. in l. Titia nu. 32. verſ. neque obſtat ff. ſolut. matrim. Ergo Conſuetudo de qua in noſtro tex. nullo modo rationabilis poteſt cenſeri, cum apertè ſit contra eccleſiaſticam libertatem.

His tamen difficultatibus non obſtantibus, à ſupradicta reſolutione, & decidendi ratione nequaquam eſt recedendum. Non enim obſtat Prima difficultas. Nam Reſpondetur, Quod quamuis attẽta vnica ratione, & vnico fine,
93 Conſuetudo contraria † legi non poſſit eſſe rationabilis, Diuerſis tamen rationibus conſideratis, vtique poterit rationabilis iudicari, Cuius rei varia ſunt ſparſa in corpore iuris exempla, vt videre eſt in Can. nuptiarũ 27. q. 1. cuius meminit gl. in d. can. Hoſpitoliũ; Præterea, quod Epiſcopus tractet negotia cum Capitulo rationabile eſt, quia Epiſcopus, & Capitulum faciunt vnum corpus, cap. nouit de his quæ ſi. à Præ-

a Prælat. Tum etiam, quia in te[illegible] m
eſt iudicium, quod [illegible] in ſenten
tia confirmatur cap. prudentiam de of-
fic. & poteſt. iud. delegat. Et tamen con
ſuetudo cõtra huiuſmodi [illegible] introdu
ci poteſt, tanquam rationabilis, atten-
to alio fine, vt videlicet ſolus Epiſco-
pus tractet negotia, vt celerius expe-
diantur, cap. 3. de conſuet. in 6. & ali-
quando contingit, quod aliquid ſit Iu-
94 ſtum, † & eius contrarium iuſtius, di-
uerſo reſpectu le[illegible]endi, iuncta ibi gl.
verb. non iniuſte C. de procurat. & fa-
cit tex. in l. hac lege C. de pact. conue,
l. ſi ſeruus commu[illegible] 63. §. quod verò
ff. de furt. cum aliis [illegible], notat Pa-
nor. in d. cap. fin. nu. 6. de conſuet. quẽ
ſequitur, & exornat ibi Ro[illegible] de
Curte d. ſectio. 2. n. 38. o[illegible] Ar[illegible] de
Iſern. in procem. Conſt. Regn. col. 9. in
prin. & hinc etiam fit, quod ſi ratio,
quæ a principio fuit legis condendæ
poſtea ceſſauerit, & contra huiuſmodi
legem fuerit introducta conſuetudo,
profecto hæc, attenta ſua ratione, præ-
ualebit legi; Quia expedit aliquando
95 leges mutari, corrigi, aut abrogari per
nouam contrariam legem, aut conſue-
tudinem, pro loci, temporis, aut perſo-
narum qualitatibus, & circumſtantijs,
iuxta tex. in auth. de non alienan. aut
permutan. §. vt autem colla. 2. & in
proœm. Clement. in prin. tex. optimus
in cap. non debet ibi, non debet repre-
henſibile iudicari, & [illegible] de conſangui. &
a[illegible] Co[illegible] in cap. alma mater 2. p.
[illegible] n. [illegible] 2. de ſent. excom. apud Bo-
nif. Dom. Soto de Iuſt. & iur. lib. 1. q. 7.
art. 1. Franc. a Victor. in relect. 4. de po-
teſt. Pap. & Concil. propoſit. 3. Rocch.
de Curt. vbi ſupra n. 38. latiſſime Syr.
in Clau. Reg. lib. 3. cap. 11. nu. 12. Art.
Sola in commen. decretor. Sabaud. in
proœm. gloſ. 2. nu. 24. Petr. Greg. Tho-
loſ. de Repub. lib. 7. cap. 20. nu. 20. & fa
cit eleganter illud Ciceron. lib. 3. ad At
ticum epiſt. 23. Neque enim vlla eſt
lex, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate
abrogationis, ſed cum lex abrogatur
illud ipſum abrogatur, quomodo eam

abrogari oporteat, & reſoluit Ariſt. lib.
2. p[illegible] ubi Diuus Tho. lectio. 12. Sic-
que quamuis Conſuetudo de qua in
noſtro te[illegible] videatur irrationabilis, at-
t[illegible] vnica ratione, & [illegible] ſine legis
contrariæ, vt dicitur in argumento, At
tamen [illegible] rentis diuerſis rationibus, ẽ
pe[illegible] intereſſe Rei[illegible], & cõ-
traria lege deueniente no[illegible], propter
circumſtantias perſonarum, audaciam
ſcilicet, & licentiam horum Clericorũ
primæ tonſuræ, & minorum ordinum,
per [illegible] lex Canonica deuenit ad
eum [illegible] a quo incipere non potuit
vt ſupra di[illegible] opt ime rationa-
bilis eſt noſtra conſuetudo iudicanda,
e[illegible] ſi [illegible] a alia ratione videatur
contra [illegible] Canonicam, atque ita
non [illegible] prima difficultas.

Neque obſtat ſecunda, Cuius occa
ſione tractabimus de rationabilitate
noſtri Ritus, & Conſuetudinis ſecun-
dum quid, & per relationem ad aliud,
vt ſupra propoſuimus; Veriſſimum
igitur eſt, laicorum conſuetudinem cõ
tra eccleſiaſticam libertatem tanquam
irrationabilem introduci non poſſe,
ex his quæ ibi allegantur. Difficultas
tamen conſiſtit in declarando, quæ nã
96 dicatur conſuetudo † contra eccleſia
ſticam libertatem in quo articulo (quẽ
in præſentiarum diſputare non præten
do, quia latiſſimus eſt) recurrendum eſt
ad Socc. in cap. [illegible] n. 4. cum ſeq.
de [illegible] a Baiar. ad Iul.
Clar. in pract. [illegible] §. [illegible] n. q. [illegible] 8. nu. 35. &
Lap. d. al[illegible] 92. A[illegible] Sou[illegible] in relect.
de cenſur. ca[illegible] 16. diſput. 84. Petr. Gam
bacur. de immu. eccl. lib. 3. cap. 2. & lib.
8. [illegible] n. 3. Illud tamen in hoc paſſu ſingu
lariter notandum puto, Quod eccleſia
97 ſtica † libertas non læditur per ſtatuta
laicorum, quæ habent in ſe naturalem
æquitatem, & [illegible] lem, vt notat Bal. in
cap. 1. de alien. feud. nu. 7. in vſib. feud.
re[illegible] itus a Baiar. vbi ſupra
nu. 37. Ergo nec per Conſuetudinem,
quæ ſimiliter habeat naturalem, & ci-
uilem æquitatem, qualis eſt hæc de
qua agimus, vt diximus ſupra per arg.

de

de ſtatuto ad conſuetudinem,ad tex.in l.de quibus ff.de legib.cum alijs adductis per Afflict.deciſ.305. nu.16.

Vel ſecundo Reſpondeo, Quod quãuis laicorum conſuetudo contra eccleſiaſticam libertatem introduci non poſſit,& nullius ſit momenti, Id procedit, & intelligitur de Conſuetudine à ſolis laicis introducta; Cæterum,quan
98 do conſuetudo eſt mixta,† procedens à tacito conſenſu Summi Pontificis cũ Clero,& Laicis ſimul,maximam habet vim,atque efficaciam,etiam in his,quę eccleſiaſtica ſunt, vt doctiſſimè conſiderat Couar.d.cap.31.pract.quæſt.nu.5.Bal.in cap.cum veniſſent, ſtatim allegand. n.6. Oldrad.conſ.93.Magiſter ordinis num.16.Tiraq.de tetract.conſang.§.1.gl.13.n.2. & poſt leg.connubial.glo.8.nu.137. Ioſeph Seſe de inhibitio.cap.8.§.3.nu.133. & facit in arg. tex.in cap.cum veniſſent,& ibi Panor. num.3. de eo qui mittit in poſſeſ.cauſ. rei ſeruan.vbi etiam notant Card.Zabarell.& Imol.ille nu.2.hic verò nu.3. & aliqua dicit Io:Gutti. in pract.quęſt. lib.1.q.8.in fin.Petr.Barboſ.in d. l. Titia nu.32.verſ.neque obſtat,in fin.ff.ſolut.matrim.Rocch. de Curt.in d. cap. cum tanto ſectio.8.nu.65. de conſuet. Guliel.Benedict. in cap. Rayn. verb.& vxorem nomine Adelaſiam deciſ.2.n.55.de teſtam.Maran. diſput. 8. nu.53. Io:Igneus in l.1.in prin.nu.12,ff.ad Senat.conſul.Sillanian.

Ex efficaciaque huiuſmodi mixtæ Conſuetudinis à Clericis,& Laicis ſimul introductæ,videmus,quod quamuis Regula ſit generalis in materia immunitatis eccleſiarum, Pro nullo crimine, præter expreſsè excepta poſſe aliquem ab Eccleſia extrahi, ſecundũ Couar.var.reſol.lib.2.cap.20.nu.1.in fin. quem refert, & ſequitur Suarez in tract.de virt.& ſtat.relig.lib.3. cap.11. n.4. Idque iure poſitiuo introductum, ſecund. eumdem Couar. vbi ſupra nu. 2.verſ.tertia concluſio,Suarez d.lib.3
99 cap.8. à nu.9. Conſuetudine † autem mixta Cleri ſimul, & Laicorum fieri, & introduci poteſt, quod dicta immunitas non ſuffragetur in aliquibus criminibus, præter à iure expreſsè excepta, vt tenent ijdem Couar.d.cap.20, nu.13.in fin.& Suarez d.cap.11. nu.4. & proſequemur infra in ſolutione ſecũdi principalis argumẽti ante fi.Et cum ſuperioribus cõcordat Plat.in Cratyl. f.mihi 192.col.2.dicẽs,Conſuetudinẽ nihil aliud eſſe præter conuentionem ipſorum vtentium l. ſed & ea 35. ff.de legib. & faciunt notata per Guliel. de Montſerr.in comment.ad prag.Sancti. 5.p.poſt prin.vbi dicit,& probat,Con
100 ſuetudinem † eſſe contractum quendam mutuo vtentium conſenſu celebratum, proindeque habere principiũ voluntarium,neceſſarium autem finẽ, ad tex.in l.ſicut C.de oblig.& actio.cũ concordant. ſubdens inſuper, Quod quotieſcumq;contractus tacitè inſunt ſpiritualibus rebus, etiam ſi expreſsè exprimantur ſunt permiſſi, & nullum inducunt vitium,iux.tex.in can.Eleutherius,& ibi glo.verb. conueniſſe 18. q.2. Ergò ſimiliter hæc noſtri tex.conſuetudo debet permitti,& ſuſtineri, q̃ Summi Pontificis, & Cleri conſenſus tolerando approbauit Ioan.Lup.de Palac. Rub.in cap.per veſtras in notabil. verſ.ſed eſt pulchra dubitatio n.29. fo. mihi 332. de donat. inter vir. & vxo. Chaſſa.in Conſuet.Burgu.rub.7.§.14 in glo.verb.Coſtume do Reyaume nu. 4.& rub.4.§.7.in gl. verb. le mari,& le feme nu.60.Imol.in cap. cum iam dudum nu.13.de præben.& dignit.Aloy. de Leo in l.1.à nu.19. C. de legib.

Qui Pontificis, & Cleri conſenſus, & tolerantia paſſim in caſu noſtro demonſtratur, abſque aliqua repugnantia,ſi quidem Celeſtinus III.Sum.Pontifex ante Pontificatum fuit Sacri Regij Conſ.Neap.Præſes, & tunc abſque dubio habuit noſtri Ritus notitiam. Similiterque Paul. IV. Sum. Pontifex fuit Archiep.Neap.& certum eſt,quod tunc temporis habuit ſcientiam noſtri tex.propter eius frequentiſſimam praxim, Circa quem neuter horum Pontificum

tificū aliquid vnquam innouauit. Clericorumque remiſſiones,ſeruata forma noſtri tex. quotidie petuntur per Nuntios Apoſtolicos,& Prelatos Eccleſiaſticos,per quos in præſenti ſpecie inducitur ſcientia in Summo Pontifice, (vt ſufficienter probatur infra n. 159.) abſque aliqua contradictione,& innouatione.Quia vt ſupra dicebamus, lex Pontificia alias iuſta, & ſancta propter malum vſum cœpit corrumpi, & eſſe noxia, Propterea que Eccleſia facile in contrariam conſuetudinem videtur conſentire,& iam tolerare,quia id ſolū
101 quod rationabile,† & æquum eſt defendit Eccleſia Dei,tex. in can. ſi quis ſine 81.diſt.notat glo.verb. rationabilia in cap. 1. de Conſt.in 6.Andr.de Iſer.in cap. 1.nu. 1.& 2.de ſtatu.& conſuet.cont.liber. eccleſ.in vſib. feud. Et
102 ſcimus,quod leges † ſæculares, etiā ſi rerum eccleſiaſticarum faciant mentionem,cum iuſtæ,& rationabiles ſūt, videntur à Sum.Pontif.tacitè approbatæ,iux.tex.in cap. 1.de nou.oper. nuncia.& eſt melior tex.in cap. 1.de iuram. calum.cap.venientes de iur.iur.cum alijs,& quemadmodum Summus Pontifex in certis caſibus,& quoad certos Clericos poteſt derogare Clericorum priuilegio,vt ſupra reſolutum eſt in 2. prælud. ita etiam per tolerantiam, & non contradictionē,vna cum toto Clero(cuius ipſe eſt caput) conſenſit cum Laicis in conſuetudine noſtri tex.& eā cenſetur approbare. Quia ſuperioris
103 tolerantia † inducit diſpenſationem Bal.conſ.45.& 46.nu.1.vol.5.Ant.Sola in Conſt.Sabaud.in prohem. glo.4. nu.40.& 41.Chaſſa.in Conſuet.Burg. rub.4.§.7.in glo. verb. ſuppoſé que les dits contraux nu.55. Scip. Rouit.in prag.1.num. 26. de official. & quæ ijs prohi.Anto.de Butr.in cap.non debet nu.8.& melius in cap.quia circa nu.7. de conſang. & affin.Aym.Crauet.cōſ. 869.commune Carauagium nu.3.vol. 5.optimè Auend,omninò videndus de exequend.mand.1.p.cap.2. nu. 29.ad fin. cum ſeq. & ſic ſit Clericorum, & Laicorum quędam mixta conſuetudo, ſeù potius Clericorum tantum, vt dicit Rocch.de Curt.in d.cap.fin.ſectio. 8.nu.65.Oldr.d.conſ.93.nu.16. per regulam, quod in mixtis fit denominatio à nobiliori, iux. tex. in l.imperium ff.de iuriſd.omn. iud.per quem ita notat,& proſequitur regulam cum fallentijs Hierony.Cagnol.ibi à nu.47.cum ſeqq.Iaſ.in l.1.in prin.n.21.ff.de verb. obligationib. Propterea que quotidie Ritus noſter liberè practicatur,& Clerici conſentiunt de eorum clericatu cognoſci per Iudicem Sæcularem, & ſæpiſsimè fit talis cognitio ad inſtantiam,& petitionem eorum Prælatorū, & ego dum eſſem Regius Iudex Ciuitatis Aquilę,ita practicaui in cauſa cuiuſdam Patritij Iacobiti inquiſiti de homicidio, Quæ cauſa poſtea,ante finem articuli clericatus,deuenit ad Regiam Audientiam eiuſdem Prouinciæ, & de nouo fuit datus terminus eidem Patritio ſuper eodem articulo, & cum nihil probaſſet fuit excluſus à prætenſo clericatu,& proceſſum ad vlteriora,& ſeruatis ſeruandis pro cauſa principali cōdemnatus inquiſitus ad remigandum per decennium,referente Regio Auditore Ioanne Cioffo meo Collega die 29.Maij 1613. Similiter in practica in eadem Regia Audientia in cauſa cuiuſdam Ioannis Bernardini de Fabritio, alias Canazo Ciuitatis Sancti Angeli,& Reuerendo Epiſcopo Penen.petente remiſsionem,fuit (me referente) remiſſus die 17. Septembris 1614. ex quibus iam conſtat apertè, quod propter tolerantiam, & tacitum Pōtificis, & Cleri conſenſum, in introducenda noſtra conſuetudine,ipſa reputatur rationabilis, nec contra Eccleſiaſticam libertatem. Quod tamen intellige quo
104 ad Clericos † primæ tonſuræ, & minorum ordinum, in quibus facilius poteſt dicta Conſuetudo operari, ſecundum Couar.pract.quæſtio. cap. 31.nu. 5.exornat latiſſimè Petr.Barboſ. declarādo ſimilem ordinationem Portugalliæ in d.l. Titia nu.32.cum ſeqq. ff. ſolut.

lut.matrim. & in l.ſi quis poſteaquam nu.212.ff.de iud.Iul.Clar.d.§.fin.q.36 nu.3.Farin.de inquiſitio.d.q.8.nu.4.

Vnde notabiliter deduces ad doctrinam Petri Rauennatis in enarratio. ad tit.de Conſuetud.ſectio.2. nu.26. qui allegat Abb.Panor. in cap. quanto, & voluit dicere in cap.cum tanto nu. 15. de Conſuetud.& Rocch.de Curt. ibidem ſectio.2.nu.4.exiſtimantium conſuetudinem de per ſe irrationabilem adhuc non valere, etiam ſi Summus Pontifex eius habeat ſcientiam,& non contradicat; Quia rationabilitas eſt cauſa formalis conſuetudinis,& ei dat eſſe,atque ita deficiente rationabilitate,debet, & conſuetudo, tanquam carens forma, & eſſentia deficere ad tex. in cap. quia propter de electio.cum vulgat. Vt videlicet dicta doctrina in caſu noſtro locum non habeat. Tum quia Conſuetudo noſtri tex. ſatis rationabilis eſt de per ſe, & ſimpliciter, vt ſupra reſolutum extat; Cum etiam quia irrationabilitas Conſuetudinis, ſeù Ritus noſtri,in caſu de quo agimus ex eo ſolo prætenditur,quia talis conſuetudo eſt contra præceptum Eccleſiæ,concedentis Clericis fori priuilegium,cui ineſt prohibitio citationis,& capturæ Clerici per Iudicem Laicum, & contra aliam legem prohibentem Laicis Clericatus cognitionem, vt diximus ſupra in 2.& 4. prælud. & eatenus dicta conſuetudo irrationabilis reputatur,quatenus deuiat à dictis legibus,& voluntate Pontificis, vt ponderauimus ſupra num.,91. Ergò quando Summus Pontifex (qui poterat dictam Conſuetudinem tollere)eam ſciuit,tolerauit,& permiſit,ceſſauit eius rationabilitas,quia per eiuſmodi ſcientiã, & tolerantiam remiſit obligationem illius præcepti, quod cauſabat irrationabilitatem, & acceſſit contrariæ conſuetudini, quæ eo ipſo efficitur rationabilis,obice pręcepti per tolerantiam remoto,iuxta ea quæ ſupra nu.103. ex Chaſſan.Rouit. & alijs diximus. Cum enim Summus Pontifex ſciat huiuſmò di noſtri tex.conſuetudinem, & eam
105 toleret, & permittat, non videtur velle vinculum inijcere,& animas illaqueare, vt in ſimili dicit Steph.Aufre. in repetitio.Clemen.1.de offic. ordin. q.1.concl.6.nu.74.fol.mihi 105.& ſic tali caſu dici non poteſt,quod conſuetudo à Pontifice tolerata, & permiſſa ſit irrationabilis,quia ſi talis eſſet,eam non permitteret, cum ea ſolum, quæ rationabilia ſunt, permittat Eccleſia Dei,vt ſupra diximus ex d.can. ſi quis ſine 81.diſt.& facit tex.in can.quapropter ibi,vt tranſgreſſionis vltio fiat, & cæteris interdictio 2. q. 7. alias maximum ſequeretur abſurdum, quod non eſt dicendum,cap.in Geneſi 55.de electio.cum vulgat.

Quibus omnibus attentis cauendũ eſt omnino à Doctore Marta,Qui in tract.de iuriſdict.p.4.centur.1. caſ.63. num. 14. affirmat,non dari huiuſmodi mixtam Clericorum,& Laicorum conſuetudinem.Sed parcat dominatio ſua, Quia nimis animosè procedit,prout in plurimis alijs articulis dicti tractatus. Nam negare huiuſmodi mixtam conſuetudinem, eſt negare principium à tot grauiſſimis vtriuſque cenſuræ Patribus paulo antea allegatis conceſſum & reſolutum;Et fundamenta quibus ipſe vtitur ſunt leuia,& inania, ne dicam fictitia. Nam referendo ſe ad ea,quæ dixerat in primo articulo nu.7. eiuſdẽ caſus,dicit non dari hanc mixtam conſuetudinem, Quia Clerici non poſſunt facere conſuetudinem, ad quod allegat Bald.in cap. cum omnes in fin. de conſtit.& Bald. ibi nihil profecto tale dicit, quinimmò in d.cap. cum veniſſent d.nu.6. tenet expreſſè contrariũ.

Dicit tamen Bald.in d.cap.cum omnes, quod Populi hodie non poſſunt facere ſtatuta, quia ius ſtatuendi pertinet ad Iuriſdictionem,vnde cum Populi omnem poteſtatem tranſtulerint in Imperatorem, nullam habent iuriſdictionem, & ſic nec ius condendi ſtatuta:Ex qua doctrina neſcio quo medio, neſcio qua ratiocinatione deducat Do

ctor Marta, Clericos non poſſe facere conſuetudinem.

Et ad rationem quam Marta adducit eod.nu.7. in illis verbis, ibi, cum non poſſint in laicos tacitè, vel expreſsè conſentire, Reſpondetur, Propoſitionem hanc, quoad Clericos primæ tonſuræ, vel minorum ordinum non tranſire ſine difficultate, ſiquidem ex Maiol.in tract.de irregularitate lib. 5. cap.24. nu. 3. quem refert, & ſequitur Carol.de Graff.in tract.de effect. cleri. in prælud.nu.398. videtur colligi, eiuſmodi Clericos minorum ordinum poſſe expreſsè clericatui renunciare tenet expreſsè Ambroſin.de immunit.eccle. cap.17.num.13. Quod autem tacitè id facere poſſint nullam habet difficultatem, vt probauimus infra nu. 214.

Sed vlterius dico, Quod etiam ſi vera eſſet dicta Doctoris Martæ propoſitio adhuc venit intelligenda quoad Clericos ſolos, vt ſcilicet ſoli non poſſint tacitè, vel expreſsè in Laicum Iudicem conſentire; Omnes autem Clerici alicuius Prouinciæ, vel Terrę cum conſenſu, etiam tacito Pontificis, (qui inducitur per medium Prælatorum, & aliorum Officialium, vt dicemus ſtatim nu.159.) rectè poſſunt laicorum ditioni ſe ſubmittere, in certis caſibus, in quibus non imminet totale eccleſiaſticæ libertatis dedecus, & detrimentum, vt tenuit glo.fin.in fin. in cap.vir autẽ de ſecund.nuptijs, quam glo.menti cõmendandã eſſe dicunt Panor.& Butr. ibi, & in ea fundantur Couar. & alij DD.ſupra allegati nu.98. qui admittũt hanc mixtam Clericorum, & Laicorũ conſuetudinẽ, & iuxta huiuſmodi terminos eſt etiam intelligenda omnis ſupra tradita reſolutio ad noſtrum tex. applicata.

Dicit inſuper Doctor Marta d. caſ. 63. nu. 8. quod conſuetudinem introducere, eſt quid iuriſdictionis, prout eſt legem facere ex Alex.conſ.173.nu.12 vol.6. ſed Laici in Clericos nullam habent iuriſdictionem, ergo non poſſunt hanc mixtam conſuetudinem introducere ſuper Clericis.

Circa quod argumentum aduerte, quod continet multiplicem fallaciam; ſiquidem in maiori propoſitione facit æquiparationem de lege, quæ fit per expreſſum conſenſum Principis ad cõſuetudinem, quæ introducitur per tacitum conſenſum Populi l. ſed & ea quæ 35.ff.de legib.Rocch.de Curt.de conſuetud.in præfat.nu.7. Quæ æquiparatio, & argumentandi forma de expreſſo ad tacitum non ſemper eſt valida in iure, vt latè proſequitur Euerar. in topic.legal.in loc.ab expreſ. ad tacit. à nu.9.cum ſeqq.Cagnol. in l.cum quid à nu.5.cum ſeqq.ff.ſi cert.petat.Et tũc maximè non procedit argumentum de expreſſo ad tacitum, quando expreſſum, & tacitum dependent à diuerſa potentia cauſæ efficientis, vt tenet dicens eſſe menti commendandũ Marc. Mantu.ſingul.294.& 309.nu.3. & allegat Bald.in l.teſtamento la.1. n.1.ff.de teſtam.tutel.& eſt de mente Iaſ.in l.is, qui §.neque filius nu.31. ff. de acquir. hæred. Vndè cum lex, quæ fit à Principe, & conſuetudo, quæ introducitur à tacito conſenſu Populi, vt diximus ſupra, dependeant à diuerſa potentia cauſæ efficientis, mirum nihil, ſi non valeat argumentum de lege ad conſuetudinem, vt diffusè proſequemur infra à nu.334.cum ſeqq.

Secunda fallacia eiuſdem argumenti Doctoris Martę cõſiſtit in eius minori propoſitione, quæ abſolutę, & indiſtinctè habet, Laicos in Clericos nullã habere Iuriſdictionem, Conſtat enim multos eſſe in iure caſus, in quibus Laici habent iuriſdictionem in Clericos, vt tetigimus ſupra nu.54. vbi cum Felyn.Couar.Iul.Clar. & alijs multis reſoluimus, poſſe Summum Pontificem in certis caſibus, & quoad certos Clericos, quoties ſibi expedire videbitur facere, vt ſubiaceant Iudici Sæculari; Ergò poteſt idem Summus Pontifex, per eandem doctrinam Marci Mantuę, tacitè conſentire per ſe, vel per medium ſuorum officialium, aut procuratorum

ratorum, id eſt Prælatorum, ſecundum ea quæ notantur infra n.159. vt introducatur mixta Clericorum, & Laicorum conſuetudo limitans in certis caſibus Clericorum priuilegium, iuxta ea, quæ paulo ante notauimus per 4. gl.fin.in fin.in d.cap. ſi vir, de ſecund. nupt. Ex quibus conſtat, fundamenta Doctoris Martæ ad denegandam hanc mixtam Clericorum, & Laicorum conſuetudinem parum eſſe vrgentia, & efficacia,

Sed adhuc contra ſupra traditam reſolutionem obſtare videtur, quod hæc ſcientia, & tolerantia Pontificis in introducenda conſuetudine de qua agimus non potuit inducere eius conſenſum, & remiſſionem, ſeu diſpenſationẽ, ſceptis, vt nos præſupponimus, iux.tex.
106 † qui ad hoc quotidie allegatur in cap.cum iam dudum 18.in fin.de præbend.& dignit. per quem tex.ita ſentit Panor. ibi nu.5. & in d.cap. fin.nu.13. in fin.de conſuet.& vt dicit Ariſto.lib. 7.ethicor.cap.7. tolerare in reſiſtendo conſiſtit, ſi igitur conſiſtit in reſiſtendo, quomodo poteſt conſenſum inducere? Cui difficultati multis modis reſponderi poſſe exiſtimo; Dico enim Primo, quod in d.c.ap.cum iam dudum non dicitur, Pontificis tolerantiam nõ inducere diſpenſationem, & ſic conſenſum, ſed quod multa patienter tolerantur, quæ exigente iuſtitia, non deberent tolerari; Quæ longe diuerſa ſunt, quaſi dicat tex, quod multa ex æquitate tolerantur, quæ attento rigore non deberent admitti; Verbum enim, iuſti-
107 tia, † eo loci pro rigore ſumi debet, vt in can. omnis qui, & in can. vera iuſtitia 45. diſtin. prout ita ea intra intelligit Specular in tit.de diſpenſ. §. 1.nu.3. & verba illa, per patientiam, debent exponi, id eſt, per pietatem, & æquitatem, iux. tex. in can.paratus in prin.ibi, & pijs patienter eorum malitiam ſuſtinere 23.q. 1. Sicque attenta huiuſmodi expoſitione difficultet ex eo tex. colligitur, Pontificis tolerantiam non inducere diſpenſationem.

Vel adhuc, eſto, quod ille tex.probet id, ad quod per Panorm. allegatur, & quod loquatur de tolerantia compara-
108 tiua, † ſecundum Specul.vbi ſupra §. 13. nu. 4. quæ non inducit diſpenſationem, ſecundum Zabarel.in d.cap. cum iam dudum notab.7.& oppoſi.7.quem refert gloſ. verb. tolerandas in §. fruſtra enim tit. de collatio.in pragm, ſanctio. adhuc inquam ſecundo Reſpondeo quod tex. ille non loquitur ſimpliciter, & abſolutè, ita vt faciat illam regulam, Quod tolerantia Pontificis nõ inducat diſpenſationem; Sed tantum dicit, quod multa per patientiam, &c. quaſi dicat multoties id contingere, non tamen ſemper.

Quotieſcumque igitur tolerantia fuerit comparatiua, permiſſa nimirum in particulari perſona ad euitandum maiora mala, de qua ille textus loquitur, ſecundum Panor.in cap.1.num.4. verſ.ſi verò aliqui de treg.& pace, quẽ ſequitur Fely.ibi nu.11. verſ.quod vlctimum, dicens, ita intelligendum fore eundem Panor.in d.cap. cum iam dudum, tunc dicemus non inducere diſpẽſationem, arguendo à ſimili, vel ab idẽtitate rationis. At verò quando tolerantia contigerit non comparatiuè ad euitandum maiora mala in perſona
109 particulari, ſed ex alia iuſta cauſa, † vt puta ad bonum commune, & Reipublicæ vtilitatem, vt in caſu noſtro, diximus ſupra in principio huius decidendi rationis, abſque dubio dicemus, inducere diſpenſationem, tex.eſt expreſſus in cap. Abbate ante fin. de ſenten. & re iudic.in 6.vbi Archidi.nu.6. & facit etiam tex.in d.cap.cum iam dudum per argumentum ab ſpeciali, vt agnouit Præpoſit.in can.in iſtis §. leges col.2. verſ.In his autem in quibus 4.diſt. Cũ igitur tolerantia, in caſu de quo agimus, non conſiſtat comparatiuè circa perſonam particularem, ſed circa vniuerſalem ſtatum, & tranquillitatem Reipublicæ, & totius Regni, qui ex horum Clericorum audacia, & libertate quotidiè turbatur, vt ſupra diximus, di

cendum eſt,per huiuſmodi tolerantiã Summum Pontificem diſpenſaſſe,quia
110 publica † vtilitas eſt iuſta cauſa diſpenſationis, ad notata per gloſ.verb. non obſtantibus,in extrauag. Ad reprimendum quoru.in Læſæ Maieſt.crim. proc.poſt vſus feud.Felyn.in cap.nonnulli nu.15.de reſcrip.Deci.conſ.369. conſultus ab Illuſtr,nu.4.ad fin.1.p.notat Facchin.controuer. iur. lib. 7.cap. 49.ante fin.Ioſeph Seſe in tract.de inhibitio,cap.8.§.3.nu.148,Rocch.de Curt.in cap.fin.ſect.2.nu.5.cum ſeqq. de conſuet.& facit tex.in l. ita vulnerátus 50.verſ.multa autẽ ſ.ad leg.Aqui.

Vel tertio, & forſan melius Reſpondeo,Quod licet nuda tolerantia,& ſimplex patientia,quæ nullum habet actũ concludentem, & denotantem conſenſum, non inducat diſpenſationem, ſecundum glo.prædictam verb. tolerantes in d. §. fruſtra enim,quam ſequitur alios allegans Ioan.de Selu.in tract.de benef. 3.p. q.10.nu.5.& hinc Iaſ.in l. quæ dotis nu.106.ff.ſolut.matrim. di-
111 cit, quod actus † ſuperioris conſiſtẽs in pati, nunquam inducit diſpenſationem. At verò quando tolerantia eſt approbationis,ſaltem tacitè,habetque aliquem actum denotantem conſenſum quamuis implicitè. Tunc vtique inducit diſpenſationem, ſecundum d. glo.verb. tolerantes, Ioan.de Selu.vbi ſupra nu.14.Ant.de Butr.in cap.ex parte el 3.nu.4.de priuileg.Bart. in l. quo enim §.1.num.1.in fin.ff.rem rat.hab. Panor.in cap.cum virum nu. 3. de regula.Imol.in Clemen.1.nu.28.vbi etiã Card.Zabarell.nu.5. de procur.Roder. Suarez in l.1.fori tit. de arriſ.num.31. Natt.conſ.589.num.6. tom.3. Steph. Grat. diſceptatio. Forenſ. tom.1. cap. 140.n.18.Quia cum talis actius conſiſtat in agere arguit conſenſum,ſecundum eundem Iaſo, vbi ſupra, Roman. ſing.777.Menoch. de præſump. lib.3. præſump.57.nu.12. Vndè cum in ſpecie noſtra Summi Pontificis, & Cleri tolerantia non ſit nuda, & ſimplex, conſiſtenſque in pati, ſed approbationis,& conſiſtens in agere, ſiquidem quotidie per huiuſmodi Clericos, & eorum Prælatos,ſciente Pontifice, petuntur Clericorum remiſſiones, ſeruata forma noſtri Ritus:ſequitur per hãc tolerantiam Pontificis diſpenſatio, vt reſoluit Sanchez de Matrim. 2. tom. lib.8.diſput.4.nu.25. & in ſimili dici-
112 mus,quod Bannitus † toleratus à ſuperiore, per aliquos actus Bannitis interdictos, non poteſt impune offendi, quia cenſetur rebannitus,ideſt diſpenſatus,ſeù aggratiatus,Hippo.de Marſi. conſ.9.adiuua me Domine à nu.24.cũ ſeqq.& conſ.10.caſus dubitationis nu. 26.& in pract.crim.in §. Aggredior n. 28.Hierony.Magon.deciſ.Floren. 26. num.47.cum ſeqq. Aym.Crauet.conſ. 168. de duobus principaliter nu. 4. & de ſimili conſuetudine tolerata idem dicit Guliel.Bened.in cap.Raynuncius verb. & vxorem nomine Adelaſiam deciſ.2.à nu.59.de teſtam. & circa tolerantiam alterius ſimilis conſuetudinis ſuper iuramento, eſt vidẽdus Chaſſan.in Conſuetud.Burgund.rub.7.§.1. in gloſ.verb.le mari, & le femme à nu. 55. Et circa aliam ſimilem conſuetudinem toleratam idem tenet Petr.Belluga. in ſpecul. princip.rub.11.§.videndum à nu. 10.& 16. cum ſeqq.quam immerito repræhendit Camill.Borrel. in addition.ibi litera g. per quindecim fundamenta parum vrgentia,vt aduertit Ioſeph Seſe in tract.de inhibit.cap. 8.§.3.nu.164.vbi num. præcedenti aliqua non contemnenda dicit de alia ſimili tolerata conſuetudine, quem refert,& ſequitur Zeuall.in ſpecul.com. contra comm.q.897.nu.174. lib. 4. & ambo referunt Gregor.Lopez in l.13. tit.13.partit.2.verb.nin fuerça, & ſimilis toleratæ conſuetudinis meminit Dom.Reg.Valenzu.conſ.98.nu.31.

Vel Quarto Reſpondeo, quod in caſu de quo agimus non eſt neceſſarium diſputare, An Summus Pontifex per
113 dictam tolerantiam † cenſeatur diſpenſaſſe circa noſtram conſuetudinẽ, ſed ſufficit, quod cenſeatur conſenſiſſe,

ſe, quod eſt minus. Ad conſuetudinis enim introductionem ſolus venientium conſenſus eſt neceſſarius ſine diſpenſatione §. ex non ſcripto inſti. de iur. nat. genti. & ciuil. cum vulgat. Diſpenſare enim eſt diuerſa diſcrete penſare, & vtrū expediāt in animo verſare iux. tex. in Can. diſpēſatio 43. diſt. per quē ita tenet Specul. in tit. de diſpenſ. d. §.

114 3. n. 1. Cōſentire † autē ad ſimplicē actum voluntatis refertur, & idem eſt, quod ſimul ſentire, ad tex. in l. conſenſu ff. de oblig. & actio. Fernan. Vaſq. cōtrouerſi. Illuſtr. lib. 2. cap. 62. nu. 9. Ad rationabilitatem igitur noſtræ Conſuetudinis ſufficit, quod Summus Pontifex eam ſciat, & conſentiat, vt modo diximus, Quia ſcienti, & conſentienti non fit iniuria l. 1. §. vſque adeo ff. de iniur. Reg. ſcienti 27. de reg. iur. in 6. cum vulgat.

Quod autem Summus Pontifex habuerit ſcientiam huius noſtræ conſuetudinis, patet manifeſtè, Quia quotidie practicatur, vt ſæpè dictum eſt, & remiſſiones petuntur per Clericos, Prælatos, & Officiales Pontificis, à quibus arguitur ſciētia in ipſo, vt infra videbimus, ex qua ſcientia, & taciturnitate colligitur etiā cōſenſus illius, maximè accedente temporis diuturnitate, vt in caſu noſtro, dicemus ſtatim, ſecundum Fernan. Vaſq. vbi ſupra d. lib. 2. cap. 63. in fin. Tum quia vbi fauor Rei

115 publicæ † verſatur, vt in caſu noſtro, ſciens, & tacens dicitur conſentire, etiam ſi de eius agatur intereſſe l. 2. §. 1. ff. ad municip. l. 1. vbi Ioan. de Plat. nu. 1. C. de filijs famil. & quemad. lib. 10. per quæ iura ita tenet Ioan. Coraſ. in paraphr. ſacerdot. 4. p. cap. 6. nu. 28. Sicque ſimplex Pontificis conſenſus fuit ſufficiens ad rationabiliter introducendam noſtram conſuetudinem, proptereaque de eius rationabilitate nequaquam eſt dubitandum. Quæ omnia (ſi rectè perpendantur) eò tendunt, vt ſcilicet probemus, Conſuetudinem, de qua in noſtro textu, in ſui initio, & introductione, fuiſſe rationabilem, vnicè

Nam quoad eos, qui poſtea venerunt, & reperierunt Ritum noſtrum iam introductum, etiam contra legem poſitiuam Canonicam, nullum poteſt conſiderari peccatum, nullavè irrationabilitas, etiam ſi ſupponeremus (quod abſit) Primos introducentes peccaſſe, Quia poſtea venientes, & reperientes

116 † conſuetudinem iam introductam iure exiſtimare potuerunt ex aliqua rationabili cauſa talem Conſuetudinē à primis fuiſſe introductam contra legem poſitiuam, Dom. de Sanct. Gemi. in Can. de iſtis §. lex col. 2. verſ. quantum autem ad iſtos, vbi etiam Præpoſit. col. 2. verſ. reſpondere reſtat 4. diſt. atque ita explicat Panor. in cap. 1. nu. 4. verſ. neque obſtat, quod in principio omnes de tregu. & pac. quem ſequitur Fely. ibidem n. 12. & allegant gl. verb. ſe poſſe tueri in cap. de quarta de præſcrip. & verb. legitima in cap. cura de iur. patron. Ant. de Butr. in eod. cap. 1. nu. 23. vbi etiam Imol. nu. 12. Eſcobar in tract. de Ratiocin. cap. 9. nu. 4. dicit communem opinionem Couar. in reg. poſſeſſ. 2. p. §. 9. nu. 6. verſ. ſeptimo apparet de reg. iur. in 6. Nec oportet, ſuc-

117 ceſſores † ſollicitos eſſe in inueſtigādo, An licitè, vel illicitè fuerit conſuetudo inchoata, Quia excuſantur, obſeruando præteritos mores, vt ex probatis authoribus reſoluit Sanchez in tractā. de matrim. 2. tom. lib. 7. de impedimen. diſputatio. 4. nu. 14. ante fin. quibus accedat Fran. Sarmiē. de redditib. eccl. 4. p. cap. 1. n. 12. Maria. Socc. Sen. in cap. propoſuit num. 17. & in cap. Apoſtolicæ nu. 2. de cleri. excommu. vel depoſit. & Bal. in l. de quibus nu. 59. ff. de legib. dicit, quod ratio non eſt de ſubſtantia conſuetudinis, quod intelligo de iam introducta, dum ipſe ſubdit, quia conſuetudo tenet ex ſola authoritate conſtituentium, & allegat l. non omnium ff. de legib. Et ſic dum Con-

118 ſuetudo † eſt iam introducta, non eſt neceſſe quærere eius rationem, Alioquin multa ex his, quæ certa ſunt ſubuerterentur, argum. d. l. non omnium. cum

cum.l. & ſeq. ff. de legib. & quibus ad-
do Medin. 1.2.q.97. artic.3.column.2,
Gregor. de Valenc. in 2.diſput.7.q.5,
punct. 8. verſ. Ex quo patet Sayr. in
tract. Clauis Reg.lib.3.cap.11.nu.15,
Rolan. à Vall. conſ.3. de menio modo
nu.96.vol.1, & licitè poteſt aliquis vti
119 peccato † voluntario alterius ad bo
num proprium, ſecundum Diu. Augu-
ſtinum relatum in Can.num pater re,ibi,ac per
hoc,qui vtitur fide illius, &c. 22. q.1.
vbi Archidiacon.nu.5. vt contingit in
eo, qui accipit mutuum ad vſuram ſe-
cundum Couar. in cap. quamuis pa-
ctum 1.p.§.1.nu.10.de pact.in 6.Ergò
ſublato melius ad bonum publicum ar-
gum.tex.in Auth.res quæ,cum allega-
tis per glo.fin.ibi C. commu.de legat.
Quod vltimum perfunctoriè, & ad de-
ſumendum, argumentum dictum eſſe
volo, Cum iam ſupra reſoluerimus,
Primos introducentes noſtram. Con-
ſuetudinem non cum peccato,ſed opti
ma ratione, & iuſtitia eam inchoaſſe,
& introduxiſſe. Atque ita maximè me-
miniſſe iuuabit,quoad primum princi-
palem articulum; ad noſtri textus ra-
tionabilitatem pertinentem.

Reſtat nunc,vt de ſecundo principa
li articulo, de legitima nimirum præ-
ſcriptione eiuſdem noſtri Ritus, ſeù
Conſuetudinis aliqua adducamus. Du
bium igitur non eſt,quod Conſuetudo
de qua in noſtro tex. ſit legitimè præ-
ſcripta. Quod vt exactè probemus Ad-
uerto breuiter,legitimam præſcriptio-
120 nem † eam dici,quæ fit per modos à
lege introductos, vt dicimus de legiti-
ma conuentione ex l.legitima ff.de pa
ctis,de legitimis nuptijs in prin. inſti.
de nupti.& facit tex.in l. Gracchus C.
ad leg.Iul. de adulter. Modus autem
à lege ſtatutus ad perfectam præſcri-
ptionem conſiſtit in tribus principali-
bus requiſitis, nempè, in Poſſeſſione,
Titulo,& Bonafide, Præceptor Bar.in
l.naturaliter nu.5.cum ſeqq.ff.de vſu-
capio.idem Bar.in tract.de differen.in-
ter ius Canon. & Ciuil.num.87.Pract.
Papienſ.in form.reſponſio.rei conuen.
in glo.verb.præſcriptionis à nu.4. latè
Couar.in Regul. poſſeſſor 2. p. in ini-
tio ante num.1.cum pluribus §§.ſeqq.
Ferdi. Vaſqu.quæſtio. Illuſtriu. lib.2.
cap.51.num.3.ad fin. & latius cap.57.
cum ſeqq.Rocch.de Curt.in d.cap.fin.
ſectio.2.per totam de conſuetud. Petr.
Gregor.Tholoſ.in Syntag.iur.vniuerſ.
lib.40.cap.4.num.2. Videndum igitur
eſt, An in præſcriptione noſtri Ritus,
ſeu Conſuetudinis huiuſmodi interue
nerint requiſita.

Et quidem quoad primum; Poſſeſ-
ſionem nimirum,certum eſt,quod qua
uis in præſcriptione noſtri Ritus, aut
Conſuetudinis non interuenit poſſeſ-
121 ſio,quæ † propriè, & strictè ſolum
eſt rerum corporalium,l. 3. §. ex con-
trario ff.de acquir. poſſeſſio, Theophil.
in prin. inſti. de interdi. Interuenit ta-
men quaſi poſſeſſio,quæ eſt iurium, &
rerum incorporalium, in quibus idem
operatur, quod poſſeſſio in rebus cor-
poralibus glo.1.ad fin. in reg.ſine poſ-
ſeſsione,vbi etiam Din.num.3.& 4.de
reg.iur.in 6.Couar.in reg.poſſeſſor. in
initio 2.p.nu.6.eod.tit. optimè Anto.
de Padill.in l.ſi quis actiones nu.5. C.
de ſeruit. & aqu. Et quod huiuſmodi
quaſi poſſeſsio interuenerit in præſcri-
ptione Ritus noſtri,patet apertè ex eo-
dem tex. ibi, & hæc ſeruantur per ip-
ſam Curiam.

Ex quibus verbis colliges etiam,
quaſi poſſeſsionem hanc eſſe ducento
rum annorum,& amplius; ſi quidem
Regina Ioanna II. (quæ inter alios Ri-
tus hunc noſtrum compilauit, & cępit
regnare anno Domini 1415.) teſtatur
Ritũ noſtrum ſeruari per ipſam Curiã,
quæ verba denotant, ante dictam com
pilationem fuiſſe prædictam Curiam
in hac quaſi poſſeſſione. & tunc ſubin-
trat diſpoſitio tex.in Clemen. 1. de
probatio.cum adductis per Afflict. de-
ciſ.305.num.14.& nos infra latius di-
cemus.

Stante igitur huiuſmodi immemo-
riali quaſi poſſeſſione in præſcriptione
noſtræ Conſuetudinis, ceſſante quoti-
dianæ

dianæ diſputationes in hac materia, quoad præſcriptionem iurium habentium cauſam continuam, vel diſcontinuam, ad tex. in l. ſi ſic 7. ff. quemadm. ſeruit. amitta. & notat. per Couar. variar. reſolu. lib. 1. cap. 17. nu. 11. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina nu. 117. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. D. Ant. de Padill. in l. fin. nu. 4. C. de ſeruitu. Et ego adnoraui, ordinariam Digeſti Veteris Cathedram legendo in Almo Oſcen. Gimnaſio in l. ſeruitutes la grande ff. de ſeruitu. tit. general. Eo magis, quod

122 quaſi poſſeſſio † iuriſdictionis, & ſimilium iurium incorporalium habet cauſam continuam, ſecundum Couar. in d. Reg. poſſeſſ. 2. p. §. 3. nu. 3. Palaci. Rubio. in cap. per veſtras notab. 2. verſ. ſed eſt pulchra dubitatio n. 38. ad fin. fol. mihi 333. de donatio. inter vir. & vxor. dicit communem Fernan. Vaſqui. Controuerſ. Illuſtri. lib. 2. cap. 83. num. 36.

Ceſſat inſuper vulgaris illa diſtinctio inter Conſuetudinem præter, vel contra ius Canonicum, iuxta gl. verb. conſuetudo in prin. in cap. fin. de conſue. in 6. & verb. contra legem in Can. conſuetudo 12. diſt. Rocch. de Curt. in d. cap. fin. ſectio. 3. à nu. 28. cum omnibus ſeqq. de conſuetud.

Ceſſat præterea Quæſtio illa, An ſcilicet ſit neceſſaria centenaria quaſi poſſeſſio, tanquam contra Eccleſiam Romanam, ad tex. in Auth. quas actiones C. de ſacroſan. eccleſ. cap. ad audiẽtiam cap. cum nobis de pręſcriptionib. cum alijs. Siquidem quaſi poſſeſſio præſcriptionis noſtri Ritus, & Conſuetudinis eſt pluſquàm ducentorum annorum, vt ſupra reſolutum extat, In cuius temporis curſu non adeſt hominum memoria in contrarium, Idcoque

123 talis quaſi poſſeſſio immemorialis † dici poteſt, quinimmò immemorialiſſima, vt ita loquar, iux. tex. in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqu. quotid. & æſtiu. melior tex. in cap. ſuper quibuſdã 26. §. præterea de verb. ſignif. eleganter Ludoui. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 6. nu. 46. & ſeq. Ioa. Andr. in cap. cum nobis nu. 4. de præſcrip. Maſcard. de proba. conclu. 1221. num. 53. Gregor. Lopez in l. 15. tit. 31. par. 3. in glo. verb. puedan acordar.

124 Cuius quidem immemorialis † quaſi poſſeſſionis, ſeù conſuetudinis plures ſunt non contemnendi effectus, de quibus Alex. conſ. 6. viſo themate lib. 1. Couar. in d. reg. poſſeſſor 2. p. §. 3. à nu. 6. cum ſeqq. de reg. iur. in 6. Aym. Crauet. de antiq. tempor. 4. p. §. abſoluris per totum, Ioan. Gutierr. practi. quæſtio. ciuil. lib. 3. q. 14. à nu. 69. cum ſeqq. & in tract. de gabell. q. 5. per totam, Fernan. Vaſqu. Controuerſ. Illuſtri. lib. 2. cap. 81. à nu. 10. & cap. 84 à nu. 10. & 14. Maſcar. de probat. concluſ. 1220. à nu. 7. cum ſeqq. & conclu. 1221. à nu. 42. vol. 3. latiſſimè Ant. Gabriel. comm. opin. lib. 5. tit. de præſcriptio. concl. 1. per totam, Ioſeph Seſſe omnino videndus in tract. de inhibiti. cap. 8. §. 3. n. 53. vbi dicit, particularem

125 immemorialem † præſcriptionem, vel conſuetudinem eſſe ſufficientem ad limitandam Clericorum exemptionem, Gaſpar Theſaurus quæſtio. foren. lib. 2. q. 27.

Inter effectus autem immemorialis præſcriptionis tres ſunt, ad propoſitum noſtrum, maximæ conſiderationis; Primus eſt, quod in huiuſmodi cõ-

126 ſuetudine per præſcriptionem † immemorialis quaſi poſſeſsionis obtenta, non requiritur tituli probatio, Maſcard. d. concluſ. 1220. nu. 7. Secundus eſt, quod nõ requiritur bonę fidei probatio, idem Maſcard. ead. concl. nu. 47. Tertius eſt, quod nõ exigit ſcientiam, & patientiam illius contra quem præſcribitur, idem Maſcar. d. concl. 1221. à nu. 42. Ant. Gabriel. d. concl. 1. per totam, & latius dicimus ſtatim. Tenendo ſemper, quod in quaſi poſſeſsione pręſcriptionis noſtri Ritus, ſeù Conſuetudinis adeſt ſufficienter illud primum legitimæ præſcriptionis requiſitum, quaſi poſſeſsio ſcilicet per tot annos continuata.

Sed

Sed antequam ad vlteriora progre-
diamur, illud ſeſe nobis offert grande
obſtaculum ſuperandum: Quod ſcili-
127 cet quantumuis immemorialiſsima †
ſit quaſi poſſeſsio in qualibet præſcri-
ptione, illa non iuuat, nec aliquem
producit effectum, data incapacitate
quaſi poſsidentis, Panorm. in cap. fin.
nu. 15. de conſuet. quem ſequitur ibi
Rocch. de Curt. ſectio. 3. num. 36. verſ.
hæc tamen limitatio. Boeri. deciſ. 32.
nu. 6. Ant. Gabriel. d. concluſ. 1. nu. 16.
Auend. de exequen. mandat. 1. p. cap. 1
nu. 7. verſ. ex hac potiſsimum, & nu. 20
verſ. dixi autem, & cap. 6. nu. 7. prima
concluſio, Ioan. Gutierez in tract. de
Gabell. q. 5. nu. 19. ſed ſic eſt, quod Iu-
dex Laicus eſt incapax cognitionis
Clerici per priuilegium fori, & conſe-
quenter citationis, & capturæ, quæ in
ſunt priuilegio, & ſimiliter incapax co
gnitionis, Clericatus, vt diximus ſupra
num. 11. & dicemus in 2. p. ad Carauit.
nu. 21. ergo quaſi poſſeſsio huius co-
gnitionis de qua in noſtro Ritu, quan-
tumuis immemorialis effectum aliquẽ
producere nõ poteſt ad præſcriptionẽ

Cuius argumentationis difficultas
non parum vrgere videtur prima fa-
cie. Negotio tamen rectè perpenſo, &
conſiderato, non obſtabit, ſi animad-
uerterimus, quod iura, & authoritates
probantia immemorialem quaſi poſſeſ
ſionem, ſeù conſuetudinem nullum
producere effectum, data incapacitate
poſsidẽtis, loquuntur citra priuilegiũ,
128 † aut cauſam ſufficientem habitis ab
eo, qui capacem facere poteſt, vt deno
tat tex. in cap. 2. ad fin. de præben. & di
gnit. in 6. vbi fundatur ſupradicta do-
ctrina. Vnde ad propoſitum; Quamuis
verum ſit, immemorialem quaſi poſſeſ
ſionem nullum producere effectum
data incapacitate quaſi poſsidentis, id
tamen intelligendum eſt, & procedit,
exiſtente ſola, & in ſuis finibus dictà
immemoriali quaſi poſſeſsione. Cœte
rum quando cum ea concurrit iuſta
aliqua, & ſufficiens cauſa, ſimul cum
ſcientia, & patientia ſuperioris, de cu-
ius intereſſe agitur, qui poterat conce-
dere cauſam poſsidendi, & interrumpe
re dictam quaſi poſſeſsionem, abſque
dubio talis quaſi poſſeſsio ſuos produ-
cet effectus.

Et Ratio eſt ſolida, & efficax, quam
vt exactè intelligas, aduertè, Quod
129 poſſeſsio † aliquando contingit ſola,
nuda, & de per ſe, quæ eſt ſimplex de-
tentatio, ad l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Me
noch. de recuper. poſſeſsio. remedi. 1.
nu. 64. Aliquando vero cum cauſa, qua
veſtitur, & talis cauſa appellatur titu-
lus, Mynſing. in §. ſingulorum num. 6.
inſti. de rer. diuiſ. Conar. in reg. poſſeſſ.
2. p. §. 5. nu. 1. de reg. iur. in 6. Sebaſtia.
Medices in tract. de acquir. & amitten.
rer. domin. glo. 1. p. 1. nu. 148. fol. mihi
13. Luc. de Penn. in l. abſit nu. 2. ad fin.
C. de greg. domin. lib. 11. & ante eos
Cynus in l. cogi nu. 5. C. de petitio. hæ
reditat.

Dicunt enim præfati DD. quod Ti-
130 tulus, † in materia præſcriptionis,
nihil aliud eſt, quam cauſa iuſtificandę
poſſeſsionis, qua defenditur vnicuiuſ-
que poſſeſsio ab impugnatione alte-
rius; Sicque cauſa poſſeſsionis idem
eſt, quod titulus ipſius glo. verb. titulo,
ad fin. in §. quicumque tit. de pacif. poſ
ſeſſor. in pragm. ſanctio.

Inter alias autem cauſas, ſeù Titu-
los à Iure introductos, quibus poſſeſſio
ſolet veſtiri, & iuſtificari, vnus eſt Tra-
131 ditio, † §. per traditionem vbi Myn-
ſing. nu. 1. inſti. de rer. diuiſ. Petr. Gre-
go. Tholoſ. in Syntag. iur. vniuer. lib. 2.
cap. 10. nu. 3. Raph. Fulgoſ. in l. ſunt &
aliæ nu. 1. ff. de publi. in rem actio. & in
l. ſi poſt acceptum nu. 1. ff. de rei vin-
dic. & facit tex. ſubtiliter inductus, iun-
cta expoſitio. Paul. Caſtren. & Iaſo. ibi
vterque nu. 1. in l. traditionibus C. de
132 pact. In quaſi poſſeſſione † autem iu
rium incorporalium (in quibus vera
traditio dari non poteſt l. ſeruus 43. §.
incorporales ff. de acquir. rer. dom. Al-
beric. in l. ſi res nu. 2. ff. de actio. empt.)
ſcientia, & patientia habentur loco tra
ditionis, l. quoties la 2. ff. de ſeruit. tit.
gener.

gener.l.datio §.ſi iter ff.de actio. emp. Cœpol.de ſerui.Vrban.prædi. cap.20. nu.2.optima glo.verb.breuitatem in cap.cum Eccleſia Sutrina de cauſ.poſſeſ.& propriet.Fachin.Controuer.iur. lib.8.cap.20. Ant.Padill. in l.ſi aquam nu.4.C.de ſerui.& aqu.& dicemus infra num.146. Poſſeſsio igitur nuda,& ſimplex,quæ non producit plenum effectum poſseſsionis, ſecundum eundē Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed.3. nu. 197. quamuis ſit temporis immemorialis non poteſt incapacem facere
133 capacem, ſolius enim temporis † propria natura magis eſt deſtruendi,& annihilandi,quam conſtruendi,& habilitandi,iux.tex.& quæ ibi DD.notant in l.obligationum ferè §. placet ff.de obligat. & actio. & facit illud Iuuenal. Satyr. 10.

Longa dies igitur quid contulit omnia vidit.
Euerſa, & flammis Aſiam ferroque cadentem.

Et Martial. lib.9.Epigram.45.

Quid non longa dies quid non conſumitis anni?

Et Ouidio lib.4.de Ponto.

Tabida conſumis ferrum lapideſque vetuſtas.

Et Claudian. in Etrop.

Quid non longa valebit permutare vetuſtas.

& in eadem materia idem ſentit Ioſeph Seſe in tracta.de inhibitio.cap.8. §.3. num.126. Nulloque iure cautum reperitur, tempus ſolum poſſe facere aliquem capacem, atque ita procedit argumentum. Negari tamen non poteſt, quod tempus eſt cauſa occaſionalis,licet non effectiua, ad faciendum capacem, & eſt quaſi quædam concomitantia ad alios modos faciendi capacem, vt ex Bald. ingenioſè colligit Gutier.in repeti.l.nemo poteſt à num. 195.cum ſeqq.ff.de lega.1. & eſſe patrem veritatis ex Ouid. notat Tiraqu. in tract.de præſcriptio.§.1. gloſ. 4.nu. 48.quem refert Fernan. Vaſq. controuerſ.Illuſtr.lib.2.cap.63. nu. 9. Atque ita,quando poſſeſſio habet cauſam, id eſt titulum, pótest tempus immemoriale ſimul cum titulo capacem facere eum, qui alias eſt incapax. Titulus enim eſt, qui iuſtificat poſſeſſionem,& admouet iniuſtitiam incapacitatis.

Vnde cùm immemorialis quaſi poſſeſſio noſtræ conſuetudinis, ſeù ritus non ſit nuda,& ſimplex,ſed veſtita, & titulata cum ſcientia, & patientia Pontificis, qui poterat talem quaſi poſſeſſionem interrumpere, cenſetur ex vi eiuſmodi ſcientiæ, & patientiæ (quæ eſt loco traditionis,& conſequenter loco tituli, & cauſæ) amota omnis incapacitas, iux. ea quæ ſupra latè diximus circa rationabilitatem noſtri tex.num.104.atque ita cum Innoc. & Oldr.tenet in ſimili Palat. Rub. in cap. per veſtras 2. notab. verſ. ſed eſt pulchra num.25.cum ſeqq.fol. mihi 332. de donat.inter vir.& vxor. & eſt de mente Ioan.Calderin. conſ.1. An procedat ſub tit.de libel.oblat.facit doctrina Fulgoſ.in l.ſi aquam num. 2. C. de ſeruit.& aqu. & ante eum Odofred. in l.1.nu.11.eod.tit.

Vel ſecundo poteſt Reſponderi,præ
134 mittendo prius, quod incapax † in iure ſtrictè,& propriè is dicitur,cui capiendi ius non eſt, & propterea ei relicta inutilia, & pro non ſcriptis ſunt ab initio, ſecundum Cuiat. in paratit. ad tit.ff.de his quib.vt indig. Ioa.Caluin. in lexi. verb. incapax, Vueſembec. in paratit.ad tit. ff. de his quæ pro non ſcript.Ioan.Fran.de Ponte in tract. de poteſt.Proreg.tit.8.§.9.à num.7. cum ſeqq.latè Peregr.de iure fiſc.lib.3. tit. 1.à num.2.

Largè vero, & impropriè incapax dicitur etiam quilibet indignus, & inhabilis, quamuis ei relicta à principio valeant, iux. notat.per Bart. in l. fin. num.fin.ff. de his quib. vt indig. & apparebit ex ſtatim dicendis.

Et in hoc ſenſu largo, & improprio
135 incapacitas † eſt multiplex.

Quædam enim eſt naturalis, vt pu-
136 ta illa, † quæ rationi naturali repu-

gnar

gnat, vt quod actio, & paſſio concur-
rant ſimul in eodem ſubiecto Franciſ.
Sarmien. ſelect. interpret. lib. 8. ad l.
Proculo num. 2. ff. de legat. 2. quod fi-
lius ſit maior natu patre §. minorem
natu inſti. de adopt. atque ita per eum
textum rectè dicimus, minorem natu
eſſe incapacem adoptandi maiorem.
Similiter, quod contentum ſit maior
continente l. 3. §. ex contrario ff. de
acquir. vel amitten. poſſeſſio, & alijs ſi-
milibus modis.

137 Alia autem eſt incapacitas diuina,†
quæ ſcilicet repugnat diuinis præce-
ptis, & inſtitutis, eiuſmodi eſt incapa-
citas laicorum ad poſſidendas decimas
ſimpliciter, cap. cauſam quæ 7. de præ-
ſcriptio. Ioan. Gutier. quæſtion. Cano-
nica. lib. 2. cap. 21. num. 9. iuncto num.
61. & 71. ad adminiſtranda ſacramen-
ta regulariter, iux. notata per Petrum
Gregor. Tholoſ. in ſyntagm. iur. vni-
uerſ. lib. 2. cap. 3. num. 4. ad cognoſcen-
dum de rebus ſpiritualibus, vt tradũt
DD. in cap. decernimus de iudic. Co-
uar. pract. quæſtion. cap. 31. nu. 2. verſ.
prima concluſio, & diximus ſupra
num. 11.

Alia tandem eſt incapacitas ciuilis,
138.† & poſitiua, quæ nimirum aduerſa-
tur legibus ciuilibus, & poſitiuis, cuius
exempla varia ſunt in iure. Quorum
primum illud ſeſe offert, de quo in l. ſi
is qui duos reos 30. iuncta gloſ. ibi ff.
de liberatio. legat. notat Franciſc. Sar-
mien. d. num. 2. latè Andr. Tiraqu. de
retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. num. 33. &
34. Aliud exemplum colligitur ex l. ſi
ab hoſtibus 11. §. ſi vir ff. ſolu. matrim.
de quo per Hyppol. de Marſil. conſ. 93.
aperiat omnipotens num. 3. & 18. vol.
2. Aliud exemplum adeſt in l. ſi in me-
tallum ff. de his quæ pro non ſcrip. ha-
bent. Aliaque plura exempla incapaci-
tatum ex teſtamento colliges, ex trad
ditis per Petr. Gregor. Tholoſ. vbi ſu-
pra lib. 42. cap. 35. per totum, Mynſin-
ger. in princip. num. 2. inſti. de hæred.
inſti.

Harum autem omnium incapacita-
139 tum quædam ſunt perpetuæ, † &
quæ ſemper obſtant, vulgoque appel-
lantur omnimodæ incapacitates, quia
nullo modo poſſunt habilitari, eiuſmo
di ſunt incapacitates naturales, quæ
rationi naturali repugnant, vt in exem
plis ſupra poſitis; Nullo enim modo
fieri poteſt, quod actio, & paſſio concur
rant ſimul in eodem ſubiecto, vel quod
filius ſit maior natu patre, & ſic de
alijs; Eiuſmodi etiam ſunt aliquæ inca
pacitates iuris diuini, vt puta, quod lai-
cus non poſſit adminiſtrare ſacramen-
ta regulariter, & ꝙ non poſſit cognoſce
re de aliqbus rebus ſpiritualibus. Aliæ
140 verò ſunt incapacitates † tempora-
les, & quæ non ſemper obſtant, nec om
nimodæ appellari poſſunt, quia per ali
quos modos à lege, vel ab habente
poteſtatem introductos, ex iuſtis cau-
ſis, poſſunt ad capacitatem reduci, ta-
les ſunt quædam incapacitates ciuiles,
& deſcendentes à iure poſitiuo, quæ
per legem, Principem, ſeù alium haben
tem poteſtatem, tolli poſſunt, & ad ca-
pacitatem reduci; vt patet in exemplo
ſupra poſito ex d. l. ſi is qui duos reos
ff. de libera. legat. vbi incapax fit capax
propter ſocium capacem; Præterea in
d. l. ſi in metallum, ratione alimento-
rum fit capax, qui alias erat incapax
Pract. Papien. in form. lib. pro legat. rei
ſingul. in gloſ. 1. num. 133. Bart. in
tract. de alimentis num. 27. Adeſtque
aliud exemplum apud Tiraq. in l. ſi vn
quam verb. ſi ſuſceperit liberos num.
122. cum ſeq. C. de reuoc. donat. Iſtius
etiam generis ſunt aliquæ incapacita-
tes à iure Diuino deſcendentes, vt pu-
ta in Sacramento Baptiſmi, quod ex
cauſa neceſſitatis poteſt à laico mini-
ſtrari, Tolet. in inſtruct. Sacerdot. lib. 2.
cap. 20. ſimiliter in iure percipiendi
decimas, etiam in totum, cuius laicus
eſt incapax, vt ſupra diximus, poteſt
tamen capax fieri per Pontificem, aut
in titulum Præceptoriæ, vt notant Mo-
derni in d. cap. cauſam quæ de præſcri-
ptio. Petr. de Aragon. 2. 2. q. 87. art. 1. &
ſeq. aut in priuilegium, vt in deciſ. Rot.

Roma.

Roma. 665. vol. 3. in nouiſſ. Aut in feudum, vt in cap. tua 25. §. fin. de decim. & in cap. 2. §. ſanè quamuis eod. in 6. Gutier. pract. quæſtio. ciuil. lib. 1. q. 16. & ſic de alijs ſimilibus. Quæ quidem incapacitatis diſtinctio in perpetuam, ſeù omnimodam, & temporalem, ſeù non omnimodam, præterquam quod ſatis depræhenditur ex ſuperioribus, colligitur etiam ex notatis per Aegid. Boſſi. in pract. crimin. tit. de bono. publicatio. num. 33. Gregor. Lopez in l. 19. tit. 3. par. 6. in gloſ. verb. hæredad. quibus in locis quærunt præfati DD. an incapax poſſit inſtitui ſub conditione, ſi efficiatur capax, quod ſanè quæſitum ine tum eſſet, ſi non darentur aliquæ incapacitates, quæ ad capacitatem aliquo modo reduci poſſunt. Idem Gregor. Lopez in l. 14. tit. 7. par. 6. in glo. verb. en deſcobrir.

Quibus ſic præmiſſis, ad punctum ſuprapoſitę difficultatis redeundo, quę habet, nullam immemorialem quaſi poſſeſſionem iuuare incapacem præſcribentem. Dico procedere in incapacitate perpetua, & omnimoda, quæ nulla ratione, vel modo poteſt ad capacitatem reduci, de qua ſupra diximus. Cœterum quando incapacitas eſt temporalis, & non omnimoda, ſed quę aliquo modo poteſt ad capacitatem reduci; tunc quidem per immemorialem

141 † quaſi poſſeſsionem, & præſcriptionem, reduci poteſt ad capacitatem, quemadmodum per alios modos à iure introductos, vt in argum. eſt tex. in l. 1. C. de emancip. liber. & in cap. dilecti filij de arbitr. & hæc eſt aurea, & expreſſa doctrina Fernand. Vaſq. d. lib. 2. controuerſ. Illuſtr. cap. 84. nu. 11. cum ſeqq. iuncto num. 9. quam ante eum agnouit Panorm. (ſi rectè perpendatur) in argumento allegatus in d. cap. fin. num. 15. de conſuetud. dum dicit hæc verba, poſſet tamẽ attentari, quod in his quibus Papa poteſt facere laicos capaces, quod tunc poſſet induci conſuetudo, & prædixit Oldra. conſ. 254. quia tota num. 8. optimè Zeuall. in ſpecul. comm. contra comm. q. 897. num. 332. lib. 4. & quamuis Panorm. ſubdubiè loquatur propter irrationabilitatem, quæ haberet huiuſmodi conſuetudo, talis dubietas ceſſat in caſu noſtri Ritus, qui rationem, & quidem efficacißimam habet, vt ſupra reſolutum extat, atque ita etiam eſt intelligendus Rocch. de Curt. allegatus in argum. d. num. 36. verſ. hæc tamen limitatio, dùm ſe fundat in doctrina eiuſdem Panorm. ſimul cum Auenda. d. cap. 6. num. 7. verſ. prima concluſio, & facit ad propoſitum gloſ. verb. priuilegio verſ. ſic debet intelligi in §. ſtatuit el 1. in tit. de cauſis in pragm. ſanctio. idem Panorm. in cap. cum contingat num. 5. 9. & 10. cum ſeqq. de for. compet. Proptereaque quamuis in Regno Caſtellæ de iure antiquo non poſſet iuriſdictio acquiri conſuetudine, propter incapacitatem acquirentium, vt refert idem Auendan. d. cap. 1. num. 7. verſ. ex hac potiſsimum, Poſtea verò iure nouo ordinamentorum cautum fuit, conſuetudine immemoriali poſſe acquiri, vt teſtatur idem Auendan. d. cap. 1. num. 19. & hoc quidem non alia ratione, niſi quia poterat iuriſdictio à Rege in priuilegium concedi, ſublata per eum incapacitate, ſic etiam & per conſuetudinem immemorialis quaſi poſſeſsionis, quæ eſt æquipollentis efficaciæ, vt paulò antea diximus, & notat idem Auenda. d. num. 19. verſ. tertio deducitur, & reſoluit Ioan. Gutierr. d. lib. 1. pract. quęſt. ciuil. q. 16. & lib. 3. q. 14. num. 57. & de Gabell. q. 5. num. 21. licet ſubiungat eſſe neceſſariam tituli allegationem, quod meritò diſplicet Fernan. Vaſqu. d. cap.

142 84. num. 11. Quidquid † enim poteſt per priuilegium concedi, poteſt etiam per conſuetudinem ſeu præſcriptionẽ acquiri gloſ. magiſtra in can. Catholica, vbi Præpoſ. & Gemin. expreſsè notant 11. diſtin. ſolemniter Felyn. in cap. accedens nu. 6. verſ. reſtringerem hanc fallentiam de præſcriptio. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 7. par. 5. in gloſ.

E verb.

verb. otorgamiento del Rey, Ioſeph Seſe in tract. de inhibit. cap. 8. §. 3. nu. 158. Zeuall. in ſpecul. commun. contra commun. opini. 897, num. 224. lib. 4. Bellug. in ſpec. Princi. rub. 11. §. videndum nu. 13.

Nec contrarium probat Boer. in argum. allegatus d. deciſ. 32. num. 6. vbi ſolum dicit, quod præſcriptio immemorialis, quantumuis habeat vim priuilegij, nihil iuuat data incapacitate præſcribentis, quod nos libenter fatemur, quando incapacitas eſt perpetua, & omnimoda, & quæ nullo modo ad capacitatem reduci poteſt, ſecus tamen quando aliqua ratione poteſt reduci ad capacitatem. Propterea que Boer. ibi à num. 9. cum ſeqq. reſoluit, ſi rectè perpendatur, quod ex quo Summus Pontifex poteſt Regibus concedere priuilegium conferendi illa beneficia, vt dicit à num. 9. in fin. eſt deferendum Regibus Franciæ, qui ex antiquo iure, & conſuetudine habent dictam conferendi poteſtatem ex Specul. Aluer. Archidia, & alijs, quibus addo notata per Petr. Belug. in ſpecul. Princip. rub. 11. §. videndum num. 13. & eſt de mente Oldra. d. conſ. 254. d. nu. 8.

Nec Ioan. Andr. quem allegat ibi Boer. in cap. 2. num. 7. de præben. & dignit. in 6. dicit contrarium, ſi rectè conſideretur, quamuis enim dicat, quod ius conferendi beneficia, licet poſsit laico competere, præcedente conceſsione Papæ, non tamen poteſt competere ex poſſeſsione, quia tale ius nullo modo poteſt cadere in laicū cap. ſacroſanct. cap. Maſana de electio. Id procedit, & intelligitur de poſſeſsione ordinaria, non tamen de immemoriali, quæ tot, & talia habet priuilegia, vt ex Couar. Crauet. Gutier. Vaſqu. & Maſcar. notauimus ſupra, & dicemus ſtatim, adeo quod ſimplici appellatione poſſeſsionis, ſeù præſcriptionis, non compræhenditur immemorialis, vt videbimus infra num. 268. & ex Fernan. Vàſq. reſoluimus ſupra quod quidquid quouis modo eſt acquiſibile, poſsit etiam, & per immemorialem præſcriptionem acquiri.

Sic etiam ſimiliter eſt intelligendus Anto. Gabri. d. concluſ. 1. num. 16. vt ſcilicet loquatur de omnimoda incapacitate, dùm principaliter ſe fundat in doctrina Panorm. & Rocch. de Curt. & in eo fundamento, quod propoſuerat num. 14. quod ſcilicet talis poſſeſsio, ſeù præſcriptio ſit contra ius diuinum, quod facit laicum omnino incapacem, Cuius contrarium reſoluimus ſupra num. 33. & pondero quod ſubdit idem Anto. Gabriel num. 17. de conſuetudine Anglicana, qua mediante Rex habet iuriſdictionem in Clericos, vt ſcilicet non valeat, quantumuis ſit immemorialis, quia Rex eſt omnino incapax eiuſmodi iuriſdictionis cognoſcendi de omnibus Clericis, generaliter, & indiſtinctè, id enim nec per Pontificem in priuilegium concedi poſſet, vt dicit Couar. pract. quæſtio. cap. 31. num. 4. verſ. primum etenim, Farina. in pract. crimi. tit. de inquiſitio. q. 8. à nu. 4. Ioſeph Seſe de inhibitio. d. cap. 8. §. 3. num. 131. & ideò mirum nihil ſi per conſuetudinem quamtumuis immemorialem capax fieri non poſsit, Quod ſecus eſſet ſi talis Anglicana conſuetudo procederet quoad aliquos Clericos, & in certis caſibus, quia tunc cum poſsit Summus Pontifex eiuſmodi iuriſdictionem in priuilegium concedere, poterit etiam & mediante conſuetudine acquiri, vt reſoluunt prædicti Doctores.

Sic igitur dicemus in caſu noſtro, quod quamuis Laici Iudices incapaces ſint cognitionis Clerici per priuilegium fori, & cognitionis clericatus eo quod res ſit ſpiritualis; Quia tamen incapacitas eiuſmodi non eſt perpetua, & omnimoda, ſiquidem poteſt Summus Pontifex Laicis per priuilegium talem licentiam concedere, quo ad Clericos, & à fortiori quoad Clericatum, vt reſolutum eſt ſupra num. 54. ſequitur quod idem fieri poterit per conſuetudinem præſcriptam per quaſi

poſſeſ-

poſſeſsionem immemorialem, quæ ha
bet vim tituli, priuilegij, & etiam le-
gis, vt ex multis dicit Aluar. Valaſ. con
ſultat. 141. nu. 6. tom. 2. Fernan. Vaſqu.
d. cap. 84. num. 10. & 14. Auendan. d.
cap. 6. num. 7. & in verſ. quarta conclu
143 ſio ſubdit, valere immemorialem †
conſuetudinem, etiam ſi ſit Eccleſiæ
onerosa, & plura tradit Mynſing. obſer
uat. 30. centur. 1. latiſsimè Maſcard. d.
concluſ. 1221. à num. 43. cum ſeqq.
vol. 3. & Ludou. Molin. de Hiſpan. pri-
mog. lib. 2. cap. 2. num. 19. 20. & 21. di-
cit ex Bald. & alijs, quod immemoria-
144 lis † conſuetudo, eſt potentior priui-
legio, & eſt quaſi alterum ius natura-
le, quod immutari non poteſt, Ioſeph
Seſe d. cap. 8. §. 3. num. 138. Et hęc pro
reſponſione ad maiorem propoſitionē
ſuprapoſitæ argumentationis, quæ ha-
bet immemorialem quaſi poſſeſſionem
nullum producere effectum, data inca-
pacitate quaſi poſſidentis.

Sed quia forſan aliquis ea minus a-
pta, & ſufficientia pertinaciter conten
det, Ideo ad vberiorem cautelam. Ter-
tiò Reſpondeo ad minorem propoſitio
nem eiuſdem argumenti, quæ præten-
dit, Iudicem Laicum eſſe incapacem
cognitionis Clerici, & Clericatus, quia
res ſunt ſpirituales, licet enim veriſsi-
ma ſit huiuſmodi propoſitio, fallit ta-
men, quando cognitio hæc eſt circa
factum rei ſpiritualis, vt reſoluemus
infra in ſolutione ſecundi principalis
argumenti. Vnde cùm cognitio Cleri-
catus, de qua agimus, conſiſtat in me-
ro, & nudo facto, vt ſtatim probauimus
num. 242. potuit vtique abſque aliqua
incapacitate quaſi poſsideri per Lai-
cos præſcribentes noſtram conſuetudi
nem, atque ita securè tenendum eſt
quoad primum requiſitum præſcri-
ptionis noſtri Ritus.

Circa ſecundum autem requiſitum,
Titulum nimirum, tentari, & non ine-
ptè poſſet, quod ſtante immemoriali
145 † quaſi poſſeſsione noſtræ conſuetu-
dinis, nullus ſit neceſſarius titulus ad
eius pręſcriptionem, hic enim eſt vnus
principalis effectus eius præſcriptio-
nis, quæ hominum memoriam exce-
dit, vt tetigimus ſupra, & eſt tex. in
cap. 1. iuncta ibi gloſ. verb. niſi de præ-
ſcription. in 6. Alex. conſ. 6. viſo the-
mate num. 1. lib. 1. Roland. à Vall. conſ.
3. deuenio modo num. 95. vol. 1. reſol-
uit Aym. Crauet. de antiquit. tempor.
4. par. verſ. abſolutis à num. 49. quem
ſequitur Fernan. Vaſq. d. lib. 2. contro-
uer. Illuſtr. cap. 81. num. 13. & cap. 84.
num. 10. Anto. Gabri. lib. 5. commun.
opin. tit. de præſcriptio. concluſ. 1. à
num. 45. Maſcar. d. concluſ. 1220. nu.
9. & 10. Couar. in d. reg. poſſeſſor 2. p.
§. 3. num. 6. ad fin. & §. 4. num. 5. Ioan.
Guttler. pract. quæſt. ciuil. lib. 3. q. 14 à
nu. 57. cum pluribus ſeqq. Steph. Gra-
tian. diſcept. Forenſ. cap. 441. num. 11.
tom. 3. & Maſcard. vbi ſupra dicit, hoc
procedere etiam contra Clericos, &
Eccleſiaſticam libertatem.

Bene verum eſt, quod aliqui ex alle
gatis DD. tenent, quod quotieſcum-
146 què præſcriptio immemorialis † in-
ducitur ex ſola patientia aduerſarij,
abſque aliquo ipſius facto poſitiuo;
tunc quidem eſt neceſſarium allegare
titulum, & illud probare per tantum
tempus, cuius initium memoriam ho-
minum excedat, vt ex Felyn. tenet An
to. Gabri. d. concluſ. 1. nu. 49. allegans
etiam Capyc. deciſ. 4. num. 21. ſicque
dicendum videbatur etiam in noſtra
ſpecie, vbi conſuetudo noſtri tex. fuit
introducta ex patientia, & tolerantia
Cleri, & Pontificis, vt ſupra ſæpius re-
ſolutum eſt, neceſſariam eſſe tituli al-
legationem, illumque probandum fore
per tempus immemoriale.

Sed certè effectus huiuſmodi do-
ctrinæ inanis, inutiliſque eſt, vt rectè
conſiderat Aym. Crauet. d. verſ. abſolu
tis num. 58. quia ſi titulus non eſt ne-
ceſſarius in huiuſmodi immemoriali
præſcriptione, ſed ipſa vim tituli ha-
bet, vt omnes fatentur, ſuperfluum vi-
detur tractare de eius allegatione,
ideoque meritò ab ea Crauet. recedit
ſentētia, pro qua eſt optima deciſ. Rot.

Roman. 10.alias 375.in antiq.

Verum enim vero quamuis adhuc eam(citra veri præiudicium) admitteremus;dico,nequaquam poſſe adaptari noſtri terminis, vbi conſuetudo noſtra,& introducta,& preſcripta eſt,non ſolum per patientiam,& tolerantiam Cleri,& Pontificis,ſed etiam per actus poſitiuos ipſorum, petentium quotidiè remiſſiones, idque ſignificare voluit noſter tex. in illis verbis, ibi, & ſi Archiepiſcopus vult petere copiam, &c. ex quibus omnibus concludendum puto,ſtante immemoriali præſcriptione noſtri Ritus; nullum eſſe neceſſarium titulum.

Cœterum (vt omnis remoueatur ſcrupulus)recolo ea quæ paulò antea dixi num.132. ſcientiam nimirum, & patientiam eius contra quem præſcribitur eſſe loco tituli, in præſcriptione iurium incorporalium,ſecundum glo. verb.breuitatem in d.cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ.& propriet. Pala.Rubi.in cap.per veſtras 2.notab. verſ.ſed eſt pulchra num.35.fol. mihi 332.de donatio.inter vir. & vxor. Archidia.in can.nullus el vltimo num.3. 1.q.1.Petr.Gregor.Tholoſ. in inſti.rei benef. cap.39.num.9. cum alijs ibi allegatis, idemque eſſe in præſcriptione noſtræ conſuetudinis, ſtantibus ſcientia,& tolerantia Cleri, & Pontificis,vt ſæpè dictum eſt. Quæ tamen conſuetudo,cùm immemorialis ſit, ſine huiuſmodi ſcientia, & patientia poterat vtiquè procedere, & ſuſtineri,quia immemorialis preſcriptio non requirit ſciẽtiam, & patientiam aduerſarij, vt ſtatim dicemus, quæ quamuis interue-
147 niant non nocent, quia † inutilium interuentus,ſiuè legitimus,ſiuè illegitimus ſit,non nocet, quoties eius defectus,ſeù abſceſus non poſſet nocere, vt ex multis reſoluit Fernand.Vaſqui. d.cap.81. nu.14.

Hactenus de duobus requiſitis legitimæ præſcriptionis noſtræ conſuetudinis diſſeruimus, ſupereſt nunc de tertio tractare, nempè de bona fide.

Circa quem articulum(qui latiſsimus eſt) multi tenuerunt, in immemoriali præſcriptione nullam eſſe neceſſariam bonam fidem; Alij verò contra exiſtimarunt,quidam tamen (mediam quoddammodò viam eligentes) huiuſmodi præſcribentem tempore immemoriali non teneri ad docendum de bona fide putarunt, ſed eam præſumi ex tempore immemoriali, Alex.Trentacinq.variar.reſol.lib.1.tit. de ſeruitut. reſolut. 1.num.16.& diffusè proſequitur Ant. Gabriel.d.concluſ.1.à num.55. cum ſeqq. & poſt eum Maſcard. d. concluſ. 1220.à num.45.Tutior tamen, & verior opinio eſt etiam in huiuſmodi im-
148 memoriali præſcriptione † requiri bonam fidem,per generalitatem tex.in reg.poſſeſſor de regul.iur.in 6.cap. vigilanti,& cap.fin.de præſcript.per quę iura ita tenent Couar.in ead. reg. poſſeſſor 2.p.§.8.num.4.Fernan.Vaſqu.de lib.2.controuerſ.Illuſtr. cap.79. num. fin.& d.cap.81.num.10. Andr.Facchi. controuerſ.iur.lib.8.cap.26.dicit communem Otalor. de nobilit. 3.p.cap.7. num.16.& eſt veriſsimum,Cùm in ma-
149 teria præſcriptionis † circa bonam fidem ſit ſtandum Iuri Canonico, etiã in foro ſæculari, ſecundum Arri.Pinel. in Auth.niſi tricenali num.11.C.de bon. mater. Fulgoſ. in terminis conſ. 147.num.2.Ludou.Roman.conſ.275. num.9.

Qua reſolutione admiſſa videtur dicendum, Conſuetudinem noſtri tex. quamtumuis per immemorialem poſſeſsionem obtentam ſuſtineri minimè poſſe,cùm in ea manifeſtè deficiat bona fides.Certiſsimum quippè videtur Conſuetudinem noſtram eſſe contra iura Canonica,quibus cauetur,cognitionem Clerici, ideſt eius citationem, vel capturam, & cognitionem Clericatus ad Iudicem Laicum nullatenus, ſed ad Eccleſiaſticum pertinere, vt ſupra non ſemel reſolutum eſt, & videtur admittere noſter textus in fin. Is
150 autem, † qui contra iura aliquid facit,bonam fidem non præſumitur habere

bere Reg.qui contra 82. de reg.iur. in
in 6.l.quemadmodum C.de agricol.&
cenſit.lib.10.l.1.in fin. C. de bon. ma-
tet.l.fin.§.ſin autem ſub conditione
C.commun.de leg.l.fin.C.vnde vi.Er-
gò præſcribentes noſtram conſuetudi
nem contra iura Canonica (quibus
abſque dubio hac in re ſtandum eſt)
bonam fidem nequaquam habuerunt,
& conſequenter præſcribere non po-
tuerunt ex d. reg. poſſeſſor cum alijs
ſupra allegatis.

Circa quam difficultatem(quæ non
vulgaris eſt) multa dici poterāt quæ à
DD.ſupra citatis diſputantur.Ego ve-
rò reſolutiuè procedendo, vt inſtituti
munus expoſtulat,In primis conſtituo
Terminos huiuſcæ quæſtionis eſſe.
An ſcilicet bona fides contingat,& in-
terueniat in eo,qui iure reſiſtente præ-
tendit aliquid præſcripſiſſe. Negari
enim non poteſt, quod iura Canonica
videntur reſiſtere noſtræ præſcriptio-
ni, ſed re vera non reſiſtunt, vt in di-
ſcurſu videbimus.

Circa huiuſmodi igitur terminos
Animaduerto,Quod bona fides(vt om
nes ſciunt)Nihil aliud eſt,quàm igno-
rantia rei alienæ. Inter bonam autem,
151 & malam fidem † ſunt aliqui gradus
per quos fit tranſitus de vna in aliam,
vt doctè conſiderat Franciſcus Sarmi.
Selectar.interpreta.lib.2.cap.10.num.
6. Quibus gradibus attentis, videtur
dicendum, Præſcribentes noſtram
conſuetudinem habuiſſe malam fidē,
quæ conſiſtit in ſcientia rei alienæ.
Quia ſecundum eorum officium, &
ſtatum ſciebant,aut tenebantur omni-
nò ſcire ea,quæ erant neceſſaria ad hu
iuſmodi præſcriptionem,& conſequen
ter ab ea ſe abſtinere, quia procedere
non poterat abſquè expreſſa iuris reſi
ſtentis tranſgreſſione, quæ quidem re-
ſiſtentia conſtituit eos in ſcientia rei
alienæ ex d.regul.qui contra cum alijs
ſupra allegatis,& conſequenter in ma-
la fide, iuxta notat. per Couar. d. §. 7.
7.verſ.& profectò. Vnde, ſtante huiuſ-
modi culpoſa negligentia nequaquam
potuit adeſſe bona fides, vt conſiderat
idem Couar. d. num. 7. verſ.ſecundo
ab his. Ex quo fit,quod huiuſmodi er-
ror iuris reſiſtentis non poſſit induce-
re bonam fidem,etiam ſi agamus de
præſcriptione,quæ titulum non requi-
rit,qualis eſt immemorialis,vt ſupra
reſolutum extat, ſecundum eundem
Couar.d.§.7.num.5.verſ.hæc autem
ſecunda.

Attamen quia præſcribentes no-
ſtram conſuetudinem habuerunt illam
vehementem,& iuſtam cauſam præſcri
bendi,fundatam in rationabilitate ip-
ſius,vt ſupra à num.77.latè reſolutum
extat,habuerunt etiam iuſtum, tolera-
bilem, & inuincibilem errorem illius
152 iuris reſiſtentis;lex enim † debet eſſe
ſecundum conſuetudinem Patriæ,can.
erit autem lex 4.diſt. Diuus Thom. 1.
2.q.97.art.3. ſicquè iuſtè, inuincibili-
ter, atque tolerabiliter potuerunt hu-
iuſmodi opponere conſuetudinem iu-
ri reſiſtenti,Quia ſtante euidenti ratio-
nabilitate, & iuſtitia ipſius conſuetudi
nis, iuſtè etiam, atquè inuincibiliter
potuerunt dubitare de validitate legis
contrariæ reſiſtentis,quę nec loco,nec
communi Ciuium vtilitati erat conue
niens,iux.d.can.erit autem lex;Et iſtè
dicitur error probabilis iuris, ſecun-
dum Felyn.in cap.de quarta num. 27.
de præſcriptio. & notatur in l. cùm
prolatis ff.de re iudic. Apoſtll. ad An-
gel.in lite.b.in l.ſi vir vxori, ff.pro do-
nat.Iodoc.Damhoude.in Enchirldi.pa
ri.aut ſimil.verb.error iuris dubius, vt
refertur tom.3.comm.opinio.fol.mihi
604. col. 1. & Ioan. Faber in §. error
num. 2. inſti. de vſucapio. dixit,quod
153 † quæcumque cauſa ſufficiens ad mo
uendum animum ad credendum facit
reputari iuſtum errorem,& eſt de men
te Bart. in l. ſi aquam num. 1. verſ.fa-
teor poteſt eſſe, vbi optimè Salyc.nu.
154 4.ad fin. C.de ſeruit.& aqua. Error †
autem iuris dubij, & difficilis æquipa-
ratur errori facti, & cauſat bonam fidē
ad præſcribendam, Crauet. conſ. 279.
ſcripſi alias num. 2. p. 2. Capyc.deciſ.

 10. nu.

10.num.20.Rot.Roma.deciſ.565.nu. 4.par.1.in nouiſſ. Maria,Socc. Senior in cap.veniens num.190. de accuſati. optimè Felyn.in d.cap.de quarta num. 27.Iodoc.Damhoud. vbi ſupra,Anto. Sola.in Conſti. Sabaud. titul.de mod. ſeruan.in deciſio.cauſ.num.85. Alex. conſ. 214. ponderatis verbis num. 8. lib.6.& dicit communem Zeuall. in ſpecul.comm.contra comm. q.8. tom. 1.Molin.de Hiſpan.primog.lib.2.cap. 6.num.69.Rocch.de Curt. in cap. fin. ſectio.1.num.2. cum ſeqq. de conſuetud. Padill. in l. conſtitutiones num. 16. C. de iur. & fact. ignor. Quæ quidem dubitatio erat etiam licita cuilibet priuato, qñ lex incipit eſſe Reipublicæ noxia,vt reſoluimus ſupra n.86. ex Fernan.Vaſq.controuer. Illuſtr.lib. 1.ca.46.n.3.& 5.cũ ſeqq.& n.13.cum alijs ibi allegatis quibus addo Peguer. dec.51.Vnde,ſtãte eiuſmodi dubietate vel præſcribentes noſtrã conſuetudinẽ
155 habuerunt bonam fidem, quæ † ex dubietate etiam cauſatur,vt ex multis Doctoribus, & efficaciſſimis rationibus probat Fernan.Vaſq.vbi ſupra lib. 2.cap.77.à nu.3.cui addo Arri. Pinel. in l.2.p.2.cap.4.num.4. C. de reſcind. vendit. Vel ſi errauerunt,fuit talis error tolerabilis,& inuincibilis, ex quo (etiam ſi ſit iuris reſiſtentis)poteſt cau
156 ſari † bona fides ſufficiens ad præſcriptionem triginta,vel quadraginta annorum, quæ titulum non requirit, vt ex pluribus reſoluit Couar. d. §.7. nu. 9.nec diſſentit idem Vaſqui.d. cap.77. à num. 15. & 21. & à fortiori eadem bona fides cauſabitur in noſtra immemoriali præſcriptione,in qua ſimiliter titulus non requiritur,vt ſupra reſolutum fuit num.145. & abſque dubio eſt maioris efficaciæ,quàm præſcriptio lõgiſſimi temporis triginta, vel quadraginta annorum,vt arguit in ſimili Couar.vbi ſupra §.8.nu.4.
157 Quibus accedat,quod ex Iniuſtis, † & temerarijs cauſis poteſt oriri bona fides, vt ex pluribus reſoluit Maſcard. de probat.concluſ.224.num.17.vol.1.

ſequitur Vaſq.d.lib.2. cap.81. num.8. quantò igitur magis oriri poterit ex tolerabili,& inuincibili rationabilitate noſtræ conſuetudinis,quæ iuſtum, & legitimum habet titulum, vt ſupra num.146. reſoluimus. Ex quo titulo magis augetur,& corroboratur bona fides noſtræ præſcriptionis, quantumuis oriatur ex iuris reſiſtentis errore inuincibili tamen,& tolerabili.Nam ſi bona fides poteſt contingere in præſcriptione ſine titulo, vt paulò antea diximus ex Couar.d.num.9.multò magis quando interuenerit titulus, vt arguit Vaſq.d. num. 8.Ex quibus omnibus indubitanter reſoluendum puto, præſcribentes noſtram cõſuetudinem ſufficientiſſimè habuiſſe bonam fidem, ortam,& cauſatam ex tolerabili, & inuincibili errore iuris,quantumuis reſiſtentis,cùm talis error nitatur contrariæ rationabilitati,quæ illum facit tolerabilem, & inuincibilem.

Vel ſecundo ad ſupradictam difficultatem Reſpondeo, veriſſimum quidem eſſe,facientem aliquid contra legem,non præſumi eſſe in bona fide, ex d. reg. qui contra cum alijs ſupra allegatis. Præſcribentes autem noſtram conſuetudinem nihil contra ius feciſſe exiſtimo; Quamuis enim iure cautum ſit, Iudicem Laicum de Clerico cognoſcere minimè poſſe, virtute priuilegij fori, & ſic nec eum citare, aut capere,Nec etiam poſſe cognoſcere de cauſis eccleſiaſticis,& ſpiritualibus (qualis eſt clericatus) vt ſupra non ſemel reſolutum eſt, id tamen fallit, quoad citationem,vel capturam clerici,quando Iudex Laicus citans,vel capiens, ignorat,citatum, aut captum eſſe talem,vt ſtatim dicemus in particulari decidẽdi ratione ad 1.pa. noſtri tex. ſimiliter fallit, quoad cognitionem rerum ſpiritualium, & conſequenter clericatus,quando eiuſmodi cauſæ conſiſtunt in facto, vt eſt cognitio clericatus,de qua agit noſter tex.vt infra dicemus in particulari ratione decidendi 2.par. noſtr. tex. Tunc enim Iudex

dex Laicus de huiuſmodi cauſis quantumuis eccleſiaſticis, & ſpiritualibus cognoſcere poteſt, ſicquè nihil contra ius feciſſe eſt iudicandus, & hæc quo. ad tertium requiſitum præſcriptionis, noſtri ritus, ſeu conſuetudinis.

Sed quia in ſuperioribus ſæpiſſimè fecimus mentionem ſcientiæ, & tolerantiæ Cleri, & Summi Pontificis circa noſtram conſuetudinem, & diximus num. 103. etiam in ea conſuetudine, quæ hominum memoriam excedit nō requiri ſcientiam, & patientiam aduerſarij. Ideo (antequam vlterius progrediamur) circa rem hanc non erit inutile, & extra propoſitum aliquid adducere. Quare id breuiter conſtituo. Præ-
158 ſcriptionem † nimirum iurium incorporalium non aliter procedere, niſi data, & probata ſcientia, & patientia illius contra quem præſcribitur, ita probat tex. in l. 2. C. de ſeruit. & aqu. l. quoties la 1. §. fin. & l. quoties la 2. ff. de ſeruit. tit. gener. per quæ iura, & alias DD. authoritates, ita tenet Maſcard. de probatio. concluſ. 1221. num. 38. vol. 3. quo loci num. 4. ponit huius concluſionis rationem, quam ideo hic non trāſcribo, nè alienas pennas inducere videar. Idem autem Maſcard. nu. 41. limitat hanc concluſionem, vt ſcilicet non procedat, quando tractatur de illius iuris incorporalis præſcriptio-
159 ne, † quæ hominum memoriam excedit, quia tunc non requiritur probatio ſcientiæ, & patientiæ illius, contra quem præſcribitur, & allegat glo. verb. memoriam in l. hoc iure §. ductus aquę ff. de aqu. quoti. & æſtiu. & tex. in cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſigni. ſequitur Zeuall. in ſpecul. comm. contra commu. q. 45. tom. 1. & multos allegat, eandem opinionem ſequutus Anto. Gabri. d. lib. 5. commun. opin. tit. de præſcriptio. concluſ. 1. num. 59. qui num. 61. cum communi reſoluit, quod dato caſu, quod etiam in hac immemoriali præſcriptione, ſeù conſuetudine ſit neceſſaria ſcientia illius contra quem præſcribitur, ſufficiat ſcientia Officialium, ſeù procuratorum illius, proſequitur late Aym. Crauet. de antiq. temp. 4. par. §. abſolutis à num. 23. cum ſeqq. Zeuall. vbi ſupra num. 5. in fin. Franciſ. Sarmien. in defenſio. libel. de reddit. eccleſ. §. in quinquageſimo primo monito, num. 2. Peregrin. de iure Fiſc. lib. 6. tit. 8. num. 27. Guttier. pract. quæſt. lib. 1. q. 85. num. 3. Ant. de Padill. in l. ſi quas actiones num. 56. C. de ſeruitut. & aqu. Vnde, in caſu noſtro, etiam ſi ſupponamus, ſine veri prę iudicio, eſſe neceſſariam ſcientiam, & patientiam, non obſtante quod agatur de immemoriali præſcriptione, iam illas euidenter habemus ab ipſo Summo Pontifice, per eius Officiales, & Procuratores, vt puta Prælatos, qui quotidiè petierunt, & petunt Clericorum remiſſiones, ſeruata forma noſtri Ritus, & ſic dicere, quod Summus Pontifex id ignorat, eſt dicere, quod ignorat quod omnes ſciunt, ad gloſ. verb. ſupina in cap. 1. de conſti. in 6. & in ſimili dicit Petr. Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 11. §. videndum num. 15. in fin. quibus adde quæ ſupra diximus num. 100.

Sed quia forſan aliquis circa hunc articulum replicabit, huiuſmodi Pontificis, & Cleri ſcientiam, & tolerantiam nihil præſtare ad rationabilitatē noſtræ conſuetudinis, quam ſupra non ſemel propoſuimus, neque ad validitatem præſcriptionis eiuſdem, quia talis ſcientia, & tolerantia non debet obeſſe Clero, & Pontifici, qui eatenus eam admiſerunt, quatenus non potuerunt contrarium corrigere, vel punire ſine magno periculo maioris ſcandali, iux. tex. in can. 1. ad fin. 23. q. 7. cum alijs allegatis per Chaſſan. in Conſuet. Burgun. tit. des juſtices §. 5. in gloſ. verb. al arbitraige du iuge num. 32. Vnde nec rationabilitas (quæ in huiuſmodi ſcientia, & tolerantia fundatur) poteſt procedere, nec ſubſiſtere, quia ex tali ſcientia, & tolerantia nullus poteſt ar-
160 gui conſenſus, nec † præſcriptio aliqua currere, quæ nunquam currit aduerſus.

uerſus impeditum l. 1. §.fin. C. de annal.excepti.cum alijs adductis per Zevall.in ſpecul.comm.contra commun. q.3.num.10.lib.1. Aluar.Valaſc. conſult.130.num.31.tom.2. & eſt abſolu-
161 tum in iure,quod conſuetudo † cum violentia introducta nullius eſt efficaciæ gloſ.verb. præſcripta verſ. etiam intelligitur in §.ſtatuit el 1.tit.de cauſis in prag. ſanctio. cum alijs multis, quæ ad propoſitum allegari poterant.

Cui difficultati(in qua aliquis fortaſſis grande faciet fundamentum)Primo Reſpondeo,veriſſimum quidem eſſe illud iuris axioma, nullam ſcilicet currere præſcriptionem aduerſus agere impeditum.Id tamen procedit,quando impedimentum eſt iuris, ſecus tamen quando impedimentum eſt facti,
162 quia aduerſus † impeditum facti impedimento currit præſcriptio mero iure, licet concedatur reſtitutio, prout ſic notabiliter diſtinguit Chaſſan. in Conſuet.Burgun. tit. des iuſtices §.8. in gloſ.verb.: & iuör nu. 24. cum ſeqq. & ſub huiuſmodi diſtinctione videntur loqui Octaui. Cacher. deciſ.Pedemon.177.num.2.Petr. Barboſ.in l. 2. §.legatis num.198.ff.de iudic. latè, & magiſtraliter Pinel.in auth. niſi tricenali num.42.C.de bon.mater.Quo lo-
163 co illud appellat impedimentum † iuris, quando ſcilicet ius negat alicui facultatem,ſeù ius agendi,idemque dicit Chaſſan. vbi ſupra num. 26. qui impedimentum facti dicit eſſe illud,de quo agitur in titulo ff. ex quib. cauſ. maior.ideſt quod contingit facto alterius,magis quàm ex iuris diſpoſitione, vt puta quando aliquis potentia alterius impeditur,iux.tex.in l.ſuccurritur 9.ibi, vel à potentioribus ff.illo tit. ex quib.cauſ.mai. Vnde cùm ſupradictum prætenſum impedimentum Cleri, & Pontificis videatur iſtius generis,facti ſcilicet,ſequitur ex ſuperioribus, præſcriptionem mero iure valuiſſe,& proceſſiſſe, quamuis aduerſus impeditum de iure non procederet.

Aduerſus quam reſolutionem videtur obſtare, quod licet omnia ſupradicta circa facti impedimentum in ſe vera ſint, reſpiciunt tamen limitationem,quando impedimentum procedit
164 † ex parte aduerſarij,tunc enim taliter impedito aduerſæ partis facto nullum currit tempus arg.tex.in l.in omnibus cauſis 39.vbi gloſ.ff. de reg.iur. Felyn. in cap. ex tranſmiſſa num.7. de præſcriptio.Boer.deciſ.40.nu.9. quos refert Pinel. vbi ſupra num. 43. ergò concludendum videtur,quod etiam ſit impedimentum Cleri, & Pontificis ſit facti, adhuc non debet obeſſe, dùm procedit facto aduerſarij.

Quare ſolidè animaduerto, quod in hac materia impedimenti ea eſt certiſ-
165 ſima regula,quod † quodcumque illud ſit nō prodeſt, aut iuuat impedito, quando illud potuit remouere,tex. in l. quibus diebus 40. in prin. ff.de conditio.& demonſtr.& facit tex. in l. qui poteſt facere 134. vbi Deci. num.1. & Cagnol. num.3. ff.de reg.iur.optimus tex.in l.ſæpè conſtitutum 63. ff.de ſent.& re iudic. Bald.in cap. ijs quibus num.5.de electio. Fachin.controuerſ. iur.lib.12.cap.83. Fernan.Vaſqu.controuer.Illuſtr.lib.2.cap.60.num.5.Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap.10. num.8.Gutierr.pract.quæſt.ciuil.lib.3 q.34.num.22.& quæſtio.canoni.lib.2 cap.6.num.11.& conſ.28.viſis iuribus num.8.Rolan.à Vall.conſ.79.viſo proceſſu nu.18.vol.1. Aym.Crauet.conſ. 401.Iuuenalis Vachieri num.3.5.& 7. tom.3.& conſ. 327. quamquam abundè nu.25.& 26.eod.tom.

Dubium autem non eſt,quod Summi Pontifices pluries potuerunt huiuſmodi remouere impedimentum, quoties Regnum hoc (quod eſt Eccleſiæ
166 feudum † ſecundum Gramma. conſ. 47.num.1.in Ciuilib.) reuertit ad Eccleſiam, & de nouo illud inueſtierunt diuerſos Reges cum liberiſſimo conſenſu,& voluntate Pontificum,& maxima ipſorum Reguum vtilitate,& beneficio,& ſic facillimè conſentirent in derogatione,& annullatione iſtius noſtri

ſtri ritus . Præſertim de anno 1266.
167 quando Carolus Primus. † vocatus ab Vrbano IV.& inueſtitus à Clemen. IV.accepit Regnum hoc inopinatè, & gratioſè, cùm primùm eſſet Comes Prouentiæ,& ſic ex mera liberalitate, & voluntate Pontificum, de Comite fuit factus Rex,cum ſolis duabus conditionibus,vt ex Biond.& Plat. & Colenucio grauiſſimis authoribus refert Ioan.Anto. Summonte in Hiſtor. Regn.Neapol.lib.2.in vita Manfredi fol. mihi 176.cum ſeqq. Quarum quidem conditionum nulla pertinet ad obſeruantiam, ſeù inualiditatem noſtri Ritus,& quamuis ipſe Summonte ponat ibi quandam copiam prædictæ inueſtituræ Carolo factæ,vbi inter alias conditiones expreſsè cauetur,quod Clerici,nec in Ciuili,nec in Criminali cauſa coram Sæculari Iudice conueniantur,adhùc dicta copia non eſt ſufficiēs, ad derogandum authoritati ſupradictarum antiquorum authorum, quos (veroſimiliter credendum eſt)diligentiſſimè huius rei indagaſſe veritatem, Et dùm dicta Bulla non fuit reperta in aliquo loco publico,& authentico,cuius authoritate, & fide roboretur, ad tex.in can.peruenit,& ibi gloſ.verb.archiuis 30.q.1.Napoda in proem.Caroli ad Conſue.Neapol.n.354.Io.Gutie. cōſ. 6.nu.6.Cacher.deciſ.69.nu.5.ſed ſolum ſummiſtrata à quadam priuata perſona ipſi Summonti, vt dicit ibi, poſt tempus quaſi ducentorum annorum,non meretur tantam fidem,vt poſſit derogare ſupradictorum grauiſſimorum authorum traditioni.

Et quamuis iſtius conuentionis inter Clementem IV. & Carolum I. fiat mentio in Cap.Regni. Item ſtatuimus quod Clerici,& tranſumptiuè in prag. 2.§.3.de Cleri.& Diacon.ſaluati.& per Gram.deciſ.61.num.17.

Dicta conuentio ſolùm continet, quod Clerici non trahantur ad iudicia ſecularia,niſi pro bonis feudalibus, quod intelligendū eſt, dū conſtat eos eſſe Clericos; Quod autem de huiuſmodi qualitate Clericatus Iudex Sæcularis non poſſit cognoſcere (quæ eſt materia noſtri Ritus, & principalis eius deciſio) dicta concordia nihil diſponit,Aliud enim eſt tractare de Clerico,aliud verò de Clericatu,vt adnotauimus ſupra in 4. prælud.

Præterea de anno 1309. ſedente Clemente V. Summ. Pontiſ. Rex Ro-
168 bertus † fuit inueſtitus ab eodem Pontifice, præcedente prius magna controuerſia inter ipſum Robertum, & Regem Vngariæ, Pontifexque tunc temporis magno cum arbitrio prætulit Robertum propter aliquas politicas rationes,vt refert Bald.in l. 3. in fin.C.de ſuis, & legit. hæredi. quem allegat, & ſequitur Summont. vbi ſupra in vita Roberti in prin. Grammat. deciſ.1.num.19.ſicque poterat Pontifex tunc tēporis, dùm rem adeò gratā fecit Regi Roberto,à quo ideo quidquid beneuoli animi ſperare poterat, Ritus noſtri derogationem conſequi, eumque caſſare, & annullare circa, quod (rebus, vt dicitur,ſic ſtantibus) nullum Pontifex timere poterat impedimentum.

Et de anno 1344.Clemens VI.Sum.
169 Pontifex † per manus eius Legati inueſtiuit Reginam Ioannam I. non ſine contradictione Regis Andreæ eius viri, & Ludouici Regis Vngariæ eius cognati, vt refert idem Summonte vbi ſupra in vita Ioannæ I.poſt prin.& ſic Pontifex maximum in Reginam contulit beneficium, ideoque negari non poteſt,facillimè tunc temporis potuiſſe Pontificem Ritum noſtrum tollere,& caſſare.

Similiterque de anno 1351.ſedente adhuc eodem Clemente VI. eadem
170 Regina Ioanna, † & Ludouicus eius ſecundus vir fuerunt inueſtiti per manus cuiuſdam Legati Apoſtolici, tempore quo opera eiuſdem Pontificis prædictus Rex Vngariæ poſt longam obſidionem,& Regni deuaſtationem ab eo receſſit, vt refert Summont. vbi ſupra in eadem vita Reginæ Ioannæ fol.

fol. mihi 438. In qua opportunitate nullum Pontifex poterat timere impedimentum in derogatione noſtri Ritus à Regibus oppreſſis, & in quos adeò grande contulerat beneficium.

Ad hæc, quis ignorat, quod anno 1379. ſedente Vrbano VI. Carolus fuit vocatus ab eodem Pontifice de partibus remotis, ad ſuſcipiendum Regnum, quod tunc temporis per eandem Reginam Ioannam, & Ottonem eius tertium Virum poſſidebatur, & de anno 1381. eundem Carolum ab eo-
171 dem Pontifice † accepiſſe inueſtituram ſumma cum gratitudine, & obſequio eiuſdem Regis, vt negotium poſtulabat, vt refert idem Summonte vbi ſupra fol. mihi 456. & 462. quodnam igitur quæſo tunc temporis habuit Pőtifex impedimentum ad non interrumpendam noſtræ Conſuetudinis præſcriptionem?

Accedat his, quod de anno 1390. à Bonifacio IX. Summo Pontifice fuit
172 inueſtitus Ladiſlaus, † non ſine magna controuerſia, quia tres partes Baronum Regni impugnabant inueſtituram, proptereaquè vocauerunt Ludouicum III. de Angio Comitem Prouentiæ, vt opponeretur Ladiſlao, vt refert idem Summont. vbi ſupra in vita Ladiſlai fol. mihi 516. Nonnè igitur tunc temporis poterat Summus Pontifex à Rege, & inimicorum potentia, & collati beneficij vinculo adſtricto, quidquid peteret impetrare, & conſequenter quodcumque impedimentū, ad interrumpendam ſæpè dictam præſcriptionem ſubmouere?

Eademque conſideratio fieri poteſt circa inueſtituram, & conceſſionem factam à Marrino V. Summo Pontifice
173 de anno 1419. Reginæ Ioannæ † Secundæ, vt dicit idem author d. loco in vita eiuſdem Reginæ fol. mihi 585. erat enim tunc temporis Regina à maiori parte Populi ob eius deprauatos mores exoſa, & à dicto Ludouico de Angio ſatis oppreſſa. Quare igitur tunc temporis Summus Pontifex non amouit dictum prætenſum impedimentum?

Quis inſuper ignorat, inueſtituram
174 factam Alphőſo † I. de Aragonia per Summ. Pontif. Eugenium IV. de anno 1443. contigiſſe, quando paulò antea ipſe Alphonſus moleſtabatur à Renato, nec non ab ipſo Pontifice, mediante perſona Ioannis Vitelleſchi Patriarchæ Alexandrini, & à Genuenſibus, qua e inita pace inter Alphonſum, & Pontificem fuit ſequuta inueſtitura prædicta, vt refert Pandolf. Collenuci. in compend. hiſtor. Neapoli. 1. p. lib. 6. Conſtat ergò, potuiſſe facillimè tunc temporis Summum Pontificem quodcumque ſubmouere impedimentum ad interrumpendam noſtræ conſuetudinis præſcriptionem.

Et de anno 1458. Caliſtus IV. (mortuo dicto Alphonſo) declarauit per eius Bullas, Regnum eſſe deuolutum ad Eccleſiam Romanam: Ferdinandus autem I. eiuſdem Alphonſi hæres, & filius naturalis, (legitimatus tamen per Eugenium IV.) nunquam deſtitit à Regni poſſeſſione, & dominio, habuit tamē maximam contradictionem à maiori parte ipſius Regni, quæ prætendebat, illud ad Ioannem Renati filium pertinere, in quo conflictu, & calamitate, Pius II. Celeſtini ſucceſſor conceſſit inueſtituram eidem Ferdinā-
175 do, † vt refert idem Colenucius vbi ſupra fol. mihi 141. cum ſeq. Quis igitur non videt quàm facilè poterat tūc temporis Summus Pontifex amouere dictum prætenſum impedimentum, habendo Regem, & oppreſſum, & tanto beneficio obligatum.

Et de anno 1484. Innocentius VIII. Summus Pontifex armorum vi coegit eundem Ferdinandum, ex ſoluere cenſum eidem Pontifici, quem iniuſtè Ferdinandus ſoluere recuſabat, nec non iureiurando promittere, ita continuare in futurum, vt refert idem Colenucius vbi ſupra lib. 8. fol. 185. quodnam ergò impedimentum non potuiſſet tunc tēporis Pontifex ſummouere?

Vulgo

Vulgo etiam circumferuntur calamitates, & mutationes Alphonſi Secundi, & Ferdinandi Secundi ab anno 1493. in antea, ob aduentum Caroli VIII. Francorum Regis in hoc Regno, quæ referuntur ab eodem authore vbi ſupra lib.8.cum ſeqq. qui latiſſimè narrat plures concordias, & conuentiones factas inter dictos Reges,& eorum ſucceſſores ex vna parte, & Summos Pontifices ex altera, in quibus facillimè poſſent Pontifices ſummouere dictum prætenſum impedimentum. Accedat tandem his omnibus, quòd à dicto Carolo I. vſque in hodiernum diem ſemper in Regno regnauerunt Reges Chriſtianiſſimi, & Catholici defenſores Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, vt ex dictis hiſtorijs, & alijs manifeſtè colligitur: ſicque immerito diceretur Summos Pontifices fuiſſe impeditos interrumpere præſcriptionem noſtri Ritus, maioris ſcandali vitandi gratia; Nullum enim ſcandalum timere poterant à Regibus Pijs, Catholicis, & Chriſtianiſſimis ſi vellent dictam in-
176 terruptionem intentare. Timoris † enim, aut violentiæ paſſæ præſumptio cadit in ſubdito reſpectu ſuperioris, & non è contra, iuxta notata per Gregor. Lopez in l.6.tit.25.par.4.in gloſ.verb. debenlos ſeruir Anto. de Padilla. in l.ſi aquam num.37.C.de ſeruit.& aqu. Quin immò ſuperior habet contra ſe præſumptionem violentiæ paſſæ, ſecundum Maſcar.de probat.concluſ.1417. num.6. vol. 3. Is enim qui violentiam infert ſemper eſt in exceſſu ſuperioritatis, vt dicit Diuus Thom.ſuper lib.1 politic. Ariſto. lectio. 4. fol. 6. col. 3. Quæ igitur vis, quis nam timor, quod ue ſcandalum potuit cadere, aut conſiderari in Summis Pontificibus ſemper dominis, & ſuperioribus, belli, & pacis iudicibus?

Sed veritas eſt, quod cum ijdem Pōtifices cognouerunt rationabilitatem, & iuſtitiam noſtri Ritus facillimè, & libenter in eum conſenſerunt, nunquā eius interruptionem intētantes, Quod quia ex Deo eſt, nemo vnquam diſſoluere poterit, iux. illud quod dicitur in acti. Apoſtol. cap. 5. ſi ex hominibus eſt conſilium hoc, aut opus diſſoluetur ſi vero ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere, vt in ſimili materia dicit Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelaſiam deciſ.2.num.60. de teſtam. & ſimilem conſuetudinem cauſa Reipublicæ vtilitatis introductam, ideoque à Summis Pontificibus cognitam, & approbatam tueri Reipublicæ Chriſtianæ Tranquillitatem, & perpetuum fœdus inter Eccleſiaſticam, & Sæcularem Iuriſdictiones teſtatur Ioſeph Seſſe in tract.de inhibition. cap.8.§.3.nu.152.

Circa quem articulum conducit ſatis illud notabile dictum Oldradi conſ. 254. quia tota pars num.18. vbi dicit, quod in immemoriali præſcriptione
177 † non datur interruptio per deductionem alicuius partis temporis, quia cum immemorialis præſcriptio ſit quid infinitum D.Reg.Valenzu. conſ.79.n. 116.& conſ.93.n.38. non recipit diminutionem per deductionem partis fini-
178 tæ, per regulam, † quod ſi de infinito aliquid demas, eſt nihilominus quod remanet infinitum, ſecundum Ariſto.lib.3.de natu.cap.7.tex.63. Infinitum enim eſt, quod non habet partes, principium ſcilicet, medium, nec finem, vt ex Chriſippo refert Plutarcus in lib. de ſtoicorum repugnant. fol.mihi 352.& ſic nulla deductione diminuitur, cuius dicti meminit Ludouicus Molin.de Hiſpan. Primogen.lib. 2.cap.6. num. 46. ſubdens per hoc ex Corneo, quod temporis interruptio non elidit immemorialem præſcriptionem, ergo ſimiliter dicendum eſt in caſu noſtro, quod etiam ſi concederemus, Summos Pontifices fuiſſe aliquādo impeditos per aliquod temporis ſpatium, quo minus poſſent interrumpere hanc præſcriptionem, propter potentiam forſan aliquorum Regum (cuius contrarium conſtat ex ſuperioribus) non tamen ex hoc cenſetur interru-

terrupta noſtra immemorialis præſcriptio, quam non poteſt elidere alicuius temporis deductio, vt paulò antea diximus.

Et hinc fieri exiſtimo, quod per immemorialem † præſcriptionem purgatur omnis violentiæ, aut oppræſſionis ſuſpitio vt eſt optima gl. ſ. verb. ex vſu, el 2. in can. nullus el vltimo iuncto eo tex. 1. q. 1. & iuncto etiam tex. in can. quia cognouimus 10. q. 3. Gaſpar Theſaur. quæſtio. forenſ. lib. 2. q. 27. num. 10. notat Eſcobar in tract. de ratiocin. cap. 27. num. 10 & videtur de mente Innocen. in cap. ſi diligenti nu. 5. de præſcriptio. facit tex. in l. ſi vi in fin. vbi Angel. num. 2. C. de his quæ vi. met. & Menoch. de pręſumptio. lib. 3. præſumptio. 131. num. 42. & dicit ma. is communem Bonacoſſ. vt refertur tom. 2. communi. opinio. lib. 7. tit. 3. n. 13. & eſt de mente Luc. de Pen. in l. hac lege ver ſ. & nota quod collecta. C. de aquæduct lib. 11. Concludendum igitur eſt ex his omnibus, noſtri tex. conſuetudinem nedum rationabilem, ſed etiam legitimè præſcriptam eſſe, idcoquè merito potuiſſe derogare iuri poſitiuo, quo clericorum fori priuilegium, & prohibitio cognitionis clericatus fuerunt introducta, vt ſupra ſæpius reſolutum extat.

179

Neque tandem obſtat, quod ex Decian. & alijs tenrat Farina. in practi. crimin. tit. de inquiſitio. q. 8. num. 3. fori ſcilicet clericorum priuilegium nulla conſuetudine quantumuis immemoriali tolli poſſe, etiam ſciente, & tolerante Pontifice, & ſic nec clericatus cognitionem vigore noſtræ immemorialis conſuetudinis ad Iudicem Laicum pertinere poſſe. Nam præter quam quod nec Couar. Villalob. & Iul. Clar. per Farina. allegati loquuntur de immemoriali conſuetudine, iam ipſe fatetur dictam reſolutionem vix ſubſtineri poſſe, ſed verius eſſe fori clericorum priuilegium conſuetudine tolli poſſe, non quidem generaliter, ſed in aliquibus caſibus, ideſt, quoad certos clericos, vt dicunt Couar. & Clar. per eum allegati, & ita procedit noſter tex. quo ad clericos ſcilicet primæ tonſuræ, vel minorum ordinum, vt infra dicemus, & hæc quoad generalem decidendi rationem ad integrum noſtrum tex.

Particularis decidendi ratio ad primam partem noſtri tex.

SEquitur nunc, vt particulares decidendi rationes ad ſingulas noſtri tex. partes, iuxta promiſſum ordinem, aſſignemus, & antequam primã aggrediamur, eſt animaduertendum, quod prima noſtri tex. pars, quæ agit de Iudice Laico citante Clericum, diuerſimodè intelligitur à DD. quidam enim exiſtimarunt, quod quamuis Iudex Laicus citet Clericum, etiam ſub nomine Laici, ignorando eum eſſe Clericum, adhuc taliter citatus non teneatur comparere, & quod contumacia, & omnia inde ſequuta ſint nulla, & inualida, etiam Clerico non opponente de Clericatu, prout de iure communi dicunt eſſe diſpoſitum ſecundum aliquorum ſententiam, quos refert, & ſequitur Farina. in practi. crimin. de inquiſitio. q 8 num 15. quibus addo Petr. Barboſ. in l. ſi quis ex aliena num. 67. ff. de iudic. & quod tex. noſter non probet contrarium, quia quamuis ſupponat præceſſiſſe Clerici citationem, non tamen procedit ad vlteriora, citato non comparente, ita vt determinet eum poſſe reputari contumacem, mulctari, banniri, aut foriudicari atque ita noſtrum tex. intelligunt DD. Regnicolæ, vt eſt videre per Grammat. vot. 18. num. 12. & 13. & conſ. 1. poſt Regias deciſiones nu. 26. Foller. in pract. crimin. verb. audiantur excuſatores nu. 39. poſt principium, & nos diximus ſupra in primo principali argumento.

Alij verò putarunt, tex. noſtrum ad literam prout ſonat intelligendum fore, ita vt Iudex Laicus, qui citauit Clericum ſub nomine Laici, & ignorando

rando eum eſſe Clericum, eo perſona-
liter non comparente, poſſit ipſum re-
putare contumacem, mulctare, banni-
re, & foriudicare, prout etiam de iure
communi procedere exiſtimarūt mul-
ti non leuis authoritatis, & numeri,
quos retulimus ſupra in 3. prælud. in
fin. Et de iure Regni pro iſto intellectu
eſt tex. expreſſus in ritu 65. incipi.
Item ſi aliquis Clericus, cuius ritus
non meminerunt Grammat. & Foller.
vbi ſupra, forſan, quia tunc temporis
non erat poſitus inter ritus, ſed inter
antiquas conſtitutiones, vt aduertit
Vincen. de Franch. deciſ. 329. num. 7.
vel forſan, quia non conducebat ad o-
pinionem Grammatici, qui fecit di-
ctum conſilium primum in fauorem
eius *filij*, vt dicit idem Vincent. de
Franch. vbi ſupra num. 10. Probat igi-
tur d. rit. *65*. citatum ibi fuiſſe reputa-
tum bannitum, & foriudicatum, & ta-
men poſtea prætendit eſſe Clericus.

In quarum opinionum conflictu ego
180 dicebam, citationem † in præſenti ar
ticulo poſſe conſiderari dupliciter, &
ſecundum cauſam efficientem, & ſecū-
dum cauſam finalem, Attenta cauſa
efficienti, dubium non eſt, citationem
in ſe validam eſſe, & legitimam, ratio-
ne ignorantiæ Clericatus, & opinio-
nis Iudicis citantis, donec ipſi de cle-
ricatu legitimè conſtiterit, vt ſtatim
dicemus, & iſte eſt verus ſenſus Ritus
noſtri, quem confirmant Grammat. &
Foller. vbi ſupra. Secundum verò cau-
181 ſam finalem, † quæ eſt obligare cita-
tum ad comparendum, etiam diſponit
virtualiter noſter tex. vt agnouit idem
Foller. vbi ſupra d. num. 39. verſ. non
benè inſpexiſti, & eum expreſsè decla-
rat, & supplet d. rit. 65: Nam ſi eſt va-
lida citatio ex parte cauſæ efficientis,
vt paulò antea diximus ſubintrat ſta-
tim d. rit. 65. quoad cauſam finalem;
& diſponit, quod citatus à Iudice Lai-
co tanquam Laicus, poſſit contumax
reputari, mulctari, banniri, & foriudi-
cari, dùm Iudici citanti legitimè non
conſtat de Clericatu, Cuius Ritus non
meminerunt Grammat. & Foller. vbi
ſupra, quia expreſsè eſt contra eorum
opinionem, vt ſupra diximus. Et adeo
verum eſt, foriudicationem eſſe vali-
dam, quod taliter foriudicatus poteſt
impunè occidi, vt in ſpecie tenet
Guid Pap. deciſ. 450. & quis dubitat,
quod capto per Curiam eiuſmodi for-
iudicato, & eo nihil allegante, & do-
cente de Clericatu, exequetur in eum
legitimè, & iuſtè ſententia foriudica-
tionis.

Ex quibus concludo quoad primam
noſtri textus partem, iuncto d. rit. 65.
quod citatus à Iudice Laico, ſi præten
dit eſſe Clericus, & remitti, tenetur
perſonaliter comparere cum documē-
tis ſui clericatus, aliàs, eo ſic non com
parente, poterit per eundem Iudicem
contumax reputari, mulctari, banniri,
& foriudicari, quemadmodum poſſet
quilibet alius, qui re vera eſſet Laicus;
Seruato tamen certo temperamento
quoad foriudicationem tantum, vt di-
cemus infra in ſolutione primi princi
palis argumenti. Sicque textus noſter
rectè perpenſus in hac prima parte,
iuncto dicto Ritu 65. duas continet
deciſiones. Prima eſt circa validitatem
citationis, Secunda eſt circa neceſſita-
tem comparendi de perſona.

Ratio igitur decidendi, quoad vtrā
que deciſionem, eſt, Quia ratione igno
rantiæ, quæ ſupponitur ex parte citan-
tis, qui ignorat citatum eſſe Clericum,
eſt mero iure valida citatio, & neceſſa-
ria comparitio, per tex. in l. ſi quis ex
aliena. 5. vbi Petr. Barboſ. num. 16. ff.
de iudic. Ponderatis illis verbis, ibi,
Prætoris enim eſt exiſtimare, an ſua
ſit Iuriſdictio, quæ denotant, Prætorem
in ea ſpecie ignoraſſe, citatum eſſe
alienæ Iuriſdictionis, Tunc enim erit
eius exiſtimare, an ſua ſit Iuriſdictio,
Non autem quando ſciret, citatum
eſſe alienæ Iuriſdictionis, optimus
tex. in l. 2. §. ſed etſi dubitetur ff. eod.
tit. de iudic. iuncto tex. in cap. cum
olim 24. de ſenten. excom. cum alijs la
tè adductis ſupra in 3. prælud.

Quibus accedat, quod quando Iudex Laicus citat Clericum, quem ignorat talem eſſe, quinimmo communi teſtium opinione, & etiam particulari opinione ipſius Iudicis habetur pro Laico; huiuſmodi opinio ſuſtinet citationem, & inducit neceſſitatem comparendi; Iudex enim Laicus, quando citat aliquem, certum eſt, quod informat animum ſuum ex teſtium depoſitionibus, ſecundum Foller. in pract. crimin. verb. vel eos verbaliter citare faciat num. 1. Qui teſtes dùm inculpant inquiſitum, nulla facta Clericatus mẽtione, communi eorum opinione habetur pro Laico, & ſubiecto Iudicis Laici iuriſdictioni, & ſic dici poteſt, quod per illam communem opinioné, quamuis erroneam, habet talis Iudex huiuſmodi Iuriſdictionem, quæ in rei veritate ei non competit, quia re vera
182 inquiſitus eſt Clericus; Iudex † enim iuſtè opinari dicitur ex his, quæ teſtes viderunt, & cognouerunt, vt dicit Plat. in Theæte, vel de ſcientia fol. mihi 95. & facit tex. in l. 3. §. 1. ff. de teſti. melior tex. in l. illicitas §. veritas ff. de
183 offic. Præſid. Communis autem opinio in hac materia dicitur illa, quę habetur à maiori parte illorum, qui cognoſcunt inquiſitum, iuxta notata per Tiraq. de legib. connubial. l. 16. in gloſ. 8. verb. ſon mary. num. 160. cum ſeqq. Huiuſmodi igitur opinio ex teſtium depoſitionibus deſumpta ſuſtinet citationem, & inducit comparendi neceſſitatem, quamuis citatus in rei veritate ſit Clericus. Quia in iudicijs
184 communis † opinio, quamuis erronea, præfertur veritati occultæ, argum. tex. in cap. ad probandum iuncta ibi gloſ. verb. innodatus de ſenten. & re iudic. tex. vulgat. in l. Barbarius ff. de offic. Prætor. Stephan. Gratian. tom. 1. diſcep. forenſ. cap. 18. num. 33. Ioan. Guttier. de tutel. & cur. lib. 3. cap. 8. à num. 2. & latè proſequitur, regulam conſtituens, Anto. Gabri. in ſuis commun. concluſ. tit. de probatio. concluſ. 8. in prin. vbi num. 34. in fin. ex Abb. Felyn. & alijs reſoluit idem eſſe in ſpiritualibus, & ſacramẽtalibus, per quod fundamentum, ita in ſpecie tenet Stephan. Aufrer. de poteſt. ſæcul. in eccleſiaſti. regul. 2. fallen. 23. in prin. & fuit originalis doctrina Hoſtienſ. in ſumm. tit. de Iudi. in §. illud autem, in prin. optimè Bouadill. in ſua politic. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 210. Auendan. de exequend. manda. 1. par. cap. 2. num. 30 ante fin. Ioan. Calderin. conſ. 12. num. 1. tit. de iudi. & for. compet.

Et huic communi teſtium opinioni accedit etiam ſingularis opinio ipſius Iudicis citantis, qui ignorat citatum eſſe Clericum, quinimmo opinatur
185 eum eſſe Laicum; Quæ ſingularis † opinio debet præferri veritati occultę, cùm tendat ad actus validitatem, id eſt citationis, & iudicij; Opinio enim quantumuis ſingularis attenditur pro actus validitate, iux. tex. in l. gerit 87. ff. de acquir. hæred. notat Bald. in l. fin. num. 7. C. de hæred. inſti. quem ſequitur Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 10. num. 2. ad fin. & facit tex. in l. quo loco 20. §. 1. iuncta ibi gloſ. verb. alterum ff. de hæred. inſti. vbi dicitur,
186 quod habetur † pro vero, quod teſtator putauit verum; Et nunc deſumpto argumento de teſtatore ad Iudicem (quod affirmatiuè eſt validum in iure, quidquid enim poteſt teſtator poteſt Iudex l. non eſt mirum 26. vbi Bart. & cæteri ordinarij ff. de pignorat. actio. optimus tex. in l. ſolent 3. in prin. vbi gloſ. verb. diuiſiſſent ff. de alimen. & cibar. legat, & latè proſequitur Euerar. in Topic. egal. in loco à teſtatore ad Iudi.) ſequitur ſimiliter, quod debet haberi pro vero id quod Iudex putauit verum, citatum ſcilicet eſſe Laicũ quem Iudex talem opinabatur.

Nec mirum profectò, quia Iuriſdi-
187 ctio † tuetur, & conſeruatur per ſingularem ipſius Iudicis opinionem, vt probat tex. ſubtiliter inductus in cap. ſi duobus 7. de appellatio. quem ad propoſitum adducit Lap. allegat. 89.

num.

num. 10. vbi etiam Quintil. Mandoſ. litera A.dicit enim ille tex.quod tenet contumacia illius Iudicis, qui putabat ſe Iudicem,quamuis re vera non eſſet quia erat appellatum ad Papam, facit etiam ad propoſitum tex. in Clement. 1.de renunciat. & in l. ſi mandaſſem 15.ff.mandat.Quibus probatur,opinionem mandatarij credentis ſe eſſe talē, quamuis re vera non eſſet, quia erat reuocatum mandatum, ſuſtinere actū de quo agitur, & eſt etiam in argum. tex.in l.ſi forte iuncta gloſ.fin.ibi ff.de offic.Præſid.vbi probatur,quod geſta per Præſidem Prouinciæ opinantem ſe eſſe talem ſunt rata,& valida,quamuis veritate inſpecta explraſſet eius iuriſdictio per ſucceſſoris aduentum, quem ipſe ignorabat. Et eſt Regula, quod in his, quæ in animo conſiſtunt, opinio præfertur veritati,Philip.Deci. conſ.127.plura dubia num.4.par.1.& vehemens Iudicis opinio pro ſcientia habetur in iudicijs, vt dicit Paul. de Caſtr.conſ.19.ſupradictæ exceptiones nu.4.par.1.

Ex quibus omnibus concludendum eſt, ideo citatum in terminis noſtri tex.teneri comparere,ſi prætendit eſſe clericus,quia Iuriſdictio Iudicis citantis ſuſtinetur,& roboratur tùm ex communi opinione deſumpta ex teſtium depoſitionibus,quàm ex ſingulari opinione ipſiuſmet Iudicis, ignorantis qualitatem citati, quinimmo opinantis habere in eum iuriſdictionem. Et per conſequens, data iuriſdictione in citante, ſequitur validitas citationis, & neceſſitas comparendi ſub pœna contumaciæ,mulctæ,banni,& foriudicationis,& hęc eſt ratio,propter quam diximus ſupra in 3.prælud. in fin.num. 59. quod Clericus citatus à Iudice Laico tenetur comparere ad allegandum ſuum priuilegium, per multa iura, & authoritates ibi allegatas, quas hic tranſcribere eſſet ſuperfluum.

Ratio autem,quare huiuſmodi comparitio debet eſſe de perſona;eſt, Quia ſi citatio ex parte cauſæ efficientis eſt valida,& efficax, propter Iudicis ignorantiam, & communem teſtium opinionem,quæ ſuſtinent eius iuriſdictionem,& inducunt comparendi neceſſitatem, vt paulò antea diximus, eadem iuriſdictio eſt efficax,non ſolum ad denegandam audientiam comparenti aliter quam de perſona, verum etiam ad procedendum ad vlteriora, ad ea quæ incumbunt,vt puta ad contumaciam, mulctam,bannum,& foriudicationem. Quia non comparente citato perſonaliter, non remouentur legitimè per aliam comparitionem à Iudice citante illa ignorantia clericatus, & illa opinio laicitatis citati,quæ ſuſtinent Iudicis iuriſdictionem.Si quidem quamuis
188 de iure communi exceptio † fori declinatoria poſſit in cauſis criminalibus opponi per tertiam perſonam, ſecundum Vincen.de Franch. deciſ.329.nu. 1. Per Ritum tamen 269. qui incipit die 21.Iulij eſt obſeruatum in Regno, Nullam exceptionem eſſe admittendā in cauſis criminalibus per procuratorem,niſi infirmitatis, abſentiæ, aut captiuitatis; Et ſic comparente citato ad declinandum forum aliter quam de perſona, non dicitur legitimè comparuiſſe, & expreſsè in clerico dicit obſeruari noſter tex.in prima par.iuncto d.Rit.65. Proptereaque poteſt Iu-
189 dex † ex officio inhabiles, & non legitimè comparentes à iudicio repellere,ſecundum Vanti. in tract.de nullit. tit.quis poſſit dicere de nullita. nu.46. Boer.deciſ.171.num.21.Muſcatel.in ſua prax.ciuil.1.par. in gloſ.verb.con-
190 tendere num.25. Iudici enim † interest, ne acta coram eo facta reddantur nulla,& eluſoria,vt eſt notabilis Additio litera a.& b.in pract.Papienſ.in tit. in form.interrog.fier.cum reo conuen. in gloſ.verb. fruſtrari.

Et ſi dixeris,non potuiſſe Ritus noſtros id introducere quoad Clericos ex defectu poteſtatis: Tunc ſubintrat prima generalis ſupra tradita decidendi ratio, quæ habet, conſuetudinem noſtri tex.communi clericorum,& lai-

eorum conſenſu introductam,& à Pon
tificibus approbatam rationabilem
quidem eſſe,& legitimè præſcriptam
ideoque obſeruandam, maximè cùm
ſit immemorialis.

Parum enim prodeſſet Reipublicæ
tranquillitati, quod Iudex Laicus co
gnoſceret de clericatu, vt diſponit no
ſter tex. in 2. eius parte, ſi interim is,
qui prætendit eſſe clericus, & de cuius
clericatu agitur, diuagaretur, non compa
rendo per tertiam perſonam, in Iuſti-
tiæ maximum vilipendium, & graue
Reipublicæ detrimentum, quod per-
mittendum non eſt, vt diximus in d.
generali decidendi ratione num. 77.
Sicque data in Iudice Laico poteſtate,
& iuriſdictione cognoſcendi de Cleri
catu, neceſſariò eſt etiam ei conceden
da poteſtas, & iuriſdictio ad citandum,
& ad obligandum comparere de perſo
na, ſine quibus cognitio clericatus nõ
poſſet habere effectum, argum. tex. in
l. ad rem mobilem ff. de procurat. & in
l. 2. ff. de iuriſd. omni. iudic. cum vul
gat. melior tex. in l. fin. ff. de offic. eius
cui mand. eſt iuriſdi. & in ſimili notat
Petr. Barboſ. in l. Titia num. 32. verſ.
& iuxta prædicta ff. ſolut. matrim. Spe
cul. in tit. de reconuen. §. nunc videa-
mus nu. 2. Ob hancq; rationem, Cleri-
191 catus † articulus non tractatur in
Magna Curia, niſi is, qui illum præten
dit, & opponit, compareat de perſona,
& eo in vinculis conſtituto, vt tenent
Foller. in d. verb. audiantur excuſato-
res num. 39. ad fin. & Carauit. d. rit. 65.
num. 5. cum ſeqq. ſub pœna contuma-
ciæ, banni, & foriudicationis.

Bene verum eſt, quod huiuſmodi
neceſſitas comparendi de perſona pra-
cticatur diuerſimodè in citationibus
ad informandum, & ad capitula, quàm
in citationibus ad foriudicandum, vt
dicemus in ſolutione primi principa-
lis argumenti, vbi eſt particularis lo-
cus; & hæc quoad particularem deci-
dendi rationem ad 1. par. noſtri tex.

Circa ipſam tamen (antequam vlte-
rius progrediamur) vtiliter eſt animad
uertendum, quod ea ſtante, quæ habet
propter opinionem Iudicis Laici citan
tis, & ignorantis qualitatem citati, eſ-
ſe validam citationem, & neceſſariam
comparitionem de perſona, etiam ſi ci
tatus ſit Clericus, ita vt is teneatur cõ
parere, & ſuum priuilegium allegare,
Aduertes, inquam, quod in hoc caſu
192 non ſufficiet ſola Clericatus † alle-
gatio, ſed erit neceſſaria eius probatio,
vt dicit noſter tex. in d. Rit. 65. Et eſt
Iuris regula, Quod fundans ſe in ali-
qua qualitate, tenetur eam probare,
l. 2. §. ſed etſi dubitetur ff. de iudic. cum
alijs ſupra allegatis in 4. prælud. in
prin. & eſt vulgare in iure, quod alle-
193 gare, † & non probare nihil iuuat gl.
verb. allegat in cap. non eſt de conſue.
in 6. cum alijs adductis per Fely. conſ.
50. viſo proceſſu, & teſtibus num. 9. la-
tiſſimè Hippol. de Marſil. in l. 1. ſi quis
dicatur à num. 4. cum ſeqq. ff. de quæ-
ſtio. & ſing. 570. Afflict. deciſ. 22. num.
3. & eſt verum, quod vbi iura conce-
dunt aliquid alleganti factum aliquod,
intelligantur non de ſola allegatione,
ſed quod probetur, ita verum eſſe illud
factum, gloſ. 1. in l. Prætor ait 4. in prin.
ff. vi bonorum raptor. gloſ. 1. in l. 1. in
prin. ff. ſi quadr. pauper. feciſ. dic. Alex.
conſ. 78. viſo diligenter num. 27. lib. 5.
Ioſeph Ludoui. in ſuis commun. con-
cluſio. tit. de probatio. concluſ. vnic.
verſ. infertur vigeſimo primo, Octauia.
Cacher. deciſ. Pedemon. 172. num. 5.
ergò quando citatus à Iudice Laico
comparet, & allegat ſe eſſe Clericum,
cum hoc ſit quid facti, non ſufficiet il-
lud allegare, ſed tenebitur probare ve-
rum eſſe, vt Clericatus effectus ei com
petat.

Et licet Bart. & alij nobiſcum tenen-
tes, Clericum citatum per Iudicem
Laicum ignorantem Clericatum, tene
ri coram eo comparere ad illum alle-
gandum loquantur de ſola allegatio-
ne, & non de probatione; id contingit,
Quia de iure communi Clericatus co-
gnitio non poteſt fieri per Iudicem
Laicum, & ſic coram eo ſufficit ſola
alle-

allegatio.Quod ſecus eſt de iure huius Regni,vbi Laicus Iudex de Clericatu cognoſcit, vt dicitur in 2. par. noſtri textus,& dicemus in ſequenti deciden di ratione, & ſic coram eo non ſufficit ſola allegatio, ſed eſt neceſſaria probatio ex rationibus ſupra traditis quāuis probatio huiuſmodi practicetur diuerſimodè in Clericis in ſacris cōſtitutis, atq; in Clericis primæ tonſuræ,vel minorum ordinum,vt dicemus in ſeq.decidendi ratione.

Nec me latet aliquando ſufficere
194 aliquid allegare † quamuis non probetur,Nam id procedit,quando probatio eſt impoſſibilis, vt ſentire videtur Alex. conſ.94. in cauſa, & lite num.8. lib.2. quem refert, & ſequitur Afflict. deciſ.14. num. 7. Regulariter autem non ſufficit allegatio ſola,ſed eſt neceſſaria etiam probatio,vt ſupra dictū eſt.

Præterea circa eundem articulum, & ſupradictam decidendi rationem vtiliſſimè ad praxim animaduertes. Quod Iudex Laicus, citans aliquem inquiſitum, dicetur iuſtè, & legitimè informaſſe ſuam opinionem ad validitatem citationis, & neceſſitatem comparendi,etiam ſi teſtes examinati deſignent in inquiſito aliquam qualitatē, ſeù demonſtrationem, denotantem Clericatum,vt puta ſi dixerint, vidiſſe Clericum Petrum, vel Abbatem Petrum, vel Don Petrum de Tale (vbi Clerici primæ tonſuræ,vel minorum ordinum vocantur Don, vel Abbates) occidiſſe Franciſcum.Non obſtante enim eiuſmodi depoſitione teſtium,
195 poterit Iudex † Laicus expedire citationem contra huiuſmodi inquiſitū, eritque valida, & efficax. Et ratio eſt quia factum illud in quo conſiſtunt illa requiſita,declarata per Concil. Tridē. ſeſſ.23.in decre. de reform.cap.6.incipit, nullus prima, quæ latè explicabimus in ſeq. decidendi ratione; Non eſt ſufficienter probatum ex eo ſolo, quod teſtes nominent inquiſitum Clericum,Don, vel Abbatem, vel alia ſimili demonſtratione. Multi enim ſolo nomine appellantur Clerici, Don, vel Abbates, & nō habent dicta requiſita. Et forſan teſtes faciūt dictā denonominationē,ſeù demōſtrationē ab eo facto quod aliqn̄ fuit, & ſic ex ſolo nomine non infertur neceſſariò ad dicta requiſita.
196 Sæpiſſimè enim denominatio, † ſeù demonſtratio fit ſecundum illud tempus,quo res fuit talis;quamuis tempore denominationis, ſeù demonſtratio-
197 nis non ſit talis, & res † non à denominatione verborum, ſed ab eius effectu ſubſtantiam capit,iux.tex.in l.inſulam 56.ff.de acquir.rer.domin. l. cum falſa vbi Anto.de Padill.num.1. C. de iur.& facti ignoran.cum alijs ſupra allegatis in 2.prælud.num.45.& nomen
198 † ſolum parum prodeſt,niſi factum quoque habeatur,vt in authen.de priuileg.dot.in fin.principij,vbi gl. verb. impoſuerint colla. 8. & ſic nomen ſolum Clerici parum prodeſt,vbi factum eſt neceſſarium, maximè in materia de qua agimus,vbi tractatur de notabili præiudicio iuriſdictionis, & ſic probationes debent eſſe plenæ,& concludentes,vt notat Couar.pract. quæſtio. cap.33. num. 3. & dicemus plenius in ſeq.ratione decidendi. Sicque ex ſuperioribus concludo, Iudicem Laicum adhuc habere opinionem fundatam ad validitatem citationis, etiam ſi teſtes nominauerint inquiſitum Clericum, vel Don, aut alia ſimili demonſtratione.Et hoc eſt quod voluit ſignificare Carauit.hic nu.2. dicens, quod quando Iudex Laicus eſt certus, vel dubius, quod clericatus non prodeſt inquiſito,vt puta,quia non poteſt probare requiſita neceſſaria, de quibus infra,poterit eiuſmodi inquiſitus citari, etiam ſi à teſtibus nominetur Clericus, vel Don, vt fuſiùs explicabimus ad Carau.d.num.2.Quod tamen intellige ſecundum infraſcriptas declarationes.

Prima declaratio eſt,dummodò ſcilicet talis citatus non ſit Clericus in ſacris conſtitutus, ſed minorum ordinum tantum, vel ſimpliciter tonſura-

tis, Et ratio eſt, quia noſter textus non practicatur, niſi cum Clericis minorũ ordinum, vel ſimpliciter tonſuratis, vt ſæpè dictum eſt, & proſequimur ſtatim, in quibus, vltra Clericatum, eſt neceſſaria probatio facti, illorum ſcilicet requiſitorum d.cap.6. Concil. Triden. quod ſecus eſt in conſtitutis in ſacris, quibus competit fori priuilegium, eo ipſo quod tales ſunt, & à teſtibus tales demonſtrantur.

Secunda declaratio eſt præcedentis etiam declaratoria, vt ſcilicet ſi teſtes, qui inculpant huiuſmodi inquiſitum, eum nominando Clericum, Don, vel Abbatem dum interrogantur de cauſa ſcientiæ, quomodo ſcilicet ſciunt, dictum inquiſitum eſſe Clericum, reſpõderint id ſcire, quia viderunt eum ordinari, incedere in habitu, & tonſura, & ſeruire in diuinis, quæ ſunt requiſita d.cap. 6. Iſto enim caſu non poterit Iudex Laicus iuſtè, & legitimè expedire citationem, quia non poteſt dici, quod habet opinionem iuſtè, & legitimè fundatam, & informatam ad dictũ effectum. Secus tamen eſt, quando teſtes non reddunt congruam cauſam ſcientiæ, quia tunc procedit ſupradicta prima declaratio. Cuius rei ea eſt ra-
169 tio, quia teſtis † debet deponere concludenter, ad tex. in cap. in præſentia, de probatio. Lanfran. de Orian. in cap. quoniam contra num. 14. eod. tit. Roderi. Suarez conſ. 1. num. 165. Concludenter autem tunc dicitur deponere, quando reddit congruam cauſam ſcientiæ, quia dictum teſtis dependet ab eius ratione, & ab ea iuſtificatur, vel deſtruitur, ſecundum Alex. conf. 120. ponderatis narratis nu. 6. lib. 5. quem refert, & ſequitur Hortenſ. Canal. in ſua theori. & pract. de teſtib. 3. par. nu. 88. & ſcientia ſine ratione non eſt ſcientia, ſecundum Plato. in Theætet. ſeù de ſcientia fol. mihi 95. vbi etiam Marſil. Ficin. in epito. Et ſic opinio teſtis, & Iudicis in qua fundatur validitas citationis, vt diximus ſupra, regulatur à congruentia rationis, quam reddit teſtis ad eius dictum, & ſi confert concludenter ad Clericatum, non poterit expediri citatio.

In quo paſſu animaduertes, quod
200 cum dicta † teſtium, poſt quam iurauerunt, debeant indiminutè deſcribi, vt notat Foller. in pract. crimin. verb. capiat informationem num. 66. & ordinat Regia pragm. 6. ſub tit. de actuar. ſcrib. & eorum ſalar. ſi teſtes inculpauerint aliquem Clericum, tenebitur Scriba id ſcribere, & interrogare quomodo ſciunt, inculpatum eſſe Clericum, & poſtea Iudex in decernenda citatione procedet, conſiderata congruentia rationis, ſeu cauſæ ſcientiæ, iuxta paulò antea dicta.

Tertia declaratio eſt, quod nullo in
201 caſu Iudex † ponat in citatione aliquod ſignum, denotans Clericatum, in citato, vt puta dicendo, citetur Clericus, Don, vel Abbas Petrus, quia tunc ex eo ſolo inualidat citationem, & tollit à citato cõparendi neceſſitatẽ, ſecundum Vant. in tract. de nullita. tit. de nullit. ex defect. citatio. nu. 28. Quia Iudex ſuo proprio facto (quod ignorare non poteſt, cap. ab excommunicato de reſcrip.) ſe declarat incompetentem.

His igitur declarationibus attentis facili negotio poterit Iudex Laicus diſcernere, quando habeat legitimam ignorantiam Clericatus, & iuſtam opinionem laicitatis inquiſiti, ad finem expediendi citationem, iuxtà reſolutionem ſupratraditæ decidendi rationis, Qua retenta dici non poteſt ſimpliciter, & abſolutè, quod Iudex Laicus citans Clericum, quem talem ignorat, quinimmo opinatur eum eſſe Laicum, dicit ius ſupra ſuam iuriſdictionem, vt prætendit Primum principale argumentum per d. l. fin. ff. de iuriſdict. omni. iudi. qui tex. rectè ponderatus, potius confirmat noſtram decidendi rationem in illis verbis, idem, etſi ſupra iuriſdictionem ſuam velit ius dicere impunè non patetur, verbum enim illud, velit, denotat, quod ſcienter vult ius

lus decere ſupra ſuam iuriſdictionem, non autem ignoranter, vt nos ſupponimus, nemo enim vult, quod ignorat, vt patet ad ſenſum.

Scias tamen pro huius articuli complemento, quod quamuis ſupratradita decidendi ratio iuridica ſit, & vera, rarò tamen vidi eam practicari, & Clericos citatos comparere ad declinandum forum, ſeruata forma noſtri Ri-
202 tus; Et dixi rarò, quia aliquando † comparent, & præſertim die 3. Martij 1624. Doctor Petrus Franciſcus de Luca, & Ioannes Baptiſta Biſignano de Terra Morani inquiſiti, & citati in Magna Curia de fractura Carceris, allegantes Clericatum, comparuerunt ſpontè: Scriba eſt Mandaranus in Banca Florilli. Sed, vt dixi, rarò hoc contin-
203 git. Quare Iudices Laici † ſæpius procedunt ad citationem realem, id eſt capturam, quæ iuſtificatur ex eiſdem rationibus, & fundamentis, quibus paulò antea iuſtificauimus citationem verbalem, quia in hac parte æquiparantur eiuſmodi citationes, vt videtur ſentire Foller. practi. crimi. verb. notatos capiat de perſona nu. 2.

Supereſt nunc, tàm pro materiæ cõplemento, quàm pro ſatisfactione eorum quæ ſupra in fin. 3. præludij promiſimus, reſpondere quibuſdam argumentis, quæ à Doctoribus contra noſtram decidendi rationem ſolent ponderari. Diximus enim, quòd ratione ignorantiæ Clericatus, quam ſupponimus in Iudice Laico citante, & ratione opinionis communis, quam habet ex teſtium depoſitionibus, & ſuę etiam particularis, eſt valida citatio, & neceſſariã comparitio illius qui prætendit eſſe Clericus, Maximè ſtante reſolutione ſupra tradita in d. 3. præludio, quod ſcilicet priuilegiatus priuilegio in corpore iuris clauſo, prout eſt Clericus, ſi fuerit citatus tenetur comparere ad allegandum ſuum priuilegium, alias valebit ſententia punitiua contumaciæ ex d. l. ſi quis ex aliena ff. de iud. cum alijs ibi allegatis.

Contra huiuſmodi igitur reſolutio-
204 nem fortiter obſtat doctrina † Farina. in practi. crimin. tit. de inquiſitio. q. 8. num. 15. cum ſeqq. vbi cum alijs multis per eum allegatis, tenet, non valere proceſſum, nec pœnam punitiuam contumaciæ contra Clericum citatum non comparentem, etiam ſi Iudex Laicus, qui citauit, ignoret eum eſſe Clericum, & ipſe Clericus nihil opponat, & per conſequens ipſum non teneri comparere.

Sed, vt huiuſmodi difficultati (quæ non modica videtur) diſtinctè, & clarè ſatisfaciam, ſuppono, Quod ſupratradita Farinacij doctrina duas continet partes, quæ videntur aduerſari noſtræ ſuprapoſitæ reſolutioni: Prima eſt, quod Clericus citatus à Iudice Laico non teneatur comparere, etiam data ignorantia Clericatus in Iudice citante, quoniam adhuc eo caſu citatio, & omnia indè ſequuta ſunt nulla, & inualida, Altera pars eſt, huiuſmodi nullitatem, & inualiditatem citationis, & actorum ſubſiſtere, & habere effectum, etiam Clerico citato non opponente.

Ad primam igitur partem reſpondeo, quod iura quibus ſe fundat Farinac. nullo modo probant id, ad quod per eum allegantur, immo potius contrarium, qualitatem nimirum Clericatus, & eccleſiaſticarum perſonarũ fuiſſe notoriam illis Iudicibus, vt ex eorum iurium contextura liquidò colligere licet, vt puta, ſi in cap. aduerſus in prin. de immunit. eccleſ. ponderantur illa verba, ibi, & eccleſiaſticos viros grauare nituntur, & in cap. ſæculares de foro compet. in 6. ibi, perſonas eccleſiaſticas damnabili præſumptione compellunt, & in auth. ſtatuimus C. de epiſcop. & cler. ibi, eccleſiaſticam perſonam trahere, circa quod amplius nõ inſiſto, quia illorum iurium mens, & intentio prorſus eſt aliena à Farinacij prætenſione, vt quilibet mediocriter inſtructus videre poterit.

Et dico prætereà, quod, vt ſupra dictum eſt, noſtra decidendi ratio non funda-

fundatur in ſola ignorantia Clericatus ex parte Iudicis citantis, ſed etiam in actu poſitiuo, & affirmatiuo laicitatis citati, deſumpto ex teſtium depoſitionibus, & ipſius Iudicis opinione, ex quibus Iudex, qui citauit, non ſolum ignorat Clericatum citati, ſed etiam opinatur, & credit, eum eſſe laicum, & ſic informat animum ſuum, & eius o-
205 pinionem, non ex ſola ignorantia, † quæ cum habeat implicitam negatiuam, nihil ponit, vt notat Iaſ. in l. licet Imperator num. 37. ff. de legat. 1. Nulla conſtituta differentia inter negatiuam
206 explicitam, † & implicitam, vt in ſimili dicit Rip. reſponſ. 32. de elect. 4. num. 6. & ſic cum ignorantia habeat implicitam negatiuam naturā, vix eſt, quod poſſit de per ſe eſſe fundamentum alicuius iuriſdictionis, Deci. in cap. ſi duobus num. 12. verſ. & ad hoc bene facit de appellatio. Et per conſequens, ſola taciturnitas Clerici citati, quæ reſpicit ignorantiam citantis, non auget eius iuriſdictionem. Ignorantia autem huiuſmodi eſt ſufficiens ad excludendum obſtaculum, quod reſultaret ex ſcientia Clericatus.

Negari enim non poteſt, quod igno-
207 ranti † multoties permittitur, quod ſcienti non permitteretur, iuxta gloſ. fin. cum tex. ibi in l. ſi fortè ff. de offic. Præſid. & eſt regula in iure, quod ignorantia facti nemini nocet, l. regula eſt ff. de iur. & fact. ignor. Excluſo igitur per ignorantiam obſtaculo ſcientiæ clericatus, & accedente communi teſtium opinione, quæ poſitiuè, & affirmatiuè ſuſtinet iuriſdictionem, ex d. l. Barbarius cum alijs ſupra allegatis, mirum nihil, ſi citatio ſit valida, & ſuos producat effectus, non obſtante Farinacij doctrina, quæ nec iuribus per eum allegatis probatur, nec aliqua probabili ratione fulcitur.

Ad ſecundam autem partem eiuſdem difficultatis, & doctrinæ Farinacij Reſpondeo, quod maior pars Doctorũ per ipſum allegatorum dicunt contra-
208 rium, Citationem † nimirùm Clerici factam per Iudicem Laicum, & omnia indè ſequuta eſſe nulla, & inualida, Clerico tamen opponente, vt videre eſt apud Panorm. in cap. exceptionem num. 19. & Felyn. nu. 28. de exceptio. Archidia. in can. 2. num. 3. ibi, quàm primum nouerit, eum eſſe Clericum 15. q. 4. Bald. in l. generaliter la 2. num. 2. C. de Epiſcop. & Cler. Gramma. vot. 18. num. 11. & vot. 28. num. 7. & conſ. 1. num. 38. poſt Regias deciſ. Cœpoll. conſ. crim. 11. num. 1. ibi, quàm cito nouerit, eum eſſe Clericum, Ioan. Andr. in reg. ſcienti num. 7. verſ. tertio non releuat, de reg. iur. in 6. Couar. practi. quæſtio. cap. 33. nu. 2. ibi, poteſt quandocunque etiam poſt ſententiam opponi, Vrſil. ad Afflict. deciſ. 2. num. 3. Foller. in pract. crimin. verb. audiantur excuſatores num. 38. Guid. Pap. deciſ. 450. num. 1. ibi, cùm de eorum titulis docuerint. Omnes igitur prædicti DD. per Farinac. allegati tenent, eſſe neceſſarium, quod Clericus opponat de ſua prætenſione.

Quarè ad ſaluandam doctrinam Farinacij viri doctiſſimi, Aduerto, quod in præſenti articulo, duæ poſſunt tractari quæſtiones, Prima eſt, an Clericus citatus à Iudice Laico teneatur cõparere ad opponendum exceptionem Clericatus, ad eum effectum, vt eo non comparente poſſit contumax reputari, mulctari, aut foriudicari legitimè. Secunda eſt, an dato, quod non teneatur comparere, & quod etiam eo non comparente contumacia, mulcta, & omnia indè ſequuta ſint nulla, & inualida, an inquam teneatur comparere ad opponendum huiuſmodi nullitatem, in clericatu fundatam, quæ quidem duæ quæſtiones, diſtinctæ ſunt, & ſeparatæ, vt patet cuilibet perſpicaciter intuẽti.

Farinacius igitur eſt intelligendus ſecundum terminos primæ quæſtionis, in qua ipſe, & per eum allegati tenuerunt, Clericum citatum per Iudicem Laicum ignorantem clericatum non teneri comparere ad illum allegandum ante contumaciam, & mulctam,

ctam, ſed adhuc eo tacente eſſe nulla, & inualida, Quod quidem procedit attentis terminis iuris communis, & adhuc eis attétis habet hæc opinio ſuos contradictores, quorum ante ſignanus eſt Præceptor Bar. in l. 2. §. 1. ff. de iudi. cum alijs ſupra allegat. in fin. tertij præludij, & tetigimus ſupra in fin. huius decidendi rationis. De iure autem huius Regni hæc difficultas eſt ſopita, per noſtrum Ritum, qui loquitur de prætenſione Clerici citati ante contumaciam, vt aduertit Caraui. d. Rit. 65. num. 7. ad fin. & diſponit teneri comparere, ſub pœna contumaciæ, (vt agnouit Foller. d. verb. audiantur excuſatores num. 39. verſ. non bene inſpexiſti) mulctæ, banni, & foriudicationis, vt declarat, & ſupplet d. Rit. 65.

Quorum ratio depédet ex his, quæ ſupra diximus. Nam data ignorantia Clericatus in Iudice citante, & concurrente ſimul communi opinione laicitatis citati, nihil eſt cur, Iudex Laicus citans, nemine contradicente, non poſſit procedere ad contumaciam, mulctam, & ad ea, quæ indè ſequuntur; Quia in his terminis, nulla eſt differétia inter Laicum, & Clericum, quoad Iudicem citantem, nam ignorantia facti alieni eſt iuſta l. ſi ſeruus 32. iuncta ibi gloſ. ff. de ſolutio. Hieronym. Magon. deciſ. Lucen. 92. num. 17. Quod autem poſtea citatio, mulcta, & indè ſequuta declarentur nulla, Clerico comparente, & ſic amouente à Iudice citante ignorantiam, & opinionem contrariá, id non inficiamus, vt ſtatim dicemus, ſufficit enim nobis, quod Iudex Laicus ipſo iure poſſit citare, mulctare, bannire, & foriudicare, donec nemo legitimè comparet.

Reſpectu autem ſecundæ quæſtionis, dubium non eſt, quod Clericus poſtquam eſt contumax reputatus, & prætendit nullitatem contumaciæ, & omnium inde ſequutorum, tenetur opponere dictam nullitatem, fundatam in exceptione Clericatus, & ita colligitur ex omnibus DD. paulò antea allegatis, & adductis per Farinac. quibus addo Gamm. deciſ. Luſitan. 149. nu. 3.

209 Et ratio eſt, quia nullitatis † oppoſitio, ſiue per viam actionis, ſiue per viam exceptionis fiat, expeditur per officium Iudicis, vt pluribus relatis tenet Vanti. in tract. de nullit. rubr. 1. nu.

210 2. officium † autem Iudicis in huiuſmodi caſibus non impartitur, niſi petenti ad tex. in l. 1. §. Magiſtratibus ff. de Magiſtr. conuenien. & in l. 4. §. hoc autem ff. de damn. infect. & notat Ioan. Petr. de Ferrar. in pract. Papienſ. in for. libell. in actione real. in gloſ. verb. quatenus ex officio veſtro num. 6. in fin. ſuppoſito igitur, quod citatus, qui prætendit nullitatem citationis, & actorum fundatam in Clericatu, debet cõparere, & eam opponere; nullum habemus diſcrimen cum Farinacio, in his enim terminis loquitur d. Rit. 65. vt aduertit ibi Carauit. nu. 5. & 7. ad fin. Et nos id ſolum prætendimus, quod ſcilicet citatus compareat, & doceat de Clericatu, ſiue comparitio ſit ante contumaciam, ſolum ad petendum remiſſionem, vt loquitur noſter tex. ſecundum Caraui. d. num. 7. ad fin, ſiue poſt contumaciam, non ſolum ad petendum remiſſionem, ſed etiam ad declarandam nullam, & inualidam contumaciam, vt diſponit d. Rit. 65. & dicit Caraui. ibi num. 5. & 7. Gamm. d. deciſ. 140. num. 3. quam reſolutionem comprobant Vincen. de Franch. deciſ. 400. & ante eum Gramma. deciſ. 61. num. 18. & 19. quibus in locis conſtat, quod ad impediendum exequutionem ſententiæ Iudicis Laici, fuit neceſſarium, quod Clericus compareret, peteret remiſſionem, & probaret Clericatum, vt dicit Vincen. de Franch. ibi ante num. 1. quod nos libenter admittimus, vt paulò antea diximus, nam ſi Clericus citatus comparet, petit remiſſionem, & nullitatem actorum, probato Clericatu, vtique remittitur, & annullantur acta.

Et ratio eſt, quia, probato Clericatu, ceſſat Iudicis ignorantia, & opinio com-

211 communis, † quæ ſuſtinebat citationem, incipit cerrare cum veritate, quo caſu veritas præfertur opinioni, iuxta notata per Lap. d. allega. 89. num. 15. Boeri. d. deciſ. 150. num. 13. Mynſing. in §. ſi quis rem ſuam num. 2. in fin. inſti. de lega. Damaſ. vetuſtiſſ. reg. 115. vt refertur lib. 13. regu. iur. verb. opinio, & veritas, Ioan. Andr. in reg. ſcienti num. 7. verſ. tertio non releuat de reg. iur. in 6. & facit tex. In can. veritate 8. diſtin. Proptereaque in principio huius decidendi rationis diximus (ſi rectè memini) quod opinio communis præfertur veritati occukæ. Vndè ſi dicta doctrina Gramma. & Vincan. de Franch. ſubtiliter perpendatur, quamuis primo intuitu videatur nobis aduerſari, poteſt tamen non incongruè retorqueri pro noſtra opinione, Negari quippè non poteſt, quod fatentur, eſſe neceſſariam comparitionem, ad allegandam nullitatem. Semper tamen debet eſſe de perſona, vt dicti Ritus diſponunt per rationem traditam in ſuperioribus num. 187. cum ſeqq.

Vel tandem, & forſan melius reſpondeo, quod Farinacius, & omnes DD. per eum allegati, tenentes, non valere proceſſum, nec pœnam punitiuam cōtumaciæ contra Clericum citatum non comparentem, etiam ſi Iudex Laicus, qui citauit ignoret eum eſſe Clericum, & ipſe Clericus nihil opponat, ſicque eum non teneri comparere, tribus nituntur principalibus fundamentis, quæ quæ quidem rectè diſcuſſa, & ſine pertinacia perpenſa nihil obſtant. Primùm eſt, quod iura Canonica maximè abhorrent, quod Iudex Laicus aliquo modo cognoſcat de Clerico, Can. nullus iudicum 11. q. 1. cum alijs ſupra in primo principali argumento allegatis.

212 Secundum eſt, quod Clericus † nihil opponendo, & non comparendo, & ſic per tacitum conſenſum non poteſt protogare iuriſdictionem, & Iudicem facere eum, quem non poſſet etiam per expreſſum conſenſum, cap. ſi diligenti de for. compet. cum alijs in eod. primo principali argum. allegatis. Vnde inferunt, quod huiuſmodi exceptio fori declinatoria in Clericatu fundata reddit iudicium retro nullum, & propterea poteſt opponi in quacunque iudicij parte, adeo quod impedit trium conformium ſententiarum exequutionem, Couarr. practi. quæſt. cap. 33. nu. 2.

Tertium eſt, quod quando Iudex
213 † ipſo iure non habet iuriſdictionem in citatum, vt contingit in Iudice Laico citante Clericum, tunc citatus non tenetur comparere, nec priuilegium allegare, etiam ſi exceptio ſit ignota citanti, ad quod probandum allegant tex. in l. generaliter 50. iuncta ibi gloſ. verb. ipſo iure, vbi notat Bald. num. 2. C. de Epiſcop. & Cleric. Paul. Caſtren. conſ. 431. videtur dicendum num. 4. lib. 1. quem refert, & ſequitur Petr. Barboſ. in d. l. ſi quis ex aliena num. 34. ff. de iudic. & fuiſſe doctrinam Petri, & Cyni, referunt Bald. & Paul. Caſtrenſ. vbi ſupra, huiuſmodi igitur tria fundamenta diſtinctè, & ſubtiliter ſunt diſcutienda, vt veritas noſtræ decidendi rationis clarior, & fortior appareat.

Primum igitur ex ſe patet quantum ſit facile in ſpecie de qua agimus, Nā ſuppoſita ignorantia Clericatus à Iudice citante non poteſt dici propriè, quod cognoſcit de Clerico, nam ignorantia opponitur cognitioni, vt patet ad ſenſum, & qualitas Clericatus, cùm non inſit hominibus naturaliter, eſt probanda per eum, qui in ea ſe fundat, vt diximus ſupra in 4. prælud. in prin. Et dùm non probatur, habet Iudex, qui citauit fundatum ſuam intentionem, nec poteſt dici, quod cognoſcit de Clerico.

Quibus accedat, quod quando Iudex Laicus citat aliquem, ignorando Clericatum, quinimmo opinando citatum eſſe ſuæ iuriſdictionis, & citatus prætendit eſſe Clericus, & propterea non teneri comparere, nec adhuc ad allegandum Clericatum; Tunc cognitio,

(quam

(quam citans prætendit ſibi competere,quia citauit) non prætenditur ſimpliciter,& abſolutè ſuper Clerico, ſed ſuper Clericatu, quatenus opus ſit hanc exceptionem, tanquam fori declinatoriam ante cauſam principalem (in qua agitur de Cletico)diſcutere, vt diximus ſupra in 4.præludio nu.65. Et quamuis verum ſit, quod iura Canonica deteſtantur, quod Iudex Laicus de Clerico quoquo modo cognoſcat,vt dicunt præfati DD. de iure autem noſtri Regni de Clericatu cognoſcere vtique poteſt, per noſtrum tex. &d.Rit.65. & dicemus in ſeq.decidēdi ratione.Vnde cùm huiuſmodi Clericatus qualitas ſit probanda in Regno coram Laico Iudice, ſequitur,quod citatus tenetur coram eo comparere,ad illam allegandam,& probandam, quia ſaltem in hoc articulo poteſt Iudex Laicus cognoſcere de Clerico, vel dic potius de Clericatu.Fruſtratoria enim & inutilis eſſet noſtri tex.diſpoſitio,in eius 2.parte, dùm Iudici Laico concedit Clericatus cognitionem, ſi non poſſet citatum compellere ad illum allegandum,& probandum,mediantibus citatione,mulcta, banno, & foriudicatione, Sicque neceſſariò concludendum eſt, quod ſuppoſita in Regno poteſtate in Iudice Laico cognoſcendi de Clericatu,debemus etiam concedere poteſtatem citandi,& mulctandi tanquam neceſſarium antecedens,arg.tex. in l.2.ff.de iuriſd.omn.iud.& in l.fin.in fin.ff.de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. iunctis his, quæ ſupra diximus nu.190 Quam ſolutionem ſub paucis verbis agnouit Petr. Barboſ.in d. l. ſi quis ex aliena num.67.ff.de iudic.vbi ait,quod quando eſt dubium de Clericatu,licet non compareat Clericus coram Laico Iudice citante, quidquid actum fuerit eſt nullum, quia cognitio iſtius dubij pertinet ad Eccleſiaſticum,non ad Sæcularem,cap. ſi Iudex Laicus de ſente. excommun. in 6. Quæ ratio non militat in Regno Neapol. (ſubdit Barboſa) vbi Laicus Iudex cognoſcit de Clericatu,& hæc eſt vera,& cordata reſponſio ad primum ſuprapoſitum fundamētum,& ſecurè tenenda.

Neque ſecundum ſtringit in caſu de quo agimus, Nam quamuis verum ſit,non poſſe Clericos, per eorum expreſſum conſenſum, etiam accedente iuramento, prorogare Iudicis Laici iuriſdictionem,& eum facere Iudicem. Negari tamen non poteſt,quod Cleri-
214 ci † primæ tonſuræ, & minorum ordinum (de quibus loquitur noſter tex. vt ſæpè dictum eſt) poſſunt aliquando tacitè, per eorum factum, renunciare priuilegio fori, & ſe ſummittere iuriſdictioni Iudicis Laici,vt puta,non obſeruando requiſita Sacroſ. Concil.Triden.d.ſeſſio.23. in decret. de reformatione cap.6.incipit, nullus prima, iux. notata per Archidia. in cap.1. num.2. de cleri.coniug.in 6. Maur. Burg.in tract.de mod. proced. ex abrup. q. 65. num:39.cent.1.Iaſ.in l. cum quid in 2.lectu.num.13.ff.ſi cert.peta.Cœpol. conſ. 11. caſus talis eſt num. 16. inter crimin.optimus tex. in cap. fin. iuncta ibi gloſ.verbo cum facto de vit. & honeſt. cleric. & Iaſonem ſequitur Otalor.de nobilit.in 2.par.tertiæ par.princip.cap.9.num.16.verſ.facit in confirmatione. Vnde cùm iuriſdictionis prorogatio ſit in hoc caſu poſſibilis,ceſſat efficacia argumenti,quæ in impoſſibi-
215 litate fundatur,& ſic,data † inſtantia ceſſat vis argumenti, gloſ. verb. ſic & ego in can. ſicut vrgen.1. q. 1. ſimilis gloſ.verb. genera in l. manumiſſiones ff.de iuſt.& iur.Chaſſan. in Conſuetu. Burgund.rub.7.§.8.in gloſ.verb.Loiugain degit. num. 4. Ex quibus etiam ſequitur, quod quamuis hæc exceptio Clericatus poſſit opponi in quacumque parte iudicij,quia reddit iudicium retronullum, tenebitur tamen Clericus excipiens,ſi fuerit primæ tonſuræ, aut minorum ordinum,comparere coram Iudice Laico, ad eam opponendā, ſtante quod eſt capax huius cognitionis, vt ſupra diximus.

Neque tandem obſtat tertium fundamen-

damentum ſupra adductum, deſum-
216 ptumquè ex d.l.generaliter 50. † C.
de Epiſcop.& Cler. iuncta ibi gl. verb.
ipſo iure. Nam reſpondeo, quod no-
ſtra decidendi ratio non fundatur in
eo principio, An ſcilicet Iudex habeat
ipſo iure iuriſdictionem in citatum
nec ne, vt prætendunt Bald. Paul. de
Caſtr. & alij, ſed in opinione Iudicis ci
tantis, ac ignorantis qualitatem citati,
quæ longè diuerſa ſunt, vt patet ad ſen
ſum, Circa opinionem enim Iudicis ci-
tantis, habentiſque fundatam ſuam
intentionem, (quia nemo præſumi-
tur priuilegiatus,) ac ignoran-
tis qualitatem citati, nihil pertinet,
quod citatus ipſo iure ſit exemptus;
dùm id latet ipſi Iudici, qui iuſte igno-
rat factum alienum l. ſi ſeruus 32. iun-
cta ibi gloſ. ff. de ſolutio. Hierony. Ma-
gon. deciſ. Lucen. 92. num. 17. ſtante
igitur huiuſmodi iuſta ignorantia, ini-
quum eſſet, & iniuſtum, quod aliqua
Iudex afficeretur pœna, per annullatio
nem actorum, negari quippè non po-
217 teſt, quod actorum nullitas † eſt pœ-
na, Præceptor Bar. in l. Turpia num. 1.
ff. de legat. 1. idem Magon. deciſ. Flo-
ren. 36. num. 6.

Quibus addo, quod tex. in d.l. gene-
raliter vix eſt (meo videri) quod pro-
bet id, ad quod per Bald. & Paul. alle-
gatur, ſolum enim dicit ille tex. quod
Clerici in ſacris conſtituti, & Mona-
ci, quamuis non ſint Clerici, ſunt exē-
pti ab onere cuiuſuis tutelæ, & curæ,
& hoc quidem ipſo iure, Quod au-
tem huiuſmodi perſonæ, ſibi pul-
ſatæ fuerint, non teneantur huiuſmo-
di exemptionem, ſeù priuilegium
allegare, ille textus non dicit; Quin-
immo regula eſt in contrarium, is e-
218 nim † cui aliqua competit exceptio,
etiam ipſo iure tenetur eam Iudici no-
ficare Angel. in §. omnis num. 7. inſti.
de verb. oblig. Præceptor Bar. in l. ſi ma
ter C. de ſuis, & legit. hæred. optimus
tex. ſubtiliter inductus in l. eumq. 56. §.
qui ita el. 1. vbi idem Bar. n. 4. & Alex.
num. 5. dicens communem ff. de verb.
obliga. Deci. in terminis Clericatus in
l. fin. num. 16. in fin. ff. de iuriſdi. omni.
iud. faciunt notata per Roderi. Suarez
in l. poſt rem iudicatam verſ. ſed pro
euidentia num. 40. ff. de ſenten. & re
iudic. ſi enim exceptio, quæ competit
ipſo iure, & de qua Iudici conſtat ex
natura ipſius actionis intentatæ, ad-
huc eſt opponenda, vt in d. §. qui ita,
ibi, exceptione pacti conuenti, &c. vel
ſaltem Iudici notificanda, in allegatio-
nibus Aduocatorum, vt dicunt prælle
gati DD. quantò magis exceptio Cle-
ricatus, de qua nulla ratione conſtat
legitimè ipſi Iudici citanti, debet alle-
gari, quamuis ipſo iure competat ci-
tato.

In quo paſſu notabis omnino, quod
Bald. & Paul. Caſtrenſ. vbi ſupra dixe-
runt, eandem eorum opinionem te-
nuiſſe Petrum, & Cynum Doctores
antiquos, Sed parcant mihi dicti domi
ni, nam ſi loquuntur de Petro de Bel-
lapertica, ipſe in d. l. generaliter ver-
bum nullum dicit circa hunc articu-
lum, Cynus autem ſi rectè, & iudicio-
sè conſideretur, cōtrarium eius, quod
Bald. & Caſtre. exiſtimant, docet, & nè
219 temerarius videar, volui Cyn. † expreſ-
ſa verba hic inſerere. Ait igitur nu. 1.
Lex iſta videtur dicere, quod iſti (id eſt.
Clerici in ſacris conſtituti, & Monaci
quamuis non ſint Clerici) ſunt ipſo iure
immunes à tutelis. Contra, quod imo ha-
bent excuſationem proponere, vt ff. de
excuſatio. tut. l. ſcire oportet §. ſcire. So-
lu. Quidam ſunt, qui ipſo iure ſunt im-
munes à tutelis, & iſti non habent neceſ-
ſe ſe excuſare, vt hic, Quidam ſunt non
habentes ipſo iure immunitatem, ſed ha-
bent facultatem ſe excuſandi, & de illis
loquitur ibi. Iſta ſolutio facit ad quæ-
ſtionē, ſi citatus exemptus ſit, nùmquid
venire teneatur coram Iudice ad ſe
excuſandum? & ſi non veniat proceſſus
habitus contra eum valeat? Et dicunt
Doctores, aut eſt certum eum exemptū,
& venire non tenetur, aut dubium, tunc
ſic, vt nota. ff. ſi quis in ius voc. non ier.
l. 2. Sed nimis indiſtinctè reſpondent.

Quia

Quia refert, an ſint ipſo iure exempti, & immediatè ſubiecti alij Iudici, & tunc ſi quidem hoc ſit notorium, non tenentur venire, vt hic, nec tenet proceſſus; Aut non ſunt ipſo iure exempti, vt ſunt viduæ, pupilli, & miſerabiles perſonæ, quæ non ſunt ipſo iure immunes, ſed habent facultatem ſe ſubtrahendi, & ſicut ſunt hi, qui non debent trahi vltra dietam, iſti debent venire, & proponere ſuum ius, alias tenet proceſſus, & hoc innuit lex, quæ dicit, quod legatus, qui habet ius reuocandi domum, tenetur venire, quia ipſo iure ſibi hoc non competit, vt l. ſi quis ex aliena in fin. Hactenus Cynus. Cuius opinio (quæ eſt in d. verſ. ſed nimis indiſtinctè) continet, vt patet euidenter, quod ſi citatus ſit ipſo iure exemptus, & immediatè ſubiectus alij Iudici, tunc, ſi hoc eſt notoriũ, non tenetur venire, nec tenet proceſſus, vt in d. l. generaliter. Sicque Cynus ſolummodo loquitur caſu quo exemptio eſt notoria, ſubaudi Iudici, vt ſupra num. 60. Illum autem caſum, quando nimirum exemptio non eſt notoria, prout eſt caſus noſter, Cynus nõ determinat expreſsè, quaſi quod ex dictis cenſeatur determinatus, per naturam contrariorum, argum. tex. in prin. Inſti. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. cum vulgat. Nam ſi quando exceptio eſt notoria Iudici citanti, citatus non tenetur comparere, & proceſſus eſt nullus, ergo quando non eſt notoria, tenebitur, per dictum argumentum à contrarijs; & in ſumma Cynus intelligit d. l. generaliter, caſu quo exemptio ipſo iure competens, eſt notoria Iudici contra inductionem Bald. & Paul. Caſtrenſ.

Et dato caſu (non tamen conceſſo) quod ille tex. probet id, ad quod per eos allegatur, nempè, quod habens priuilegium exemptionis ipſo iure, etiam ſi non ſit notorium, non teneatur citatus comparere ad illud allegandum. Adhuc non rectè infertur de eo tex. qui expreſsè loquitur in exemptione à tutela, & cura, ad exemptionem priuilegij fori, quod nullo iure probatur competere Clericis ipſo iure, nec adeſt tex. aliquis, qui id dicat.

Quin imò, & ſi adhuc concederemus, fori priuilegium competere Clericis ipſo iure ideſt eo ipſo, quod ſunt Clerici, id quidem intelligendum eſt, & procedit, quoad Clericos in ſacris conſtitutos, de quibus loquitur ille
220 tex. Non verò † quoad Clericos primæ tonſuræ, & minorum ordinum, de quibus nos loquimur, ij enim ad hoc vt fori gaudeant priuilegio, non ſufficit eis, quod ſint Clerici, ideſt ordinati, ſed eſt etiam neceſſarium, quod obſeruent illa requiſita, de quibus in Sacroſ. Concil. Triden. d. ſeſſio. 23. cap. 6. in decret. de reform. quæ quidem requiſita conſiſtunt in facto, vt dicemus in ſeq. decidẽdi ratione, ſicq; non poſſunt ineſſe Clericis ipſo iure, ſed debent probari, per regulam tex. in l. in bello §. factæ ff. de capti. & poſtlim. reuerſ. quam proſequitur Menoch. de præſumptio. lib. 6. præſumptio. 14. per totam. Ex quibus manifeſtè conſtat tex. in d. l. generaliter, ſaltem quoad Clericos primæ tonſuræ, & minorum ordinum, non rectè induci ad probandum, quod fori priuilegium competit eis ipſo iure, vt Bald. & alij exiſtimabant.

Et meritò quidem, quia quoad huiuſmodi Clericos non ita ſolidè ſubſiſtit fori priuilegium; Quia quãuis ſint diuini muneris miniſterio addicti, ſunt tamen addicti reuocabiliter, vt ita loquar, ſiquidem poſſunt liberè redire ad ſæculum, matrimonium contrahere, & nullus eis fuit impreſſus character, vt diximus ſupra in 2. prælud. Propterea que ſanctiſſimè, vt omnia alia, Sacroſanctum Concil. Triden. d. cap. 6 decreuit, Clericorum mores reformando, ita demum huiuſmodi Clericos primæ tonſuræ, & minorum ordinum fori priuilegio gaudere, ſi illa requiſita obſeruauerint.

Ex eo etiam, quod fori priuilegium in huiuſmodi Clericis non ita ſolidè

ſubſiſtit; videmus quoque, quod con-
221 ſuetudine † legitimè præſcripta fieri poteſt, quod Sæcularis Iudex poſſit cognoſcere de criminibus horum Clericorum primæ tonſuræ, vel minorum ordinum, vt in ſpecie ſentit Innocen. in cap. 1. num. 3. de apoſtat. Hippol. de Marſil. ſing. 690. ex quibus, & alijs fundamentis id validè defendit Barboſ. in l. Titia nu. 32. ff. ſolut. matrim. Ioan. Anto. de Nigr. in d. extrauag. Clemen. 17. in gloſ. verb. priuilegio num. 279. de vit. & honeſt. Cleric. & conferunt quæ doctiſſimè tradit Couar. in pract. quæſtio. cap. 31. nu. 5. ſicque patet euidenter, doctrinam Bald. Paul. Caſtrenſ. & aliorum per Farin a. allegatorum non aduerſari noſtræ decidendi rationi, quæ loquitur in diuerſis terminis, & à dictis argumentis, & impugnationibus libera remanet, clara, ſolida, & efficax.

Particularis decidendi ratio ad 2. partem noſtri Text.

SEquitur nunc (iuxta promiſſi ordinis vinculum) particularem decidendi rationem ad ſecundam noſtri tex. partem aſſignare, in qua diſponitur in effectu, Iudicem Laicum, qui citauit, aut carcerauit eum, qui prætendit eſſe Clericus, cognoſcere formiter de Clericatu, dato termino, & adhibita cauſæ cognitione ſuper documentis Clericatus. Cuius diſpoſitionis decidendi ratio ſequenti demonſtratione probatur. Quia quamuis Iudex Laicus cognitionis eccleſiaſticarum, & ſpiritualium rerum ſit incapax, cap. ſi Iudex Laicus de ſenten. excommu. in 6. cum alijs allegatis ſupra in 2. principali argumento. Quando autem cognitio rei eccleſiaſticæ, & ſpiritualis eſt circa nudum, & merum factum ipſius, vtique de eo Iudex Sæcularis cognoſcere poteſt. Sed cognitio Clericatus in ſpecie de qua agimus eſt circa merum, & nudum factum, Ergò poterit Iudex Laicus de eo cognoſcere. In iſtiuſmodi igitur ſylogiſmi diſcurſu, & efficacia conſiſtit, & comprehenditur noſtra decidendi ratio, quare eius ſinguiæ partes, & propoſitiones diſtinctè, & methodicè ſunt examinandæ.

Maior ergò propoſitio, quæ habet
222 Iudicem Laicum † eſſe capacem cognitionis ſuper facto rei eccleſiaſticæ, & ſpiritualis, probatur argumento tex. in cap. licèt mulieres de iur. iur. in 6. optimus tex. in cap. decernimus 8. cum eius materia de ſenten. excomm. cod. lib. Præceptor Bart. in l. quoties C. de iudi. & in l. qui iuriſdictioni num. 4. ff. de iuriſdict. omn. iudi. Panorm. in cap. cum ſit generale nu. 17. de foro compet. Andr. de Iſern. in cap. vnic. verb. contrahentium inceſtas nuptias num. 38. tit. quæ ſint regal. in vſib. feud. & ex multis dicunt communem opinionem Capyc. decis. 7. num. 2. Franciſc. Turza. in ſuis commun. opinion. opinio. 90. vt refertur tom. 1. commu. opinion. tit. de iudic. num. 112. Zeuall. in ſpecul. commun. contr. commu. q. 403. vbi pluries dicit commun. Couar. de ſponſal. 2. par. cap. 8. §. 12. num. 3. Afflict. deciſ. 219. num. 5. Guttier. pract. quæſtio. lib. 3. q. 26. num. 2. & Canoni. quæſtio. lib. 1. cap. 34. num. 17. & ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatum in eo Senatu refert Anto. Gamm. deciſ. 194. Vant. in tracta. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iuriſd. num. 54. in fin. Petr. Barboſ. in l. Titia num. 22. verſ. ſecunda concluſio ff. ſolut. matrim. Didac. Sahag. in repetitio. cap. fin. num. 52. verſ. contrarium tamen de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. cum mille alijs, quæ pro hac parte poſſent allegari, quæ conſultò prolixitatis vitandi gratia omittuntur.

Ratio, autem quare Iudex Laicus de articulo facti rei eccleſiaſticæ, & ſpiritualis cognoſcere poſſit eſt, quia in huiuſmodi facti cognitione nullum eſt periculum, quod ipſe aliter ſtatuat, vel determinet, quàm ab Eccleſia eſt ſtatutum, & determinatum, Nec quod ab ipſius eccleſiæ decretis, dogmatibus,

bus,& inſtitutis in aliquo deuiet,Quia
223 quamuis iuris quæſtio † à lege, & eius conditore dependeat, facti autem quæſtio ipſius iudicantis eſt,ideſt executio,l.ordine decurionum 15. ff. ad municip.& de incol.l.1,§. ſed non vtique verſ. nam ſi quidem ff. de Senat. conſ.Turpil.vnde Vlpia.in l. eum quē temere 79.§.1.ff.de iudic. dixit, quod
224 Iudex † in cauſa facti non debet conſulere ſuperiorem, ſecus verò in cauſa iuris,quia eius determinatio à lege, & eius conditore dependet, vt dicebamus, ſicque quando Iudex Laicus determinat cauſam facti, ipſa lex determinat quæſtionem iuris ſuper ipſo facto,ex qua ratione introducta fuit quędam Portugalliæ ordinatio, qua cauetur,quod de cauſa Apoſtaſiæ poſſit Iudex Laicus cognoſcere, & iudicare, quia de ea non poteſt dubitari, neque adeſt dubium aliquod,de quo eccleſia cognoſcat, quaſi dicat, quod non eſt dubium iuris, quod egeat declaratione, vel deciſionę eccleſiæ, vt refert Barboſ.vbi ſupra num.54. verſ. his ita explicatis.Et nos in hoc Regno habemus ſimilem conſtitutionem, quæ incipit,Apoſtatantes. Sicque in propoſito noſtro,cùm in quæſtione facti Clericatus nullum ſit dubium, quod ad Eccleſiam pertineat, & egeat eius declaratione, poterit de ea Iudex Laicus cognoſcere, & dùm hæc ſcriberem, vidi Andr.de Iſern. vbi ſupra num.33. qui dicit,quod de crimine hæreſis non poſſunt Iudices Sęculares cognoſcere, quia ignorant Conſtitutiones Papales,quæ quotidie ſuper hoc crimine emanant.Quæ quidem ratio mature conſiderata ſatis ad propoſitum noſtrum conducit,& ex Bald.notat Boer. deciſ.69. num. 29. quod poſſeſſorium cauſæ ſpiritualis non eſt ſpirituale,
225 quia,cùm ſit facti, † non tangit medullam veritatis,& propterea poteſt de eo Iudex Laicus cognoſcere, refert,& ſequitur Andr.Gayl.obſerua.38.num. 3. lib. 1. Balb. deciſ. 174. vt refertur tom.1.commun.opinio.tit. de iud.nu. 111. cum alijs infra allegandis 2. par num.303.& adductis à Petr.Cened.in Collecta.4.ad decretal.quod in effectu idem eſt,quod ſupra dicebamus, propterea nimirum Iudicem Sæcularem de cauſa facti rei ſpiritualis cognoſcere poſſe, quia in eiuſmodi cognitionę non verſatur periculum aliquod,quod ipſe aliter ſtatuat,& determinęt,quàm ab eccleſia eſt ſtatutum,& determinatum,cùm talis cognitio (cùm facti ſit) non tangat medullam veritatis. Authoritate igitur, & ratione ex ſuperioribus remanet ſatis probata maior propoſito ſuprapoſiti ſyllogiſmi, quæ habet, Iudicem Sæcularem de cauſa, ſeù articulo facti rei eccleſiaſticæ, & ſpiritualis cognoſcere poſſe. Et licet reſolutio huiuſmodi aliquas habeat difficultatis,eas facilius,& opportunius diſſoluemus in reſponſione ad 2. principale argumentum, in præſentiarum enim ſolum intendo puram, & veram decidendi rationem adducere, omiſſis diſputationibus, & digreſſionibus.

Minor autem eiuſdem ſyllogiſmi propoſitio,quæ habet,articulum Clericatus in ſpecie, de qua agimus eſſe facti, & in facto conſiſtere,patet etiam euidenter.Quam vt perfectè intelligas
226 Aduerte, quæſtionem † ſiuè cauſam iuris eam dici, quando ſcilicet partes ſunt in facto concordes, dubitant tamen an illud ritè,& rectè interceſſerit, vel fuerit factum, ita quod iuxta iuris diſpoſitionem poſſit, & debeat tale factum ſubſiſtere, & valere, nec ne. A contrario autem ea dicitur cauſa, ſeù quæſtio facti, quando ſcilicet partes ius illius facti ſupponentes, ſolum dubitant, an illud factum contigerit, & ſic ſe habeat. Quam diſtinctionem inter facti, & iuris quæſtionem notant expreſsè Bald.in l.generaliter 50. nu. 3.C. de Epiſcop. & Cleric. & ex Bart. in d.l.Titia nu.8.ff.ſolut.matrim.Petr. Barboſ.ibidem num.24. Andr.Gayl.d. obſeru.38.num.4.lib.1.Franc.Duar.in libell.quem inſcribit,Scebola,ad l. qui Romæ §.Augerius num.3. ff. de verb.

 obliga.

obliga. Coraſ. in l. idem erit num. 2. ff. de ſtat. homin. & nouiſſimè Dida. Sahagu. vbi ſupra verſ. hac difficultate, & facit tex. in l. aſſecuratio. C. de nou. numer. pecun. optimè Cyn. in l. Aretuſa. nu. 7. ff. de ſtat. hom.

Præterea eſt animaduertendum, 227 quod Clericatus † nihil aliud eſt, niſi qualitas quædam ſpiritualis ex ordinum ſuſceptione proueniens iux. ea quæ ſupra in 2. prælud. in prin. adnotauimus; Quæ quidem qualitas plures producit effectus in beneficium, & vtilitatem ordinati, inter quos ille eſt efficaciſſimus, qui conſiſtit in priuilegio fori, de quo ſimiliter egimus in d. 2. prælud. vbi etiam diximus, Priuilegium hoc ita tenaciter Clericis competere, vt per ipſos tacitè, vel expreſsè etiam cum iuramento renunciari non poteſt. Bene verum eſt, quod aliqui ſunt caſus à iure Pontificio expreſſi, in quibus Clerici non gaudent huiuſmodi fori priuilegio fundato in Clericatu, vt diximus in eodem 2. prælud. in fin. Quorum quidem caſuum vnus eſt ille, ad propoſitum noſtrum conſidera-
228 bilis, Quando nimirum Clericus † non incedit in habitu, & tonſura, & tertio monitus recuſat habitum, & tonſuram reaſſumere, tunc enim Clericatus ei non ſuffragatur, vt fori priuilegio gaudere poſſit, tex. eſt expreſſus in cap. contingit 45. de ſenten. excomm. & latè proſequitur Farinac. in practi. crimin. tit. de inquiſitio. q. 8. num. 60. cui addo Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 11. §. dubitatur num. 7. Ioan. Anto. de Nigr. in d. extrauag. Clement. 7. in gloſ. verb. canonicas num. 1. Et merito
229 quidem, quia qualitas † veſtium, & habitus excellentiam corporis, & animi oſtendit, clemen. fin. §. dignitatem de vita, & honeſt. cleri. l. ſed etſi quid 19. §. ſufficienter cum ſeq. ff. de vſufr. & facit illud Biantis Magiſtratus virū oſtendit, & toga, & pretexta oſtendunt Magiſtratum, quod explicat Paul. Manut. in adag. Magiſtratus virum indicat, & in adag. veſtis virum facit Tiraq. de leg. connub. l. 3. nu. 52. ex quo Alexan. Seuer. Cæſar voluit omnibus officijs, & dignitatibus proprium veſtium, & habituum genus deſignare, vt legitur apud Lamprid. in vit. Alexandri, & Romæ à Senatu aliquando fuit lata ſententia, vt ſeruos à liberis cultus, & habitus diſtingueret, Deinde apparuit (inquit Seneca in lib. de Clementia) quantum periculum imminenet ſi ſerui noſtri nos numerare cœpiſſent. Videmus etiam quod vnicui-
230 que † ſexui proprius, & diſtinctus deſignatus eſt habitus, quem mutari prohibitum fuit lege veteri, vt habetur Deuthero. cap. 22. ibi, non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fæminea, abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hoc, cuius meminit Tiraq. vbi ſupra num. 45. & legitur in Can. ſi qua mulier 30. diſtin. vnuſquiſque igitur, ſecundum ſui ſta-
231 tus dignitatem, habitum † portare tenetur, vt dicit gloſ. verb. dignitatis in cap. quia nonnulli 3. de cleri. non reſiden. & facit eleganter tex. in l. 1. C. de veſtib. Holober. & aurati. lib. 11. quia habitus, & veſtes ſunt ad dignitatem, & decorem, vt habetur Exod. cap. 28. & refert Chaſſan. in Chatal. glor. mund. par. 12. conſiderat. 96. Vnde
232 vidua, † quæ habitum nigrum non gerit, non dicitur vidualem vitam ſeruare Alexan. in l. Mulier. §. cum proponeretur num. 12. ff. ad Senat. conſ. Trebell. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 19. num. 26. Indeque olim
233 ancillarum † veſtes propriæ, ſicut, & meretricum, & ingenuarum, ſeu matrum familias diſtinctæ erant.

Propteréaque ſi mater familias in veſte, & habitu meretricali deprædenſa fuiſſet, eiuſque pudicitia attentata, iniuriarum actione agere non poterat, vt reſpondit I.C. in l. Item apud labeonem 15. §. ſi quis virgines ff. de rit. nuptia. Non enim honos debetur ei, quæ ſe in tantum ſcelus deduxerit, vt dicebat tex. in l. Senatoris filia 47. ff. de rit. nupti.

Ex ſu-

Ex ſupradictiſque infertur ratio ad
234 Pragm. † 1. & 3. huius Regni ſub tit. de perſonat. & eorum veſtib. Quibus accuratiſſimo conſilio ſancitum extat, quod tempore Carniſpriuij Maſcaræ, (vt ita loquar) non poſſint incedere in habitu Clericali, Monacali, aut Heremitico, ſub pœnis in dd. pragmaticis contentis. Quod quidem iam iure communi erat diſpoſitum, vt eſt tex. in l. Mime. C. de Epiſcop. audien. renouatus in authen. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. ſi. collat. 9. vbi gloſ. verb. monaci. Indecorum enim, & indignum eſt, vt eiuſmodi veſtibus perſonatus, ſeu maſcaræ vtantur, Harum enim finis, & turpis eſt, & obſcenus, vt experientia quotidie docet, nam quis ignorat quanta crimina, & peccata in Dei optimi, & maximi offenſam, ex Maſcararum vſu patrari. Nomenque ipſum indicat inuentum fuiſſe Diabolicum, nomina enim ſunt rebus conuenientia §. eſt &
235 aliud inſti. de donatio. Maſcara † enim à dictione Maſca deriuatur; Maſca vero apud Longobardos Cacodemones illos nocturnos, ſtriges, & lamias ſignificat, vt eſt tex. in l. fin. de homicid. ſeruor. miniſtral. lib. 1. tit. 11. in legib. Longobar. Nullus præſumat (inquit Rhotarius eo loci) Aldiam alienam, aut ancillam, quaſi ſtrigam, quæ vulgò dicitur Maſca occidere, quia Chriſtianis mentibus vllatenus eſt credendum, nec poſſibile eſt, vt hominem mulier viuum intrinſecus poſſit comedere. Ex quibus verbis apparet, nomen ipſum Maſcaræ, horridum eſſe, & pernicioſum.

Sed eò reuerſi vnde egreſſi fuimus, ſatis liquido conſtat ex ſuperioribus quanta cum ratione Alexan. III. Summus Pontifex in d. cap. contingit, decreuerit. Clericos non incidentes in habitu, & tonſura, tertio commonitos, Clericatus priuilegio non gaudere. Sicque Clericatus, ab eo tempore in antea, ad effectum gaudendi fori priuilegio, non ſolum conſiſtebat in ordinum aſſumptione, quæ ex Bullarum inſpectione probabatur; ſed etiam in inceſſu in habitu, & tonſura, ſimul cum illa trina monitione, ad hoc enim, vt Clericus amitteret fori priuilegium, erat neceſſarium, quod incederet ſine habitu, & tonſura, & quod fuiſſet tertio monitus, vt illa aſſumeret, Quæ quidem requiſita clarum eſt, & euidens, quod conſiſtunt in facto, quæſtio enim facti illa dicitur, vt paulò ante notauimus, quando ſcilicet partes in iure ſunt concordes, dubitant tamen, an factum illud, ſuper quo ius fundatur interceſſerit, & contigerit, necne. Et ſic quærere an Clericus inceſſerit in habitu, & tonſura, & fuerit trina monitione monitus, ad factum quidem pertinet, non ad ius.

236 Et hinc de veſtibus, & habitu † Clericali cognoſcere poſſe Iudicem Sæcularem tenuerunt Guid. Pap. deciſ. 138. num. 2. cum ſeq. quem refert, & ſequitur Iul. Clar. in practi. crimin. §. fin. q. 36. num. 14. in fin. quibus addo Aloyſ. de Leo in l. qui ſub prætextu num. 10. C. de ſacroſ. eccleſ. Annib. Troyſ. hic num. 3. Rip. in cap. decernimus num. 4 de iudic. Et inde forſan cæpit introduci ratio noſtri tex. in eius 2. par. dùm tribuit Iudici Laico Clericatus cognitionem, qui ad effectum priuilegij fori non ſolum conſiſtebat in ordinis ſuſceptione, quæ ex ſimplici Bullarum exhibitione probabatur, ſed etiam in inceſſu in habitu, & tonſura, qui ad factum pertinet.

Sed quia, eo iure attento, Clericale fori priuilegium non perdebatur ex ſolo inceſſu, ſiue habitu, & tonſura, ſed etiam erat neceſſaria illa trina monitio de qua in d. cap. contingit 45. de ſenten. excomm. ad quam Iudices Eccleſiaſtici nō ita facile procedebant, vt conqueritur Afflict. in conſti. Apoſtatantes num. 12. ex quo Clericorum audacia augebatur, & Reipublicæ tranquillitas propter eorum crimina, & exceſſus turbabatur: Hinc exiſtimatunt aliqui, eiuſmodi trinam monitionem,
237 quoad Clericos † ſaltem primæ ton-

ſuræ,& minorum ordinum,non eſſe neceſſarium,vt ſentit Anto.de Butr.in cap. vnum.ſiu. in fin.de apoſta. quem ſequitur Capy.decif. 16 r. num. 3. refert Capoll.conſi. 1.num. 39.inter criminal.

238 Alij verò tenuerunt, Iudicem † Sæcularem poſſe Eccleſiaſticum interpellere,vt dictam monitionem dictis Clericis faciat, alias ſi Eccleſiaſticus negligens fuerit in faciendo eam , poterit Sæcularis contra dictos clericos procedere abſque alia monitione , vt nonnullis fundamentis probat Petr. Bellugiin ſpecul.Princip.rub. 11. §. dubitatur num. 13. cum ſeq. nec diſſentit Couar.pract.quæſtio.cap.32. num. 1. verſ. eſt tamen, relatus,& ſequutus à Barboſ.in l. Titia num. 35.ad fin.ff. ſolut.matrim. Cuius rationis efficacia motus Glorioſiſſimus Rex Ferdinandus Ide anno 1469.edidit Pragmaticam,quæ hodie eſt 2,ſub tit. de Cleri. & Diacon. Saluatie.in vlt.compilatio. Vbi ordinat Prælatis Eccleſiaſticis , vt vnuſquiſque in ſua Diœceſi , promulget ſuis Clericis trinam canonicam monitionem, adhoc vt Clericalem habitum,& tonſuram deferant , ſubdens hoc fieri,quia eius contrarium videtur contra quietem publicam tendere.

Ex quibus omnibus illud in præſentiarum intendo, ad probationem minoris propoſitionis ſuprapoſiti ſyllogiſmi.Iure ſcilicet antiquo ab Innoc. III. Summo Pontifice , & authore d. cap. contingit 45.de ſenten. excomm. qui ſedit anno ſalutis noſtræ 1198. ſecundum Platin.in eius vita,Clericatus articulum in præſenti ſpecie non ſolum conſiſtere in ordinum ſuſceptione,quę regulariter probatur per Bullarum exhibitionem,ſed etiam in inceſſu in habitu,& tonſura,& illa trina monitione, Quæ quidem requiſita,vt ſæpè dictum eſt conſiſtunt in facto,& ex hac ratione exiſtimo cępiſſe introduci noſtrum Ritum in eius introductionis initio,cuius memoriam non habemus,vt notavimus ſupra in 2. prælud.

Poſtea verò , quia circa huiuſmodi trinam monitionem erat inter Eccleſiaſticos,& ſæculares Iudices aliqua 239 contentio, Clemens VII. † Summus Pontifex de anno 1524. iuſſit in hoc Regno promulgari ſæpè allegatam Bullam extrauagantem , in qua decernitur , quod loco dictæ trinæ canonicæ monitionis , quæ de iure requirebatur publicetur vna generalis monitio,vt hoc vt Clerici primæ tonſuræ,& minorum ordinum , infra terminum duorum menſium,habitum,& tonſuram honeſtè deferant , alias dicto termino elapſo,ſi id exequi neglexerint,ſint ipſo iure fori priuilegio priuati , & tanquam Laici , Sæculari Iudici ſubiecti , vſque ad pœnam vltimi ſupplicij,hocque ad euitandum ſcandalum , quod imminebat ex horum Clericorum audacia,& licentia,vt ibi aſſerit Summus Pontifex,quo iure attento conſtat euidenter,Clericatum conſiſtere non ſolum in ordinum ſuſceptione,ſed etiam in facto delationis habitus,& tonſuræ.

Tandem verò ſuperuenit diſpoſitio 240 Sacroſancti Conc.Trid. † ſeſſio.23. in decreto de reformatio. cap. 6. incipit nullus prima,quo loci Sancta Synodus determinat , Clericum prima tonſura initiatum , aut in minoribus ordinibus conſtitutum,fori priuilegio non gaudere , niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum , & tonſuram deferens , alicui eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat , vel in Seminario Clericorum,aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſetur,& huiuſmodi diſpoſitioni ſtandum eſſe in hac materia , ex multis concludit Maur.Burgi.in tract. de mod.proceden.ex abrup.q.65.num. 14. centur.1. Qui tex.omiſſa ſolemnitate illius trinæ Canonicæ monitionis , ſimpliciter determinat , quod adhoc vt Clericus primæ tonſuræ , aut minorum ordinum gaudeat fori priuilegio,eſt neceſſarium, quod in eo con-

currat vnum de dictis duobus requi-
ſitis. Primum eſt, quod habeat eccle-
ſiaſticum beneficium. Secundum,
quod incedendo in habitu, & tonſura
inſeruiat alicui eccleſiæ de mandato
ipſius Epiſcopi, vel in Seminario Cle-
ricorum, aut in aliqua ſchola, vel Vni-
uerſitate verſetur, cum licentia ſimi-
liter Epiſcopi, de quibus duobus requi
ſitis plenius tractabimus in ſequen-
tibus.

Pro nunc enim ſolum prætendo
probare, quod huiuſmodi duo requiſi-
ta, ſecundum quorum formam hodier-
na die practicatur noſter Ritus, conſi-
ſtunt in facto, vt eſt notiſſimum, atten-
ta doctrina Bald. Barboſ. & aliorum ſu-
pra num. 226. allegatorum. Et proba-
241 tur manifeſtè, nam particula, niſi, †
appoſita in d. cap. 6. Concil. Triden. in-
ducit conditionem l. obligationum
43. §. conditio ff. de obliga. & action. l.
fideicommiſſa. 11. §. ſic fideicommiſ-
ſum ff. de legat. 3. Auguſti. Barbo. de di-
ctio. & clauſul. dictio. 184. num. 4. Pe-
tr. Barboſ. in l. Titia num. 36. verſ. ne-
que obſtat ſecunda ff. ſolut. matrim.
Crauett. conſ. 939. cautio per debito-
242 rem num. 6. tom. 5. Conditiones †
autem conſiſtunt in facto l. qui hære-
di 44. in princip. ff. de conditio. & de-
monſtr. Mantic. de coniect. vltima. vo-
lun. lib. 11. tit. 16. num. 7. Cæpoll. conſ.
49. nu. 12. in ciuilib. Hyppol. Riminald.
conſ. 481. num. 26. volum. 5. Sicque
reaſſumendo omnia ſupradicta reſol-
uo, quod ſiuè attendamus Ius Canoni-
cum antiquum quo ad primos intro-
ducentes noſtrum Ritum; ſiuè dictam
Bullam extrauagantem. Clemen. VII.
quoad continuantes, ſiuè Concil. Tri-
dentinum quoad hodie practicantes
ſemper Clericatus requiſita ad effe-
ctum priuilegij fori conſiſterunt, &
conſiſtunt in facto, vt propoſuimus in
minori propoſitione ſupratraditi ſyllo-
giſmi; & tenet expreſſè Petr. Barboſ. in
d. l. Titia num. 36. ff. ſolut. matrim. Pro-
ptereaque concludendum eſt, ideo Iu-
dicem Laicum poſſe cognoſcere de
articulo, ſeù quæſtione Clericatus, vt
dicitur in ſecunda noſtri tex. parte,
quia talis articulus, quoad Clericos
primæ tonſuræ, & minorum ordinum,
conſiſtit in facto, & hæc eſt particula-
ris, & gemina decidendi ratio, ad ean-
dem ſecundam noſtri tex. partem.

Ex qua, ad praxim eiuſdem noſtri
243 tex. vtiliter infero, noſtrum † ſcilicet
ritum non practicari niſi cum Clericis
primę tonſurę, aut minorum ordinum,
vt aduertit Carauit. hic num. fin. in
fin. Gramma. in Conſti. Apoſtatantes
num. 5. in fin. Et ratio eſt in promptu,
quia cùm praxis noſtri tex. fundetur
in illis duobus requiſitis Concil. Tri-
dentini, illudque ſolum loquatur de
huiuſmodi Clericis primæ tonſuræ,
aut minorum ordinum, ſequitur non
poſſe extẽdi ad Clericos in ſacris con-
ſtitutos, per regulam, quod limitata
cauſa limitatum producit effectum l.
cancellauerat ff. de his, quæ in teſtam.
delent. l. cum ſeruo 63. in prin. ff. de
contrahen. emptio, cum alijs adductis
lib. 3. regul. iur. verb. cauſa legis verſ.
hocque illud, notat Scipio Rouit. ſu-
per Pragm. 15. de militib. nu. 48.

Cum Clericis autem in ſacris con-
244 ſtitutis practicatur † Clericatus
probatio, ſummariè, & per modum in-
ſtructionis, oſtendendo ſcilicet Bullas
ſacrorum ordinum, ſecundum Capol.
conſ. 11. num. 7. inter crimin. Ioan. An-
to. de Nigr. in d. Bull. extrauag. Cle-
men. VII. in gloſ. verb. priuilegio num.
287. in fin. Boſſ. in tit. de foro compet.
num. 156. quos refert, & ſequitur Bo-
uadill. in ſua politi. lib. 2. cap. 18. num.
107. ad fin. tom. 1. Subdens, quod ſta-
tur iuramento remittendi, quod ipſe
ſit qui nominatur in dictis Bullis.

Quibus addo, quod in huiuſmodi
caſu poterit forſan Iudex Sæcularis,
compellere eum, qui prætendit remit-
ti, vt ſibi oſtendat, quæ oſtenſurus eſt
coram Eccleſiaſtico, ad probationem
articuli, per notabilem doctrinam Fe-
lyn. in cap. cum ſit Romana num. 3. de
appellat. Deci. in cap. 2. num. 24. de

iudi.

indic. Alex. in l. Titia num. 9. vbi etiam Barboſ. num. 29. qui punctualiter id tenet ff. ſolut. matrim. dicit communem Afflict. in Conſti. Maieſtati noſtræ nu. 7. quem refert, & ſequitur Foller. in pract. crimin. vrrb. recipiantur defenſiones reorum num. 38. Dicunt enim præfati DD. quod quando aliquis pe-
245 tit à Iudice † Laico, remitti aliquem articulum tanquam ſpiritualem ad Iudicem Eccleſiaſticum, poterit Laicus Iudex compellere petentem, vt ſibi oſtendat, quæ probaturus eſt coram eccleſiaſtico, ad finem videndi an releuent, nec ne, ita vt ſi viderit petitionem eſſe calumnioſam eam reijciat, & procedat ad vlteriora, & ita memoriæ commendandum eſſe dicit Petr. Gerar. de Petr. Sanct. ſingul. 58. licet Iudex num. 2. Hyppol. de Marſil. ſing. 70. Iudex Laicus nu. 2.

Ex qua doctrina exiſtimo, habuiſſe originē hodiernā praxim quoad huiuſmodi Clericos in ſacris conſtitutos, q non remittuntur niſi oſtenſis Bullis ſacrorum ordinum, & ſi dictæ Bullæ apparent falſæ ex aliquo viſibili, & apparente vitio Fiſcus facit ſuas diligentias & Bullis falſis repertis, non fit remiſſio, quia ſtante falſitate remiſſio eſt calumnioſa, & per conſequens reijcięda per ſupradictam doctrinam.

Et quod Sæcularis Iudex poſſit cognoſcere de huiuſmodi vitio, ſeù falſitate apparente in dictis Bullis, probauimus diffusè infra in 2. par. num. 220. Et quamuis huic reſolutioni, & decidendi rationi obſtare videatur tex. in d. cap. ſi Iudex Laicus de ſenten. excommun. in 6. non obſtat re vera, prout euidenter demonſtrauimus in ſolutione ſecundi principalis argumenti; De modo autem practicandi dicta requiſita Concilij Tridentini, ac de alijs quæſtionibus, quæ circa eundem articulum poſſunt, & ſolent in praxi contingere, tractauimus in 2. par. ad Carauit. num. 21. vbi omnino videatis, Modo enim puram ſolum, & ſolidam decidendi rationem ad 2. noſtri tex. partem adducere curaui.

Particularis decidendi ratio ad tertiam partem noſtri Textus.

Reſtat nunc particularem decidendi rationem ad tertiam noſtri tex. partem proponere, & explicare; Diſponitur ergò in tertia noſtri tex. parte, quod ſi Iudex Eccleſiaſticus, cui fuit Clericus remiſſus per Iudicem Sæcularem, petierit copiam inuentorum, quod Curia Sæcularis, quæ remiſit mittit eam. Cuius deciſionis rationem tetigit Carauit. hic num. 12. in fin. quia ſcilicet huiuſmodi inuenta,
246 ſeù acta † proſunt quoad aliqualem informationem Iudicis Eccleſiaſtici. Quod eſt dicere, quod quamuis acta facta coram Iudice Sæculari nullam apud Eccleſiaſticum faciant fidem, vt dicitur in 3. princip. argumen. iuuant tamen ad aliqualem informationem, & inſtructionem ipſius Iudicis Eccleſiaſtici, & ad aperiendam viam ad inquirendum, vt Iul. Clar. verbis vtar in practi. crimin. §. fin. q. 5. num. 5. ibi practica igitur eſt, Steph. Aufrer. in repetit. Clemen. 1. q. 2. concluſ. 6. num. 74. de offi. ordi.

Et quod dicta acta ſint valida ad ſupradictum effectum inſtruendi, & aperiendi viam ex ea ratione ego confirmo, Quia regula eſt tritiſſima Iuris,
247 quod in cauſis criminalibus † non admittitur procurator, tex. in l. penul. §. ad crimen ff. de public. iud. cap. veniens de accuſation. notat Foller. in practi. crimin. verb. vel eos verbaliter citare faciat num. 8. & verb. audiantur excuſatores num. 1. vbi in ſeqq. ponit aliquas fallentias, proſequitur, ponens rationem, Iul. Clar. in practi. crimin. §. fin. q. 32. per totam, Hyppol. de Marſil. conſ. 54. Diuini numinis num. 1. & 2. vol. 1. Quæ quidem regula quamuis aliquas habeat fallentias, & limitationes, quas latè congerit Menoch. de arbitr. iudi. lib. 1. q. 80. in caſibus tamen in quibus militat, & habet locum,

quam-

quamuis nulla ratione admittatur pro curator, prout eſt in crimine hæreſis, leſæ Maieſtatis, & ſimilibus, admitti-
248 tur tamen inſtructor, † ad innocentiam accuſati, vel inquiſiti, & Iudex tenetur non ſolum ex officio inueſtigare innocentiam, verum etiam admittere inſtructorem ad eam inueniendam, & abſoluendum innocentem, vt doctè, & diffusè ex Corne. & Cæpoll. notat Boſſ. in tit. an in criminal. iudic. quis poſſ. pro abſent. interuen. à num. 6. cum ſeqq. vbi num. 8. dicit, quod iſte inſtructor non poteſt dare capitula, & examinare teſtes ſuper eis, ſed tantum nominare teſtes Iudici, & cum requirere, vt eos vocet & examinet, & ita dicit tenere DD. & quod ipſe ſic obſeruaret, ſi caſus contingeret, non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, ordinibus, & obſeruationibus. Similiter ergo, & pari ratione poterit Iudex Eccleſiaſticus, etiam ſi acta, & reperta coram Iudice Laico facta ſint inualida, & nulla, & ex eis non poſſit inquirere, poterit inquam eis vti, ad ſe taliter qualiter informandum, & inſtruendum, vt ſcire, & inuenire poſſit delinquentem, & eum poſtea ex ſuo proceſſu condemnare, vel innocentem abſoluere, cùm abſolutio, & condemnatio, in hac parte à pari procedant iux. tex. in l. nemo, qui condemnare 37. vbi Deci. ff. de reg. iur. & in l. qui condemnare ff. de re iudic. Non enim eſt minor virtus curare nocentem punire, quam innocentem abſoluere iux. notata per eum tex. in l. abſentem ff. de pœnis.

Quibus accedat, quod quamuis in
249 iudicando debeat Iudex † eſſe pius, in procedendo verò, & inquirendo debet eſſe rigidus, & verſutus, vt notat Hortenſ. Caualc. de Brach. Regi. 4. par. num. 3. ſemperque ſumma diligentia, & omni meliori modo veritatem inquirere argumen. tex. in cap. quam ſit graue 9. iuncta gloſ. verb. publicè de exceſſ. prælat. ſequitur Ambroſin. in tract. de mod. form. proceſſ. inform. lib. 1. cap. 1. & 2. vbi num. 24. dicit
250 quod Iudex † ad habendam veritatem poteſt examinare teſtes inhabiles, & aliàs prohibitos, vt puta affines, conſanguineos, viles, infames, & quod magis eſt, inimicos inquiſiti, quamuis nihil eorum teſtimonium probet, inſtruit tamen Iudicem, & aperit ei viam ad inquirendum. Similiterque proceſſus per Sæcularem Iudicem factus, quamuis in Eccleſiaſtico Iudicio nihil probet, parat tamen viam Iudici ad aliqualem informationem, & inſtructionem, ad deueniendum ad inquiſitionem, & ſic eiuſmodi proceſſus erit quodam præparatorium ad inquiſitionem, quam poſtea ipſe tenebitur formare. Non enim poterit valere in vim inquiſitionis, neque ex eo poterit ad capturam procedere, citationem, vel torturam, ſed tenebitur nouam formare inquiſitionem, ex proceſſu, per Iudicem Laicum tranſmiſſo, inſtructus, & iam aliqualiter informatus, atque ita intelligitur Ruin. cum communi de qua atteſtatur conſ. 7. num. 6. volum. 3. quem refert Baiar. ad Iul. Clar. d. §. fin. quæſt. 36. verſ. vltimo quæro num. 53. & habetur tom. 1. commun. opinio. lib. 3. titul. de iudic.
251 num. 123. Quomodo autem acta † eiuſmodi ſint remittenda, quando Clericus remiſſus deliquit cum alijs Laicis, tradit Maur. Burg. in tract. de mod. proceden. ex abrupt. quæſt. 65. nu. 48. centu. 1. Sed an acta coram Eccleſiaſtico Iudice facta fidem faciant coram Sæculari, dicemus infra in ſolutione ad 3. principal. argumentum, & hæc de particulari decidendi ratione ad tertiam noſtri tex. partem.

Appendix à ſupradictis ad praxim vtiliſſima.

Ex eiuſmodi igitur decidendi rationibus ſic explicatis, & fundatis patet euidenter ſumma iuſtitia noſtri text. Proptereaque intrepidè, & abſque aliquo ſcrupulo ipſum practi-

cari

cari poſſe, & debere, Adeò quod aliquid contra eius formam diſſimulare eſſet grauis culpa, quia cùm Regina Ioanna ſupra in rit. 1. omnes ritus, de cætero præceperit obſeruare grauis culpa erit id non exequi, vt in ſimili dicit. Auenda de exequend. mandat. 1. par. cap. 22. num. 18. Vndè deducitur, nullam in præſenti ſpecie adeſſe occaſionem, aut cauſam timendi cenſuras, vel earum comminationes, quæ à Iudicibus Eccleſiaſticis aliquando ſolent proferri, Quarum timore aliqui ſunt Iudices Laici adeo ſtulti, & imperiti, qui ſtatim à praxi noſtri Ritus deſiſtunt, & illico in ore habent, quod
252 ſententia † Paſtoris iuſta, vel iniuſta eſt timenda cap. 1. 11. quæſt. 3. Sicque per huiuſmodi regulam indoctè, & pauidè intellectam grauiter offendunt Regiam iuriſdictionem. Quare vt in re tanti ponderis, & momenti quomodo procedendum ſit ſciamus.

Animaduerto, quod omnium excommunicationum ſumma diuiſio eſt,
253 quod alia † eſt excommunicatio à iure, alia ab homine ſecundum Tolet. in inſtruct. ſacerdot. lib. 1. cap. 5. num. 2. Sebaſtian. Medic. in ſumm. peccat. capit. tit. de cenſur. eccleſiaſti. quæſt. 44. Sayr. in theſaur. caſ. conſcien. lib. 1. cap. 4. num. 22. Excommunicatio à iure dicitur illa, quæ fulminatur per aliquam legem, canonem, aut ſtatutum, ab homine autem dicitur illa excommunicatio, quæ ab homine habente poteſtatem fulminatur, de quibus tractant præfati DD. & præſertim Sayr. d. lib. 1. cap. 5. & 7. quem ſequitur Fra. Anto. de Souſa in relectio. de cenſur. in proœm. cap. 1. diſputat. 1. num. 3. Sebaſtia. Medic. vbi ſupra q. 40.
254 Vtraque autem eſt duplex, alia † enim eſt latæ ſententiæ, alia vero ferendæ. Latæ ſententiæ dicitur illa qua quis ſtatim atque offendit, nulla alia declaratione accedente conſtringitur, & ligatur, quæ ſub diuerſis verborum formulis ſolet proferri; Regulariter autem, per verba præſentis temporis indicatiui modi, vt puta excommunicamus, anathematizamus, & ſimilia. Ferendæ autem ſententiæ dicitur illa excommunicatio, qua quis non eo ipſo atque peccat, conſtringitur, & ligatur, ſed poſtea per futuram ferendam ſententiam, & declarationem, quæ omnia doctè declarant Sayr. d. lib. 1. cap. 11. à num. 4. Sebaſtian. Medi. vbi ſupra q. 42.

Quibus ſuppoſitis iterum aduerte, quod Iudices Eccleſiaſtici, quando Laicos impedire prætendunt, quominus noſtri text. praxim exerceant, & comminantur cenſuras, ex ea cauſa id prætendunt, & fieri poſſe exiſtimant, quia Iudex Laicus, qui carcerauit prætenſum Clericum (prout cùm carceratum ſupponimus quando Clericatus articulus tractatur, vt diximus ſupra num. 191.) inciderit in excommunicationem Can. ſi quis ſuadente diabolo 17. quæſt. 4. vel quod carcerando, & prætendendo de Clericatu cognoſcere, tanquam Eccleſiaſticæ libertatis violator inciderit in decimam quintam excommunicationem proceſſus, ſeù Bullæ in Cœna Domini. Quarum quidem excommunicationum,
255 Prima, † quæ continetur in d. can. ſi quis ſuadente diabolo, eſt à iure, ſeù à canone, ſecundum ea quæ ſupra diximus, Alia autem, quæ continetur in
256 Bulla † Cœnæ Domini eſt ab homine, ſecundum Sayr. vbi ſupra lib. 3. cap. 1. à num. 12. cum ſeqq. quem ſequitur Fra. Anto. Souſa, vbi ſupra cap. 1. diſput. 1.

Vtraque autem ſpecies excommunicationis prædictæ eſt latæ ſententiæ, attenta ſupratradita doctrina, & ſic eo ipſo, quod aliquis Clericum offendit, vel Eccleſiaſticam violat libertatem, ſtatim dictis excommunicationibus conſtringitur, & ligatur. Sicque quando Eccleſiaſtici Iudices volunt Laicos impedire expediũt monitoria cõtra eos quatenus deſiſtant, vel compareant, ad dicendum cauſam quare non debeant denũciari, ſeù publicari excõmunicati.

Quæ

Quæ quidem declaratio, ſeù denunciatio quoad ipſos Laicos Iudices paſſum, aut nihil officit, ad effectum incurrendi, vel non in dictas excommunicationes, quia cùm ſint latæ ſententiæ, vt ſupra diximus ſtatim ligauerunt, & produxerunt ſuos effectus, ſi adfuit cauſa, & aliud non obſtitit: Fiũt
257 † autem dictæ denunciationes, adhoc vt excommunicatus rubore perfuſus, citius reſipiſcat, cùm videat omnes eius conſortium poſt denunciationem fugere; Secundum Sayr. d. lib. 1. cap. 13. num. 20. Ipſa autem denuncia-
258 tio † nõn dat, nec tollit vires excommunicationi, quo ad excommunicatum, vt modo diximus, ſecundum gloſ. verb. denunciata in §. ſtatuit tit. de excommun. non vita. in pragmat. ſanctio. Ludouic. Roman. conſ. 482. num. 5. Suarez de cenſur. diſput. 3. ſeſſio. 10. num. 16.

Vnde infero, quod imperitus eſt Iudex Laicus, qui à ſuo munere deſiſtit ob ſolam denunciationis comminationem, ſeù declarationis, dicens, quod ſententia Paſtoris iuſta, vel iniuſta eſt timenda, quia Paſtoris ſententia, quæ eſt timenda, eſt ipſa excommunicatio, non autem ipſius declaratio, ſeù denunciatio, quæ nihil auget vices excommunicationis reſpectu excommunicati. Timere enim debebat excommunicationem, priuſquàm in eam incideret, vel poſtquam incidit, reſipiſcere, pœnitere, & ſatisfacere, quia timor ſolius denunciationis, ſeù declarationis parum ei prodeſt, ad impediendos principales excommunicationis effectus, quos operata fuit excommunicatio eo ipſo, quod peccatum fuit, cùm ſit latæ ſententiæ.

Quare illud ſolum in præſentiarum eſt inueſtigandum, An Iudex Laicus, qui in hoc Regno practicat, & defendit noſtrum Ritum incidat in aliquam excommunicationem. Ad cuius articuli dilucidationem, generaliter eſt
259 obſeruandum, Nullam † excommunicationem, ſiue illa à iure ſit, ſiue ab homine, ſiue latæ, ſiue ferendæ ſententiæ ligare, vel conſtringere aliquem, niſi ob aliquod peccatum mortale, mortalis enim culpa eſt cauſa materialis ipſius excommunicationis, Couar. in cap. Alma mater 1. par. §. 9. num. 2. de ſenten. excommun. Sayr. d. lib. 1. cap. 9. num. 4. Tolet. d. lib. 1. cap. 8. per totum, & dicit communem Fr. Anton. de Souſa, vbi ſupra cap. 8. diſput. 51. num. 3. Sebaſtian. Medic. vbi ſupra q. 49. ſtantibus igitur ſupradictis decidendi rationibus ad noſtrum tex. ſic fundatis, & iuſtificatis, ex quibus apparet euidenter eius rationabilitas, & iuſtitia, ſequitur manifeſtè, Iudicem Laicum practicantem, & defendentem noſtrum Ritum nullum committere peccatum mortale, & conſequenter nullam incurrere excommunicationem.

Probatur conſequentia, & primo quoad illam excommunicationem deſcendentem ex d. Can. ſi quis ſuadente Diabolo, qua prætenditur eſſe innodatum Iudicem Laicum carcerantem, & detinentem Clericum. Certum eſt, quod eiuſmodi Iudex non incurrit in dictam excommunicationem. Illa enim nõ incurritur niſi per a-
260 ctum † ſuadente diabolo patratum, ideſt dato malo affectu, & deprauato zelo, qui inducat peccatum mortale, ſecundum Tolet. vbi ſupra d. lib. 4. cap. 31. num. 4. Sayr. d. lib. 3. cap. 26. num. 13. Sebaſtian. Medic. vbi ſupra quæſt. 78. num. 39. quod quidem ceſſat in Iudice practicante noſtram conſuetudinem, ſecundum eius mentem, & intentionem, qui tantum mouetur zelo, & affectu iuſtitiæ, ad conſeruandum ſcilicet pacem, & tranquillitatem Reipublicæ, cuius cauſa iuris diuini eſt, & adeo priuilegiata, vt diximus ſupra in generali decidẽdi ratione, ad quam te remitto ad iuſtitiam huius articuli.

Præterea facit, quod in dictam excommunicationem d. Can. ſi quis ſuadente diabolo, non incurrit ignorans
261 † iuxt. text. in cap. ſi verò & 2. ibi gloſ.

gloſ. verb. ignorauerit de ſenten. excommun. quam ſequitur Tolet. d. lib. 1.cap.33.num.2.Sayr.d.lib.3. cap.27. num.2. Sebaſtian. Medic. d. num.39. Iul.Clar.in pract.crimin.§. fin.q.77.n. 7. cum alijs multis allegatis per Petr. Cened.in Collectan.ad ius cano.Collectan.24.num.11. prout ignorantem Clericatum ſupponimus Iudicem Laicum, qui ad practicandum noſtrum Ritum, carcerauit prætenſum Clericum, vt diffusè diximus ſupra in particulari decidendi ratione ad 1.par.noſtri tex.

Neque obſtabit, ſi dixeris, eiuſmodi ignorantiam excuſantem ab excommunicatione debere eſſe probabilem, non autem craſſam, & ſupinam, vt tenuerunt præallegati DD. Quam quidē probabilem ignorantiā non dicitur habere Iudex, qui in carcerato videt tonſurā, vel Clericales veſtes, aut Bullam, vel quando Eccleſiaſticus Iudex declarat eſſe Clericum, quem repetere intendit, & his non obſtantibus Iudex Laicus detinet carceratum, donec coram eo formiter doceat de Clericatu, ſeruata forma 2. par. noſtri tex. Nam reſpondeo, quod ignorantia

262 † eſt difficilis probationis, cùm in animo conſiſtat, Menoch.de arbitr. iudi.caſ.186.n.4.cent.2. Eſt enim ignorantia priuatio ſcientiæ poſſibilis adipiſci vt ex Sylueſ.& Tabie.notat Sebaſt. Medic.vbi ſupra tit.4.de accidi.quæſt. 33. Solius enim illius rei, quæ ſciri poteſt datur ignorantia. Quæ quidem

263 tunc dicitur probabilis, † ſeù inuincibilis, quando quis adhibendo omnem diligentiam, quam ad ſciendum adhibere tenetur, ignorantiam vincere non poteſt, ſecundum Sayr. in tract. Clauis Regiæ lib. 2, cap.2.num. 17. Diciturque probabilis, ex quo, quando aliquis adhibuit omnem diligentiam, ad ſciendum aliquid, & adhuc illud ignorat, poteſt probabiliter dici, quod re vera habet illius rei ignorantiam, nam id ſimpliciter affirmari non poteſt, cùm conſiſtat in animo, vt diximus, ſed benè probabiliter dici.

Vndè cùm Iudex Laicus, qui à principio carcerauit prætenſum Clericum ignoraſſe Clericatum, ſupponamus ſemper probabiliter, & inuincibiliter durat in eà ignorantia, donec probetur Clericatus, ſeruata forma ſecundę partis noſtri tex. quia niſi Clericatus formiter probetur, non poteſt dici, quod Iudex Laicus adhibuit illam diligentiam, quam adhibere tenetur, ad vincendam ignorantiam, & ſic ſemper eſt in ignorantia inuincibili, ex his, quæ ſupra diximus.

Neque ex Bulla, aut tonſura, vel Clericali veſte, aut aſſertione Eccleſiaſtici Iudicis remiſſionem petentis tenetur Iudex Laicus formare ſuam credulitatem ad excludendam, & vincendam ignorantiam, propter innumeras fraudes, quæ quotidie in eiuſmodi caſibus fiunt, in grauem Dei offenſam, & maximum iuſtitiæ, Reipublicæque detrimentum. Sicque eiuſmodi credulitas potius eſſet fatuitas dicenda.

264 Propterea què nimia credulitas † reprobatur à iure, quia reputatur culpoſa, optima gloſ. verb. quamuis in l.1.ff. de eo per quem fact. ſimilis gloſ. verb. videri in Can. ſi quis el 2. 50. diſtin. Præpoſ. in Can. noli notab. 1. 9. diſtin. Arri. Pinel. in authe. niſi tricenali 1. par. num. 16.C. de bon. mater. & habetur Eccleſiaſt. cap. 19. quod qui credit cito leuis corde eſt, & minorabitur, & facit illud Ouid. lib. 3. de arte amand.

Ne cito credideris, quantum cito credere lædat

Exemplum vobis, &c.

Et Diu. Thom. 2. 2. q. 2. art. 8. dicit,
265 quod credere † eſt cum aſſenſu iudicare, ideſt cum diſcretione, & prudentia, & in hoc paſſu dixit Deci. in cap. 2. num. 24. de iudic. quod huiuſmodi remiſſiones prætenſorum Clericorum, non ſunt ex abrupto, & de facili faciendæ, quia daretur occaſio cauillandi, & delicta multoties remanerent impunita, & Decium ſequitur Petr. Barboſ. in l. Titia nu. 29. ff. ſolut. matrim.

Quibus

Quibus accedat, quod quando Iudex Laicus carcerauit prætenſum Clericum, non ſolum ignorabat eius Clericatum, ſed poſitiuè, tàm ex ſua propria, quam ex communi teſtium opinione credebat eum eſſe Laicum vt diximus in eadem decidendi ratione particulari ad 1. par. noſtri Tex. quæ quidem communis opinio dicitur iuſta credendi ratio, vt ibi etiam diximus, ergo non poteſt conſiderari peccatum mortale, & per conſequens neque excommunicatio locum habere poteſt.

Vnde cauebis à Sayr. d. lib. 3. cap. 26. num. 13. & à Boſſio, Farin. & alijs, quos allegauimus ſupra in 2. prælud. qui videntur tenere, Iudicem Laicum carcerantem, vel detinentem Clericum incurrere in eam excommunicationem, quæ continetur in d. Can. ſi quis ſuadente diabolo. Nam intelligendi ſunt, data Clericatus ſcientia in Iudice Laico carcerante, & detinente, ne alias ſequatur abſurdum, quod inuincibiliter ignorans ligetur, & conſtringatur excommunicatione, iux. ea quæ paulò antea diximus.

Secundò, eadem ſupradicta conſequentia probatur manifeſtè, quoad illam excommunicationem, quæ prę
266 tenditur virtute decimiquinti † capituli Proceſſus, ſeù Bullæ in Cœna Domini, ſi prius pro huius articuli intelligentia aduertas, quod d. cap. 15. duas continet partes, quæ in præſenti ſpecie poſſunt ponderari. Prima eſt illa, in qua excommunicantur Iudices Sæculares, qui eccleſiaſticas perſonas ad ſua Tribunalia trahunt aut trahi faciunt directè, vel indirectè, quouis quæſito colore. Secunda pars eſt illa, in qua ſimiliter excommunicantur omnes illi, qui Statuta, Conſtitutiones, aut Pragmaticas, ex quauis cauſa, ex quouis quæſito colore, ac etiam cuiuſuis Conſuetudinis, aut Priuilegij, fecerint, aut ordinauerint, vel iam factis, & ordinatis vſi fuerint, ex quibus libertas eccleſiaſtica tollatur, ſeù in aliquo lædatur, vel quouis modo reſtringatur.

Circa primam igitur partem eiuſmodi excommunicationis contentæ in d. cap. 15. iam ſatis reſponſum eſt in ſuperioribus, ſupponendo, prout ſupponimus, Iudicem Laicum citantem, carcerantem, & detinentem prætenſum Clericum, & ſic eum trahentem ad ſuum Tribunal, eſſe ignarum prætenſi Clericatus, quin immo ſecurè, & inuincibiliter opinari ex teſtium depoſitionibus eum eſſe Laicum: Dataque huiuſmodi opinione, & ignorantia in Iudice Laico ceſſat peccatum mortale, quod ſine voluntate non contingit, & per conſequens ceſſat excommunicatio, vt paulò antea dicebamus.

Præterea circa eandem primam partem d. cap. 15. dico quod intelligitur, vt in ea exprimitur, quando Sæculares Iudices trahunt Eccleſiaſticas perſonas ad ſua tribunalia, præter ius Canonici diſpoſitionem, & ita tenent Fra. Anto. Souſa, vbi ſupra cap. 16. num. 1. & ante eum Sayr. d. lib. 3. cap. 19. num. 5. Tolet. d. lib. 1. cap. 27. num. 3. quod non contingit in praxi noſtri tex. ſiquidem conſtat manifeſtè, iure Canonico eſſe diſpoſitum, Conſuetudine rationabili, & legitimè præſcripta poſſe derogari iuri poſitiuo, vt in cap. fin. de Conſuetud. quo iure Clericorum fori priuilegium circa cauſas criminales, & prophanas fuiſſe introductum reſoluimus ſupra in 2. prælud. Conſuetudinem autem noſtri Tex. rationabilem eſſe, legitimèque præſcriptam iam ſatis extat probatum ſupra in generali decidendi ratione.

Circa ſecundum autem partem eiuſdem cap. 15. dictæ Bullæ videtur adeſſe aliqua difficultas, dum in ea damnatur quæuis conſuetudo contra Eccleſiaſticam libertatem, ſub pœna excommunicationis, etiam contra eos, qui ea vtuntur. Sed vt ne

turberis, aduerte, quod eo loci ſolum
267 prohibetur vti conſuetudinibus †
à Laicis introductis, vt notat Sayr.
d.cap.19.num.4. Conſuetudo autem
noſtri tex. non eſt à ſolis Laicis in-
troducta, ſed mixtim à Clericis, &
Laicis, vt reſoluimus ſupra in gene-
rali decidendi ratione num.98. atque
ita potius dicitur conſuetudo Cleri-
corum, vt cum Roch. de Curt. & alijs
diximus ibi num. 103. & ſic ſumus
extra caſum dictæ Bullæ.

268 Dico inſuper, quod reprobata †
quauis conſuetudine, vt in d. 2. par.
dicti cap.15. non cenſetur reprobata
conſuetudo immemorialis, qualis
eſt conſuetudo noſtri tex. Quamuis
enim lex, vel ſtatutum, vel quælibet
alia diſpoſitio excludat omnem, &
quamcumque conſuetudinem, non
cenſetur excluſa immemorialis, vt te
net gloſ. verb. præſcriptione, in auth.
vt de cæter. commuta. eccleſ. colla.
5. quam ſequitur Bald. in l.1. num.6.
C. de Annal. exceptio. & Bald. ſequi-
tur Afflict. deciſ. 254. num. fin. vbi
etiam Vrſil. Greg. Lopez in l.7. titul.
29. par. 3. in gloſ. 1. Boer. deciſ. 39.
num. 12. Maſcard. de probatio. con-
cluſ. 1221. num. 55. vol. 3. Ioſeph Se-
ſe in tract. de inhibitio. cap. 8. §. 3.
num. 85. Gaſpar Theſaur. loc. ſtatim
allegando, Otalor. in tract. de nobilit.
3. par. cap. 7. num. 11. Domin. Valen-
zuel. conſ. 79. nu. 110. Auguſt. Barbo.
in tract. de clauſ. clauſ. 43. Aluar. Va-
laſc. conſult. 141. num. 9. tom. 2. Pa-
dill. in l. ſi aquam num. 29. C. de ſer-
uit. & aqua. cum infinitis allegatis
per Tiraquell. de retract. conuentio.
§. 1. gloſ. 2. num. 25. Matienz. in for-
tioribus terminis in l. 8. tit. 7. gloſ. 5.
nu. 20. lib. 5. recollectionis.

Et quamuis d. gloſ. loquatur de
præſcriptione centum annorum
(quam excedit noſtra conſuetudo,
quæ eſt pluſquam ducentorum) for-
269 tius † idem dicendum eſt de im-
memoriali, quæ abſque dubio eſt po-
tentior, Ioan. Igne. in l. neceſſarios §.
non aliàs num. 1064. ff. ad Senat.
Conſ. Sillania Ludouic. Molin. de
Hiſpan. Primog. lib. 2. cap. 6. num. 45
Ioan. Andr. de Georgio in ſuis repe-
tio. feudal. cap. 29. num. 13. Et quod
270 tempus † centum annorum ſit tem
pus immemoriale tenet cum com-
mun. Maſcard. vbi ſupra num. 53. Ga
ſpar Theſaur. quæſtio. forenſ. lib. 2. q.
27. num. 2. Otalor. vbi ſupra num.
12. Villaut deciſ. 16. num. 6. Bonacoſ.
dicit commun. tom. 2. comm. opinio.
lib. 7. tit. 3. nu. 14.

Nec te moueat, quod eadem gloſ.
loquitur de præſcriptione, & non de
conſuetudine immemoriali, ſiqui-
dem idem eſt effectus in caſu noſtro,
vbi conſuetudo eſt acquiſita per præ
ſcriptionem immemorialem, vt dixi-
mus ſupra in generali decidendi ra-
tione. Et vt dicit Fernan. Vaſq. con-
trouerſi. Illuſtr. lib. 2. cap. 83. num. 23
271 Vſus † tanti temporis cuius initiū
hominum memoriam excedit ineptè
appellatur præſcriptio, ſed conſue-
tudo Guid. Pap. in d. cap. fin. num. 10
ante fin. de conſuetud.

Ratio autem (vt rem fundamenta
liter intelligas) quare reprobata qua-
libet conſuetudine, non cenſetur im
memorialis reprobata eſt, quia ac-
272 quiſitio † quæ fit per vſum tanti
temporis, cuius initium memoriam
hominum excedit, non eſt propriè
præſcriptio, nec conſuetudo, ſed eſt
quidam acquirendi modus extra or-
dinem à lege adinuentus, & introdu-
ctus, vt ingenioſè perpendit Fernan.
Vaſq. d. lib. 2. cap. 81. num. 13. & cap.
84. num. 12. poſt principium, & ego
pondero tex. ſubtiliter inductum in
l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua
quotid. & æſtiu. ibi, ductus aquæ, cu-
ius origo memoriam excedit iure
conſtituti loco habetur. Vlpianus
igitur eo loci eam acquiſitionem,
quæ fit per vſum immemorialem
non appellauit conſuetudinem, non
præſcriptionem, nec etiam conſtitu-
tam, ſed non inueniens aliud ordi-

nariem, & proprium nomen, extraor dinariè, & impropriè loquendo dixit quod iure constituti loco habetur; improprietatem per illud verbum, habetur, denotando, aliud enim est eſſe tale, aliud haberi pro tali, gloſ. verb. mangones, in l. mercis appellatione ff. de verb. ſignific. vnde mirum nihil, ſi reprobata qualibet conſuetudine; immemorialis non cenſeatur reprobata, & excluſa, quę propriè, & in ſtricta loquendi ratione conſuetudo appellari minimè poteſt. Ex quibus conſtat, quod cùm noſtri tex. praxis ſit introducta per vſum tempore immemoriali præſcriptum, ſeù acquiſitum, non poteſt compræhendi in d. 2. par. d. cap. 15. quæ cùm ſit pœnalis non debet ad improprios caſus extendi, iux. notata per Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 10. num. 8. Souſam cap. 2. diſp. 14. num. 5. in relectio. de cenſuris.

Quibus accedat, quod ſtantibus ſcientia, & tolerantia Pontificis circa conſuetudinem noſtri tex. (quæ quantæ ſit efficaciæ, diximus ſupra in generali decidendi ratione) præſumendum eſt, quod idem Summ. Pontif. in generali excommunicatione in d. cap. 15. non habet animum, & intentionem excommunicandi eos, qui hac noſtra conſuetudine vtuntur, quam ſcit, tolerat, & permittit, argumento textus in regul. generi de regul. iur. apud Boniſa. atque
273 ita ſublatis † animo, & intentione Pontificis, ceſſat excommunicationis effectus, & redditur nulla, Panor. in cap. ſi ſacerdos num. 14. de offic. ordin. cum alijs allegatis per Roderic. Suarez allega. 13. num. 6. & diffuſe per Sayr. in theſaur. caſ. conſcien. lib. 1. cap. 16. num. 7. & per conſequens non eſt timenda, nec quoad Deum, nec quoad homines, vt ex multis reſoluit idem Sayr. d. cap. 16. num. 42.

Præterea facit, quod læſio, ſeù detrimentum Eccleſiaſticæ libertatis ex eo poteſt prætendi in ſpecie de qua agimus, vel quia Iudex Laicus citat, carcerat, & detinet Clericum iux. 1. par. noſtri tex. vel quia cognoſcit de Clericatu, iux. 2. par. ipſius. Circa primum, data ignorantia Clericatus, & opinione Laicitatis in Iudice citante, vel carcerante, vt ſæpius ſuppoſitum eſt, nulla poteſt conſiderari læſio, quæ arguat peccatum mortale. Atque ita quamuis in rei veritate adſit læſio, non tamen eſt culpoſa, & ſic ceſſat excommunicatio, vt paulò antea reſolutum eſt.

Quoad ſecundum autem, circa cognitionem, ſcilicet Clericatus, eatenus poteſt conſiderari aliqua læſio, vel detrimentum Eccleſiaſticæ libertatis, quatenus talis cognitio
274 tangat libertatem † Eccleſiaſticam, localem, perſonalem, aut realem. Ad huiuſmodi enim terminos poteſt reduci Eccleſiaſtica libertas, vt docet Fr. Anto. de Souſa d. cap. 16. diſput. 84. num. 1. & latius Sayr. d. lib. 3. cap. 19. num. 9. de locali, quæ pertinet ad loca Eccleſiaſtica non eſt noſtra diſputatio. Neque de perſonali, quæ pertinet ad Eccleſiaſticas perſonas, quia diuerſa ſunt cognoſcere de Clerico, aut de Clericatu, vt diximus ſupra in 4. prælud. num. 65. Circa realem igitur libertatem Eccleſiaſticam poteſt prætendi læſio, ſeù detrimentum, ex quo Clericatus ſit res Eccleſiaſtica, & ſpiritualis, cap. ſi Iudex Laicus de ſenten. excommun. in 6. cum alijs ſupra adductis in 2. principali argumento, & aliqualiter agnouit Sayr. d. num. 9. verſ. hæc autem priuilegia; Vnde quando Iudex Laicus cognoſcit de Clericatu formiter, ſecundum diſpoſitionem 2. par. noſtri tex. videtur lædere, & offendere Eccleſiaſticam libertatem, quæ non permittit rerum Eccleſiaſticarum, & ſpiritualium cognitionem ad Sæculares Iudices pertinere.

Modo igitur ad propoſitum noſtrum dico, quod cùm cognitio Cleri-

ricatus de qua agit noſter tex. in d. eius 2. p. non ſit circa rem eccleſiaſticam, & ſpiritualem, cum conſiſtat circa nudum factum, quod merè temporale eſt, nihil habens ſpiritualitatis, vt reſoluimus ſupra in particulari decidendi ratione ad eandem ſecundam noſtri tex. partem num. 226. cum ſeqq. ſequitur manifeſtè, nullam poſſe conſiderari læſionem, aut detrimentum eccleſiaſticæ libertatis, & ſic nos eſſe extra terminos dictæ Bullæ in eius d. 15. cap.

Vlterius dico, quod quotieſcun-
275 que excommunicatio † imponitur ſuper verbis denotantibus aliquas actiones, vt in d. Can. ſi quis ſuadente diabolo, & in d. cap. 15. Bullæ in Cœna Domini, neceſſario talis excommunicatio debet intelligi de actionibus iniuſtis, huiuſmodi enim ſolæ ſunt dignæ excommunicationis vt aduertit Ioſeph Seſe in tract. de inhibitio. cap. 8. §. 3. num. 102. quem ſequitur Zeuall. in ſpecul. commun. contr. commun. lib. 4. in diſcurſ. ad Regem num. 92. Sicque ſtantibus ſupradictis decidendi rationibus, quibus iuſtificatur noſtræ Conſuetudinis praxis, ceſſat efficacia, & effectus excommunicationis, & ſic licitè poteſt non adimpleri ſuperioris mandatum, iux. tex. iuncta gloſ. fin. ibi in cap. cum teneamur de preben. & dignit. & tali caſu non dicitur quis peccare, nec cenſuras incurrere, vt dicit in ſimili Palac. Rub. in tract. de benef. in cur. vacant. §. 7. ante fin. & nos tetigimus ſupra in prin. num. 3. quibus adde Roderic. Suarez allega. 3. num. 5. & 6.

Inſuper dico, non eſſe dubium, quod Regina Ioanna, & ſucceſſiuè, & conſequenter Rex noſter inuictiſſimus mandant obſeruari noſtrum Ritum, vt diſponitur ſupra in Rit. 1.
276 ſubditus † autem (ideſt Iudex, qui practicat noſtrum tex.) licitè, & iuſtè tenetur obedire ſuperiori ſuo (cum certis tamen conditionibus, de quibus ſtatim dicemus) etiam contra propriam opinionem, & conſcientiam, ergo multo melius, non data in ſubdito contraria conſcientia, prout non datur in Iudice Laico practicante, & defendente noſtrum tex. ſtantibus Iuſtitia, & rationabilitate ipſius, vt probauimus in ſupradictis decidendi rationibus. Si ergò ſubditus licitè tenetur obedire, ergo ſine peccato, & per conſequens ſine periculo excommunicationis, ex his, quę paulo antea diximus.

Sed quia vis, & efficacia huiuſmodi diſcurſus conſiſtit in intelligentia, & declaratione illius propoſitionis, quæ habet, ſubditum licitè, & iuſtè teneri obedire ſuperiori, etiam contra propriam conſcientiam. Ideo cum Sayn. & multis per eum allegatis in libro, quem inſcribit Clauis Regia lib. 1. cap. 12. dico, propoſitionem illam eſſe intelligendam cum ſequentibus conditionibus, quæ omnes militant in caſu noſtro.

Prima eſt, quod ſubditus poſſit probabiliter opinari, quod id quod ſuperior eius præcipit, eſt bonum. Quæ conditio euidenter contingit in ſpecie de qua agimus, vbi non ſolum datur probabilitas Iuſtitiæ, & bonitatis noſtri tex. ſed manifeſta euidentia, vt apparet ex ſupra traditis decidendi rationibus.

Secunda conditio eſt, quod eiuſmodi probabilitas bonitatis, & Iuſtitiæ præcepti, non ſolum ſit à parte rei, ſed etiam ex quo ſuperior, qui facit præceptum, ſit alias bonus, & doctus; Quod etiam accidit in caſu noſtro, vbi ſuperior ideſt Glorioſiſſimus Rex noſter non ſolum eſt bonus, iuſtus, Chriſtianiſſimus, & Prudens, ſed etiam Doctiſſimorum virorum conſilio inſtructus, ad notata per Cyn. in l. omnium num. 1. C. de teſtamen. Iuris peritos, vbi Bald. nu. 2. ff. de excuſatio. tut. & facit illud Prouerb. cap. 16. Diuinatio in labijs Regis, in iudicio non errabit os eius.

Tertia conditio eſt, quod ſubditus probabiliter opinetur, & exiſtimet, poſſe ſuperiorem præcipere id, quod præcipit, habereque ad id ius, & authoritatem. Quæ conditio etiam interuenit in noſtra ſpecie, vbi non ſolum adeſt probabilitas huius iuris,& authoritatis Regis noſtri potentiſſimi, ſed manifeſta euidentia, ſtante enim rationabilitate, & iuſtitia noſtri Ritus, eiuſque legitima præſcriptione per tempus immemoriale quæſita,quæ ſufficiunt (vt diximus in rationibus decidendi)ad fundandam, iuſtificandam, & acquirendam eius praxim, ſequitur,quod Rex noſter tanquam dominus legum, & conſuetudinum, & ad quem pertinet eas exequi facere,habet ius,& authoritatem id præcipiendi.

Præterea,ſi ex aliqua ratione poſſet dubitari de iure, & authoritate præcipiendi in caſu noſtro, ex ea eſt quia Rex noſter non habet ius,& poteſtatem circa eccleſiaſtica, & ſpiritualia. Quæ ratio non militat in præſenti,vbi citatio,carceratio,& detentio prætenſi Clerici eatenus admittitur,& præcipitur,quatenus Clericatus ignoratur, & Iudex opinatur,citatum, aut carceratum eſſe Laicum, ſicque data eiuſmodi ignorantia, & opinione, nihil eſt eccleſiaſticum, & ſpirituale ad dictum effectum, vt paulo antea diximus, & etiam in particulari decidendi ratione ad 1. par. noſtri tex.

Similiter cognitio Clericatus, quæ præcipitur in ſecunda parte noſtri tex. cùm conſiſtat in facto, nihil habet eccleſiaſtici,aut ſpiritualitatis, vt etiam diximus ſupra in particulari decidendi ratione ad 2. par. noſtri tex.num.226. ergo ſequitur euidenter,Regem noſtrum habere ius,& authoritatem præcipiendi practicam, & exequutionem noſtri Ritus, Qui cùm tendat ad vniuerſalem Reipublicæ vtilitatem, & ciuium pacem, & protectionem, qui alias ex audientia & libertate hoſum Clericorum primæ tonſuræ, aut minorum ordinum turbarentur,& moleſtarentur,de iure Diuino,& naturali poteſt,& debet Rex ſuæ Reipublicæ conſulere, ſuoſque ſubditos, & vaſſallos ab huiuſmodi moleſtijs, & offenſionibus defendere,mediante noſtri tex.practica. iuxta ea,quæ latius diximus ſupra in generali decidendi ratione num. 85.quibus addo Zeuall.multos alios allegantem in ſpecul.commun. contra commun.q.897.à num.127.cum ſeq. & 216. lib. 4. vbi d. num. 127. dicit, quod hoc caſu non dicitur Rex tangere aliquid de eccleſiaſtica iuriſdictione, & ſic habet ius, authoritatemque præcipiendi. Circa quod eſt omnino videndus Ioſeph Seſe in d. tract.de inhibitio. cap.8.§.3.num.57. cum pluribus ſequentibus,ex quibus omnibus, & eorum ſingulis liquido conſtat,tuta conſcientia,& abſque aliquo cenſurarum ſcrupulo poſſe, & debere Iudicem Laicum, Ritum noſtrum liberè practicare, eumque defendere, atque ita maximè meminiſſe iuuabit.

Solutio ad primum principale argumentum.

SVprapoſitis decidendi rationibus prænotatis,faciles erunt, vt exiſtimo, argumentorum ſolutiones. Non igitur obſtat primum, cuius materiam dubiam, & difficilem eſſe dixit Dominus Vincentius de Franchis deciſ. 329. num. 11. in fin. Sed non obſtabit, ſi ad memoriam reduxerimus ſupratraditam decidendi rationem particularem ad 1.par. noſtri tex. vbi diximus, ex eo citatum per Iudicem Laicum prætendentem eſſe Clericum teneri perſonaliter comparere ad allegandum ſuum priuilegium, quia quando Iudex Laicus eum citauit,ignorabat eum eſſe Clericum,& priuilegiatũ,quinimmo opinabatur eum eſſe Laicum. Propter

quam ignorantiam, & opinionem, eſt valida citatio,& neceſſaria perſonalis comparitio,argum.tex.in d.l.ſi quis ex aliena ff. de iudi.cum alijs in d. decidendi ratione adductis. Ideoque, quamuis veriſſima ſit regula illa,de qua in argumento,quod ſcilicet Iudex non poteſt ius dicere ſupra ſuam iuriſdictionem,& ſi dixerit, impunè ei non paretur, ex iuribus ibi allegatis,huiuſmodi tamen regula non cadit in noſtris terminis, vbi Iudex non ſolum ignorat ius dicere ſupra ſuam iuriſdictionem,ſed etiam opinatur ſuam eſſe, ſiquidem ignorat priuilegium, & ſic non poteſt di-
277 ci, quod vult † quod ignorat, iux. tex.in l.ex maleficijs 4. §. ſi quis abſentis verſ.longè minus ff.de obligatio. & actio. & facit etiam tex.in l. ſi forte 17. & ibi gloſ. fin. ff. de offic. Præſid. Quæ ignorantia, & opinio tuentur ipſam citationem, & inducunt in citato neceſſitatem comparendi de perſona ad allegandum, & probandum ſuum priuilegium, ex d. l.ſi quis aliena, alias enim eo non comparente poterit Sęcularis Iudex, qui citauit,ad vlteriora procedere, & citatum reputare contumacem,& ad pœnam, cæteroſque actus incumbentes,prout iuris,peruenire,vt diximus in dicta decidendi ratione.

Quibus addo,quod (vt ibi etiam diximus num. 213.) quando Iudex Laicus ignorans Clericatum, citat aliquem, & citatus prætendit eſſe Clericus. Tunc cognitio quæ ſperatur,non eſt ſuper Clerico, ſed ſuper Clericatu,quæ longè diuerſa ſunt,vt diximus in 4. prælud. De Clericatu autem poteſt in hoc Regno Iudex Laicus cognoſcere,per noſtrum tex. in eius 2.par.& per d.Rit.65. & diximus in particulari decidendi ratione ad eandem 2.par.noſtri tex.Et ſic non poteſt dici, quod quando Iudex Laicus citauit aliquem,& is prætendit eſſe Clericus, vult ius dicere ſupra ſuam iuriſdictionem,vt dicitur in argumento;Cùm in Regno Clericatus cognitio non ſit ſupra iuriſdictionem Iudicis Laici,vt modo diximus. Iuraque in argumento allegata loquuntur de iure communi, quo attento, Iudex Laicus nedum de Clerico, ſed nec etiam de Clericatu cognoſcere poteſt.

Circa huiuſmodi autem articulum eſt aliquantulum inſiſtendum, quia in eo tota vis argumenti conſiſtit, Quamuis enim verum ſit, in terminis noſtri Textus, valere citationem propter illam rationem,quia ſcilicet, quando Iudex Laicus citauit,ignorabat citatum eſſe Clericum, quinimmo opinabatur eſſe Laicum, vt ſupra ſæpè dictum eſt,quo caſu, nemine comparente pro citato prædicto, poterit Iudex procedere ad contumaciam,& ad actus incumbentes; Quod tamen eiuſmodi citatio obliget Clericum citatum ad comparendum de perſona,non ſatis liquet,& in hoc conſiſtit difficultas.

Pro cuius declaratione eſt animaduertendum,quod vt dicebamus in d. particulari decidendi ratione ad primam par.noſtri Tex.Citatio prædicta poteſt conſiderari dupliciter, nempe ſecundum cauſam efficientem, vel ſecundum cauſam finalem. Reſpectu cauſæ efficientis valida eſt, & legitima, quia Iudex Laicus, qui citauit,cùm ſit ignarus priuilegij Clericatus, & opinetur habere iuriſdictionem in citatum,rectè,& legitimè proceſſit ad expeditionem citationis,& ad alios actus incumbentes, dùm ſuam habet intentionem fundatam,quia nemo priuilegiatus præſumitur,cap. cùm perſonæ de priuileg.in 6.Maſcard.de probatio,concl. 1201. nu.36. vol.3.

Reſpectu autem cauſæ finalis,quę eſt obligare citatum ad comparendum,& quidem de perſona, dubium non eſt,quod citatio eſt valida,& efficax,per noſtrum Tex. iuncto d.Rit. 65. cum ratione decidendi ſupra propo-

prop. iſita ad 1. par. noſtri Tex. Sed quia comparitio eiuſmodi practicatur diuerſimodè, vt ibi diximus, ideo obſeruabis, quod poteſt prædicta citatio ſortiri diuerſos effectus, ſecundum diuerſos citationis modos, qui in proceſſibus criminalibus contra abſentes, practicantur, nempè ad informandum, & ad capitula, vel ad foriudicandum.

In Citatione igitur ad Informan-
278 dum, & ad Capitula, ſi citatus, † qui prętendit eſſe Clericus vult comparere ad allegandum exceptionem fori declinatoriam, & ad petendam remiſſionem, tenetur perſonaliter venire, nec aliter auditur per procuratorem, ſi enim comparet per procuratorem, Iudex Laicus, qui citauit dicit, quod comparente perſonaliter prouidebitur, & ſucceſſiuè procedit ad vlteriora, & ad alios actus incumbentes, vt puta ad bannum, & foriudicationem, prout cauſæ qualitas popoſcerit, & ita intelligitur noſter tex. & quotidiè practicatur.

Et ratio eſt, quia in huiuſmodi citationibus ad Informandum, & ad Capitula, non dicitur legitima alia comparitio, quàm de perſona, vt diximus in eadem decidendi ratione ad 1. p. noſtri tex. & ideo Iudex non tenetur nec ſuperſedere, nec prouidere ſuper remiſſione, Iudex enim ex proprio officio poteſt illegitimos, & inhabiles comparentes à Iudicio repellere, Vanti. in tract. de nullit. tit. quis poſſit dicere de nullit. nu. 46 & diximus ſupra nu. 189.

279 At vero in citatione † ad foriudicandum, in qua etiam vocantur, & admittuntur agnati, affines, amici, & vicini, vt dicit Vincen. de Franch. deciſ. 329. num. 7. & deciſ. 688. gloſ. 2. in conſti. poenam eorum, vbi Afflict. num. 45. Foller. in pract. crimi. verb. foriudicentur num. 4. ſi aliquis ipſorum comparuerit pro citato, allegando exceptionem fori declinatoriam in Clericatu fundatam, & exhibuerit Bullas Clericatus, aut beneficij, cum documentis perceptionis fructuum ipſius, & Iudex Laicus, qui citauit viderit dictas Bullas non eſſe falſas, aut ſuſpectas, ſuſpitione de qua infra in 2. par. num. 220. dicit, quod ponantur extra proceſſum, nullum tamen facit decretum, ſed ſuperſedet in procedendo ad vlteriora de iure, & de facto, & cauſa remaneat in terminis in quibus reperitur tempore comparitionis, non tamen tenebitur annullare quod ante comparitionem fuit factum, ſtante dicto Rit. 65. iuncta doctrina Boer. dec. 326. quem refert, & ſequitur idem Vincen. de Franch. deciſ. 271. num. 5. cum ſeqq.
280 qui tenent, eſſe in Iudicis † arbitrio audire contumacem, prout talem ſupponimus citatum ad foriudicandum, qui neceſſario fuit contumax in citationibus ad informandum, & ad capitula; Supradicto igitur caſu, & ad dictum effectum ſuperſeſſionis poteſt tertia perſona, vt puta agnatus, cognatus, affinis, amicus, vel vicinus comparere pro citato ad foriudicandum.

Et ratio diuerſitatis inter dictas comparitiones eſt, Quia cùm citatio ad foriudicandum ſit maximi præiudicij, quia per eam peruenitur immediatè ad foriudicationem, quæ morti æquiparatur, cautè in ea eſt procedendum, cap. vbi periculum, vbi glo. de electio. in 6. cum vulgat.

Proptereaque quadam ſuadente æquitate fit, quod prætenſi Clerici comparitio per tertiam perſonam facta ſit ſufficiens ad impediendum, quod Iudex Laicus, qui citauit procedat ad vlteriora, atque ita colligitur ex doctrina Domini Vincentij de Franch. d. deciſ. 329. num. 11. in fin. & d. deciſ. 688. in fin.

Quod ſecus eſt in citationibus ad informandum, & ad capitula, quę modici ſunt præiudicij, idem Vincen. de Franch. d. deciſ. 329. num. 5. in fin. & proinde comparitio aliter, quàm de perſo-

perſona facta non dicitur legitima, & per conſequens non poteſt prædictum effectum operari, vt paulò antea dicebamus.

Et ſub huiuſmodi diſtinctione eſt intelligenda illa propoſitio argumenti, quod ſcilicet Clericus poſſit comparere per procuratorem, ſeu tertiam perſonam, ad impediendam pœnam contumaciæ, foriudicationem nimirum propter æquitatem, de qua ſupra, non autem in citationibus ad informandum, & ad capitula.

Sed profectò in hoc paſſu non poſſum nõ mirari breuiter, & per parentheſim; quo ſcilicet fundamento nitatur eiuſmodi æquitas; per quam in citationibus ad foriudicandum, comparentibus cognatis, agnatis, amicis, affinibus, vel vicinis inquiſiti, & foriudicandi, & præſentantibus Bullas Clericatus, aut beneficij cum perceptione fructuum eiuſdem, Iudex, qui citauit, teneatur ſuperſedere de iure, & de facto in ſententia foriudicationis, vt paulò antea diximus.

Admiratioque oritur ex duobus grauiſſimis inconuenientibus, quæ ex eiuſmodi praxi oriuntur; in notabile iuſtitiæ, & Reipublicæ detrimentum.

Primum inconueniens, ſeu abſurdum eſt, quod admiſſa eiuſmodi practica, eſt melioris † conditionis contumax, quàm non contumax, quod repugnat omni iuri, & æquitati, Archid. in rubr. de eo qui mitti. in poſſeſſio. in 6. Deci. in cap. ſi duobus nu. 10. de appellatio. Abſurdum enim illud dicitur, in quo, nec ratio, nec æquitas militat, vt notat Euer. in loc. legal. in loco ab abſurdo num. 8. ſi quidem iſta comparitio per tertiam perſonam facta pro citato ad foriudicandum (qui neceſſariò iam erat contumax ad informandum, & ad capitula) cum Bullis Clericatus, aut Beneficij operatur ſuperſeſſionem in ſententia foriudicationis de iure, & de facto. Quam ſuperſeſſionem non operatur comparitio facta per tertiam perſonam pro parte illius, qui fuit citatus ad informandum, & ad capitula, qui adhuc non eſt contumax declaratus; Quia per hanc comparitionem per tertiam perſonam factam pro parte citati ad informandum, & ad capitula; etiam cum Bullis Clericatus, aut Beneficij, & documentis perceptionis fructuum ipſius Iudex non ſuperſedet in procedendo ad contumaciam; & ad actus incumbentes, ſed dicit; quod citato comparente perſonaliter prouidebitur circa petitam exceptionem fori declinatoriam, in Clericatu, aut Beneficio fundatam, vt ſupra diximus, & ſic patet, quod contumax eſt melioris conditionis quàm non contumax.

Præterea, ſi iſte citatus ad foriudicandum compareret de perſona, cum ſola exhibitione, & præſentatione Bullarum Clericatus, aut beneficij, cum documentis perceptionis fructuum, non quidem obtineret in exceptione fori declinatoria, ſed eſſet neceſſarium, quod probaret concludenter, & plenè alia requiſita, de quibus infra in 4. par. num. 313. cum ſeqq. ergo melioris conditionis eſt contumax, & non comparens, qui minori probandi onere grauatur.

Secundum inconueniens eſt, illud que grauiſſimum, quod ſcilicet admiſſa eiuſmodi practica facillimè eluditur, & fruſtratur principalis noſtri Textus finis, & intentio, Cuius mens, ſi rectè conſideretur eſt, obligare citatum ad comparendum de perſona, & tunc liquidare veritatem & efficaciam prætenſi Clericatus; vt ex ſupra adductis decidendi rationibus colligere licet; quem finem, & iuſtiſſimam noſtri textus mentem, tot vigilijs, & rationibus comparatam, facillimè eludit quilibet, quantumuis criminoſus, cum ſola comparitione per agnatum, cognatum, amicum, vel vicinum facta, tempore quo vocatur citatio ad foriudicandum, & ſola

ſola præſentatione Bullarium Clericatus, aut beneficij: Et ſtante hodierna frequentia, & facilitate conficiendi huiuſmodi Bullas falſas, vt paſſim experimur in Magna Curia, non obſtantibus diligentijs per Fiſcum adhiberi ſolitis, neſcio profecto quomodo quiſquam vnquam foriudicatur. Quod certè eſt pernicioſiſſimum inconueniens in graue Reipublicæ detrimentum, cuius intereſſe eminet in delictorum punitione, vt ex Francif. Sarmien. diximus in rationibus decidendi nu. 84.

Vnde inuenire non poſſum, in quo conſiſtat æquitas, ſuper qua praxis prædicta fundatur: Quamuis enim æquitatis ſumma ſit ratio l. in omnibus 90. ff. de reg. iur. l. quod ſi Epheſi ff. de eo quod cert. loc. cap. quærenti de offi. & poteſt. iudi. deleg. cum ſimilibus: Debet tamen eſſe
282 † rationabilis, & ſenſata, vt ex multis probat Hortenſ. Caualca. in tract. de Brach. Reg. 6. par. in tract. de æquitate num. 109. & ante eum Fulgoſ. in l. 1. num. 2. C. de legib. Luc. de Penn. in l. 2. num. 11. C. ne Fiſc. rem quam vend. lib. 10. Gaſpar Caballin. milleloq. 165. par. 1. Hierony. Cagnol. in d. l. in omnibus num. 6. & hinc Plato in lib. de legib. Dialog. 2. dixit, æquitatem ſola veritate commenſurari, & Boeti. in Topicis lectur. 3. ait, quod æquitas eſt, quod naturalis ratio perſuaſit: Quæ quidem requiſita vix concurrunt in æquitate praxis prædictæ.

Quæ enim quæſo æquitatis ratio conſiderari poteſt in ſuperſedendo in proceſſu, contra eum delinquentem, qui meruit citari ad foriudicandum? quæ citatio non fit, niſi in crimine, pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, vt notat doctiſſimus Scipio Rouit. in comment. ad Pragm. Regni in rubr. de ſenten. foriudicationis num. 34. Ex qua ſuperſeſſione reſultat impunitas delinquentis, eiuſque maior audacia, & diſſolutio in maximum Reipublicæ detrimentum, ad tex. in cap. vt famæ de ſenten. excommun. ex ciuium enim inobedientia, & audacia Reipublicæ ſalutem periclitari dixit Theopompus prudentiſſimus Lacedæmoniorum Rex, vt refert Plutar. lib. de Laconic. Apophthegmati. & melius in lib. quem inſcribit Reipubl. geren. præcep.

Huiuſmodi igitur ſuperſeſſio in procedendo contra citatum ad foriudicandum, ob ſolam præſentationem Bullarum Clericatus, aut beneficij per tertiam perſonam factam, cum tanto Reipublicæ detrimento, nullam prorſus habere poteſt æquitatem, quin potius maximum abſurdum, & inconueniens, quia, vt dixit gloſ. fin. ad fin. in l. à teſtatore ff. de condit. & demonſtr. poſito, quod non expedit, ſequitur quod non oportet, & iniquus, & impius eſt Medicus ille, qui propter vnius putridi digiti pietatem eundem ſcindere recuſat, cuius cauſa totum poſtea corpus languet, & corrumpitur, iux. tex. in can. reſecandæ, & in can. ecce autem 24. q. 3. & Cicer. in Verr. dixit, quod qui Rempublicam ſaluam eſſe vult, perditiſſimos homines ex Vrbe penitus extirpare debet, nè corruptus integro, violatus caſto labem infigat.

Quibus addo, quod quamuis veriſſimum ſit, æquitatem rigori præferendam eſſe, vt notatur per eum tex. in d. l. in omnibus 90. ff. de reg. iur. Cuius rei varia ſunt in corpore iuris exempla. Id tamen verum eſt, & procedit, Cæteris, vt dicitur, paribus; quando ſcilicet æquitas, & rigor ſunt ſcripta, ſecus tamen eſt, quando æquitas non ſcripta pugnat cum rigore
283 ſcripto, tunc enim æquitas † abſque dubio ſuccumbuit rigori, ſecundum gloſ. verb. in omnibus in fin. quam ſequuntur Bald. Paul. Alex. & Iaſ. ibi in l. placuit C. de iud. Cagnol. in l. in ambiguis §. quoties num. 2. ff. de reg. iur. dicit communem Neriz.

vt re-

vt refertur tom. 1. commun. opinio. lib. 2. tit. 9. num. 107. Vincen. de Franch. deciſ. 229. num. 3. quem refert, & ſequitur Aloyſ. de Leo in l. 1. num. 36. C. de legib. Duar. in l. ſicut autem in fin. ff. de re iudica. & fuit originalis doctrina Cyni, in d. l. 1. nu. fin. C. de legib. ſequitur Iacob. de Sanct. Georg. in d. l. placuit nu. 5.

Vnde ſequitur, quod cùm aduerſus delinquentes abſentes, & contumaces habeamus in Regno leges ſcriptas, nempè Conſtitutio. Pœnam eorum, Ritum noſtrum, & d. Ritum 65. quæ iura ſimpliciter, & abſolutè loquuntur, & determinant, nullam comparitionem, niſi de perſona admittendam fore, ad ſuperſedendum in foriudicatione, niſi allegentur exceptiones infirmitatis, abſentiæ, aut captiuitatis, vt diſponit etiam alius Ritus 269. incipit die. 21. Iulij ad quas allegandas citantur agnati, cognati, amici, & vicini, vt dicunt DD. in d. Conſtit. Pœnam eorum, & præſertim Gramma. num. 12. & quod non adſit lex aliqua, quæ diſponat, exceptionem fori declinatoriam in Clericatu fundatam, & oppoſitam per tertiam perſonam debere operari effectum ſuperſeſſiuum in foriudicatione, ſequitur, inquam, per conſequens, quod æquitas prædicta, tanquam fundamento carens debet ſuccumbere iuri, & rigori ſcripto, per doctrinam ſupra adductam.

Et amplius dico, quod caſu quo in eiuſmodi articulo (quando nimirum pro parte abſentis citati ad foriudicandum allegatur Clericatus cum Bullarum exhibitione, vt ſupra diximus) adeſſet aliqua dubitatio, cuius cauſa videretur admittenda huiuſ-
284 modi æquitas, † adhuc tunc erat Princeps ſuper ea conſulendus, iux. tex. in l. 1. & ibi gloſ. mag. C. de legibus, retenta prima lectura Cyni ad eum tex. ante num. 1. & num. 8. in fin. quam ſequuntur Bar. Paul. & Saly. ibi in prin. & Fulgo. nu. 2.

Quibus conſideratis, putarem in huiuſmodi articulo, quando nimirum pro parte abſentis ad foriudicandum citati allegatur Clericatus, ſeu quod habet eccleſiaſticum beneficium cum documentis perceptionis fructuum ipſius, Tutiorem, æquioremque practicam eſſe, diſcutere formiter articulum, dato termino, in quo agnatus, cognatus, amicus, vel vicinus, qui pro citato comparet, teneatur probare omnia ea requiſita, quæ probare teneretur ipſe citatus, ſi de perſona comparuiſſet, de quibus infra in 2. par. à num. 213. Et eo in probatione deficiente procedere ad ſententiam foriudicationis, Probatis tamen requiſitis ſuperſedere.

In qua practica, licet adſit etiam illud inconueniens, quod eſt audire criminaliter citatum per tertiam perſonam contra noſtrum textum, & d. Ritum 65. & extra terminos illarum trium exceptionum abſentiæ ſcilicet, captiuitatis, vel infirmitatis contra d. Ritum 269. Minus damnoſum eſt huiuſmodi inconueniens, quàm illa, quæ ſupra ponderauimus, reſultantia ex hodierna practica, & tunc ſubintrat regula tex. in can. duo mala 13. diſt.

Ex huiuſmodi enim practica, diſcutiendi ſcilicet articulum Clericatus cum illa tertia perſona, quæ comparet pro citato ad foriudicandum, reſultaret ſaltem vna vtilitas, quod ſcilicet, audito comparente in eius iuribus, multoties contingeret, eum deficere in probatione, & tunc procederetur ad ſententiam foriudicationis, & ſic iuſtitia mediante, conſuleretur partibus querulantibus, & Fiſco, Quod non contingit in hodierna practica, in qua ſimpliciter, generaliter, & indiſtinctè, comparente agnato, cognato, amico, vel vicino citati ad foriudicandum cum ſola præſentatione Bullarum Clericatus, aut beneficij cum documentis perceptionis fructuum ipſius, ſtatim ſuperſedetur

detur in ſententia foriudicationis,
Inquiſitus delinquens remanet im-
punitus, & iuſtitia partis querulan-
tis, & fiſci defraudata. Cogita tamen,
quia minime mutanda ſunt, quæ cer-
tam legem habuerunt l. minimè ff.
de legib.

Illuc tamen redeundo vnde egreſ
ſi fuimus, & huiuſmodi clauſa paren
teſi, illud animaduertendum eſt in
ſupradicto caſu; Quod quamuis ter-
285 tius † comparens pro citato ad for
iudicandum, & exhibens Bullas, &
documenta, vt ſupra dictum eſt, poſ-
ſit impedire, quod Iudex procedat ad
vlteriora, de iure, & de facto. Non
tamen tenebitur idem Iudex Laicus
ſuper remiſſione prouidere, niſi cita-
to perſonaliter comparente; Sicque
illa comparitio per tertiam perſonā
facta poteſt habere duos fines; Vnus
eſt impedire Iudicem, quod proce-
dat ad vlteriora, alter vero petere
remiſſionem; Et licet primus reſultet
ex dicta comparitione per tertiam
perſonam; quoad ſecundum autem
requiritur perſonalis comparitio.

Ratio autem diuerſitatis huiuſmo
di diſtinctionis, & praxis eſt. Quia
illa superſeſſio, quæ cauſatur ex com
paritione per tertiam perſonam fa-
cta in citatione ad foriudicandum
fundatur in ſupradicta æquitate, quæ
nullum iuris ſcripti habet fundamen
tum, quinimmo ei repugnat, vt puta
d. Conſtitu. pœnam eorum, noſtro
Tex. & d. Rit. 65. & d. Rit. 269. vt pau
lò antea diximus. Quæ quidem æqui
tas ſolum reſpicit perſonam citati;
Ne ſcilicet inauditus in re tam graui,
& periculoſa, prout eſt foriudicatio,
damnetur, ſine certo fundamento iu
riſdictionis citantis, iam controuer-
ſæ, & dubię per comparitionem illam
factam per tertiā perſonā, iux. l. 3. §. 1.
vbi gl. C. quib. ad liber. pro dam. non.
ſoci. reg. 1. lit. N. Aym. Crauet. conſ.
132. Homines S. Andreæ num. 15.
par. 1. Vt autem æquitas prædicta
noceat quantum minus poteſt iuri
ſcripto, ſufficit, quod producat illum
ſolum effectum ſuperſeſſionis in pro-
cedendo, qui ſpecialiter, & contra
ius ſcriptum, reſpicit perſonam cita-
ti; Quia ſi eadem æquitas produce-
ret etiam effectum remiſſionis, læde-
ret nimis ius ſcriptum, & cauſaret
plures ſpecialitates, nempè & quo
ad ipſum citatum ex ſuperſeſſione,
& quoad Iudicem, ad quem eſſet fa-
cienda remiſſio, contra regulam tex.
in l. 1. C. de dot. promiſſio.

Sub qua etiam diſtinctione eſt in-
286 terpretandus noſter † tex. dum di-
cit, nullum Clericum audiri in decli-
nando forum, niſi eo perſonaliter cō
parente, cum documentis Clerica-
tus; Ita vt tex. loquatur, & ſit intelli-
gendus, caſu quo Clericus petit re-
miſſionem, per declinatoriam fori, vt
denotant illa verba, ibi, intelligitur
eſſe remiſſus, & ibi, & remittitur; Se-
cus autem erit, ſi Clericus prædictus
tantum prætendit, impedire Iudicem
Laicum, ne ad vlteriora procedat,
quia tunc poterit per tertiam perſo-
nam comparere, vt ſæpè dictum eſt;
Quod tamen intellige in citationi-
bus ad foriudicandum, propter æqui
tatem de qua ſupra, quia in citatio-
nibus ad informandum, & ad capitu-
la neutrum finem operari poterit cō-
paritio per procuratorem, vel aliam
tertiam perſonam facta, vt ſupra di-
ctum eſt; In ſumma igitur, articulus
remiſſionis nunquam expeditur per
Laicum Iudicem, niſi citato perſona-
liter comparente.

Ex quibus iam intelliges ea, quæ
in argumento dicuntur, nempè Ri-
tum noſtrum dicentem, non aliter au
diri citatum, niſi eo perſonaliter com
parente, tacitè innuere, quod ſi ali-
ter comparcat remaneat contumax,
attenta ordinaria practica, qua fit,
quod quotieſcunque aliquis citatur,
ſi non comparet legitimè, ideſt, de
perſona, eo ipſo remaneat contumax,
Nam præterquam, quod hodierna
praxis aliter obſeruat, ſi quidem
quan-

quando aliquis citatur, non prius eſt contumax,quam legitimè , & publicè eius incuſetur contumacia,vt quo tidie videmus, & dixerat Foller. in practi.crimin. verb. accuſentur contumaciæ num. 1. Et ſic non eo ipſo quod citatus non comparet eſt contumax: Adhuc tñ admiſſa ea practica, quod citatus non comparens de perſona, eo ipſo ſit contumax, ipſa procederet in citationibus ad informandum,& ad capitula, quæ modici ſunt præiudicij, in quibus parum refert, an citatus eo ipſo, quod non comparet remaneat contumax; an poſtea per decretum talis declaretur; ſiquidem nulla comparitio, niſi de perſona facta, impedit in eiuſmodi citationibus, quod Iudex ad vlteriora procedat, vt ſupra dictum eſt.

Quod aliter ſe habet in citatione ad foriudicandum,in qua non eo ipſo, quod citatus non comparet eſt contumax, aut foriudicatus, ſed eſt neceſſarium,quod formiter accuſentur contumaciæ,& quod proferatur, & publicetur foriudicationis ſententia, & ſic quocunque tempore compareat tertia perſona pro citato ad foriudicandum,prætendendo eum eſſe Clericum,poterit impedire proceſſum ad vlteriora, quia talis proceſſus non cauſatur ipſo iure, & eo ipſo quod citatus non comparet, ſed mediante Iudicis facto, & decreto, quod impeditur per comparitionem prædictam.

Nec quidquam ſuperioribus ob-
287 ſtat d. Ritus † 65. in argumento ponderatus,Nam reſpondetur procedere in eo inquiſito, qui iam fuit citatus, bannitus, & foriudicatus, ex quo ante contumaciam, bannum, & foriudicationem, nullo modo, ideſt, nec perſonaliter, nec per tertiam perſonam comparuit, & ſic,nemine comparente, fuit in eius contumaciam proceſſum ad actus incumbentes,contumaciam ſcilicet,bannum, & foriudicationem; quo caſu, eo poſtea volente impedire proceſſum ad vlteriora per comparitionem factam per tertiam perſonam, iam eſt extra tempus,cùm iam reperiatur foriudicatus. Eo tamen volente petere remiſſionem debet perſonaliter comparere,vt ibi dicitur, quo loci Carauit. nu.5. in fin.ponit eius rei rationem, atque ita tex. illum intelligit, & interpretatur Dominus Vincentius de Franchis d.deciſ.329. à num.7. cum ſeqq. & tali caſu, ſi Clericus foriudicatus, qui antea perſonaliter diſtulit comparere, occiditur, ſibi imputet, quia quod damnum quis culpa ſua ſentit non dicitur damnum ſentire l.quod quis 203.ff.de reg. iur. & occiſor excuſabitur ſecundum Guid. Pap.deciſ.450.Folle.d.Rit. 65.nu.5.
288 Neque inſuper obſtat d.Rit.† 269 incipit die 21. Iulij, quo prouiſum eſt, pro parte citati, vel citandi in cauſis criminalibus, per quaſcunque perſonas in Curia mouendis, nullam admitti exceptionem per procuratorem, niſi fuerit exceptio infirmitatis,abſentiæ,aut captiuitatis;Ergo ſimiliter in caſu noſtro, pro citato ad foriudicandum, nulla tertia perſona poterit allegare fori declinatoriam in Clericatu fundatam,etiam ad eum effectum, vt Iudex Laicus, qui citauit, teneatur ſuperſedere in procedendo, cùm d. Ritus generaliter, & indiſtinctè loquatur.

Cui difficultati dupliciter reſpondet idem D. Vincent. de Franch.d. deciſ.329. à num.10.cum ſeqq. Primò enim dicit, quod ille tex. loquitur, quando citatur ad foriudicandum aliquis vt Laicus, qui re vera eſt Laicus,in quem Sæcularis Iudex habet iuriſdictionem actu, & habitu. Secus tamen eſſe,quando citatur vt Laicus ille, qui in rei veritate eſt Clericus, in quem Sæcularis Iudex non habet iuriſdictionem indiſtinctè, ſed ſolum in citationibus ad informandum,& ad capitula,vt ſupra dictum fuit.

Quæ

Quæ quidem ſolutio non integrè mihi ſatisfacit, ex quo aliquantulum ſapit diuinationem. Tum etiam quia videtur repugnare his, quæ diximus in particulari deciden. ratione ad 1. noſtri tex. partem.

Quare ſecundo, & melius dicit idem D. Vincent. de Franchis, quod etiam ſi d. ritus intelligatur, caſu quo Clericus citatur vt Laicus; adhuc eſt intelligendus de primis citationibus, nempè ad informandum, & ad capitula, quæ modici ſunt præiudicij in quibus iam ſupra reſoluimus, citatum non aliter audiri, niſi eo perſonaliter comparente. Et quod Ritus ille loquatur de citationibus ad informandum, & ad capitula, paret ex ipſius contextura, & præſertim ex illis verbis, ibi, in cauſis criminalibus mouendis. Per citationem enim ad informandum, & ad capitula mouentur, & inchoantur cauſæ criminales, Per citationem autem ad foriudicandum dicuntur iam motæ. Ex eo etiã colligitur, quia ille Ritus loquitur de oppoſitione facienda per procuratorem citati, vel citandi, qui non admittitur in caſu, & citatione ad for iudicandum, in qua non citantur nec admittuntur procuratores, ſed tantum agnati, cognati, amici, aut vicini citati, vt rectè conſiderat idem de Franch. d. deciſ. 329. nu. 11.

Vel tertio, & vltimo ego reſpondeo, veriſſimam quidem, & obſeruandam eſſe d. Ritus diſpoſitionem, non admittentem procuratorem in cauſis criminalibus, niſi ſolum ad allegandas prædictas tres exceptiones: Nec nos in effectu aliud dicimus. Quamuis enim fateamur, quod com parente tertia perſona pro citato ad foriudicandum, tenetur Iudex ſuperſedere de iure, & de facto: Non inde ſequitur, quod dictus Iudex ex eo admittit exceptionem fori declinatoriam Clericatus, in d. ritu non compræhenſam, ſiquidem, tunc in effectu diceretur admiſſa dicta exceptio, & ſecundum excipientis intentionem, quando Iudex non ſolum ſuperſederet in procedendo, vt ſupra diximus, ſed etiam pronunciaret, & prouideret ſuper petita remiſſione fundata in declinatoria Clericatus, ad quod ipſe Iudex non tenetur, niſi citato perſonaliter comparente, vt ſupra reſoluimus; Et ſic per ſolam ſuperſeſſionem ſine remiſſione non poteſt eum effectu dici, quod Iudex admittit exceptionem fori declinatoriam, in d. Ritu non compræhenſam, quæ potius ad remiſſionem petendam fuit oppoſita.

Qui enim opponit fori declinatoriam exceptionem, illud principaliter intendit, remitti ſcilicet cauſam ad ſuum Iudicem competentem, vt patet ad ſenſum, quem effectum non conſequitur tertius comparens pro citato ad foriudicandum, quia non fit remiſſio, quamuis ſuperſeſſionem conſequatur, quæ ſatis diſtat ab intentione, & fine exceptionis fori declinatoriæ, atque ita dictum Ritum cum ſuperiori reſolutione concordari poſſe exiſtimo, & hæc ſunt, quæ à DD. quotidie adducuntur pro ſolutione primi principalis argumenti ſupra poſiti.

Sed profecto licet arguta ſint, & ſubtilia, Negari tamen non poteſt, quod aliquantulum videntur aliena à mente, & intentione noſtri Tex. qui ſi iuxta literalem ſenſum, & contexturam conſideretur, aperte probat, quod ſi aliquis citatus prætendit eſſe Clericus, non aliter audiatur in ſua prætenſione, niſi comparente perſonaliter, quod eſt dicere nullam eſſe habendam rationem eius comparitionis aliter quam perſonaliter factæ, quo minus Iudex poſſit indiſtinctè ad vlteriora procedere.

Quare clarius, atque breuius ego
289 aliquando dicebam, Textum † noſtrum prout ſonat, & ad literam intelligendum fore, quod ſcilicet citatus, qui tanquam Clericus prætendit

declinare forum, non aliter audiatur niſi comparente perſonaliter, ita, quod ſi aliter compareat poſſit contra eum ad vlteriora, ad actus incumbentes procedi per Iudicem Sæcularem, qui eum citauit: Intelligendo tamen ſemper noſtrum Textum prout ſonat, vt ad literam prout paulò antea diximus.

Neque obſtat argumentum, dum in eo dicitur, quod quotieſcunque Iudex dicit ius ſupra ſuam iuriſdictionem impunè ei non paretur, ex d.l.fin.ff.de iuriſdi. omn. iudi. cum alijs in eodem argumen. allegatis. Nam reſpondeo, quod quando Iudex Sæcularis citauit aliquem, & iſte per tertiam perſonam opponit fori declinatoriam in Clericatu fundatam, qua non obſtante, Iudex procedit ad actus incumbentes, non dicit ius ſupra ſuam iuriſdictionem, loquendo ſemper, quando citatus eſt ſimpliciter tonſuratus, aut minorum ordinum. Quia eo ipſo, quod Ritus noſter concedit Iudici Laico cognitionem Clericatus, vt in eius 2. par. propter rationem decidendi ibi aſſignatam, concedit etiam eidem omnia neceſſaria antecedentia, ſine quibus hæc cognitio commodè, & vtiliter expediri non poteſt, ideſt citationem bannum, & foriudicationem, ad obligandum citatum de perſona comparere, prout in ſimili reſoluit Petr. Barboſ. in d. l. Titia num. 32. verſ. & iuxta prædicta ff. ſolut. matrim. per d.l.ſi quis ex aliena.ff. de iudi. notat Specul. in tit. de reconuentio.§.nunc videamus num.2.iunctis his, quæ ſupra diximus num. 190

Neque obſtat, quod ad allegandam exceptionem fori declinatoriã, & Iudicis incompetentiæ poſſit procurator comparere, vt ex Gand. Gram. & Cara. dicitur in argumento, Nam reſpondeo, quod præterquam quod id de iure non ſatis liquet; In noſtro Regno quæſtio iſta eſt ſopita per d.rit.269.incipit die 21. Menſis, quo loci cauetur, ſolas tres exceptiones, infirmitatis ſcilicet abſentiæ, & captiuitatis per procuratorem opponi poſſe in cauſis criminalibus.

Quid quod etiam circumſcripto d. Rit. 269. dici poteſt, ſupradictos DD. & alios per eos allegatos tenentes exceptionem Iudicis incompetentiæ opponi poſſe per procuratorem, non admittentes d.Rit.269. quo ad Clericos ex defectu poteſtatis, intelligendos fore, quoad Clericos in ſacris conſtitutos, non autem quoad Clericos primæ tonſuræ, & minorum ordinum; Quia quoad iſtos non poteſt Iudex Sæcularis dici omnino incapax, ſed ita demum ſi probauerint Clericatum cum ſuis requiſitis coram eodem Iudice, vt in 2.par.noſtri tex. iuncta eius decidendi ratione, ad quod debent perſonaliter cõparere, per doctrinam Barboſ.& Speculat. vbi ſupra iunctis his, quæ diximus d. num. 190.

His igitur duabus ſolutionibus ad primum principale argumentum ſic cõſtitutis cũ Ouid.lib.1.de arte amã.

Elige cui dicas, tu mihi ſola places.

Fateor tamen, primam eſſe tutiorem, cùm quotidiana practica Doctiſſimorum virorum authoritate introducta roboretur. Sed raro continget caſus, quia Clerici citati raro comparent, vt diximus ſupra num. 202.

Solutio ad ſecundum principale argumentum.

Neque obſtat ſecundum argumentum contra ſecundam partem noſtri Tex. in ſuperioribus principaliter adductum, deſumptum que ex tex. in d. cap. ſi Iudex Laicus de ſenten.excommu. in 6. quod profecto difficillimum eſt, materiamque arduam, & periculoſam continet, ideoque in eius diſcuſione ſenſim pro-

procedendum eſt, quia vbi maius periculum, ineſt ibi cautius eſt agendum cap. vbi periculum, & ibi gloſ. de electio. in 6. & facit illud Horat. lib. 1. Epiſtol. 16.

Cautus enim metuit foueam Lupus, accipiterque.
Suſpectos laqueos, & opertam miluius hamum.

Agendum ſiquidem nobis eſt de quæſtione illa. An ſcilicet Sæcularis Iudex de negotijs, ſeù cauſis Eccleſiaſticis ſpiritualibus cognoſcere poſſit, Qui articulus adeo eſt Interpretum opinionibus inuolutus, vt ſine aliquorum detractione vix aliquid certum dici poſſit, Tanto magis, quod is anguſtus tractatus tantæ magnitudinis videtur incapax, & ſi materia ipſa ad id non me compelleret fateor ingenue, periculum hoc me libenter ſubterfugiſſe, ſed ſtante iminente, & neceſſaria occaſione rem aggredi neceſſe eſt, quia vt ait Procopius lib. 6. de bello Perſic. vbi res in periculum vertitur, nihil magis expedit, quàm in pronptu optimum capere conſilium, iuxta illud Ouidij lib. 2. de art. aman.

Cùm mora non tuta eſt, totis incumbere remis
Vtile, & aſſiduo ſubdere calcar equo.

Articulum igitur ad aliquam methodum reducendo, vtiliora breuiter tractare non prætermittam, vnicam generalem concluſionem proponendo, eamque cum vnica ampliatione, & altera limitatione declarando.

Concluſio igitur eſt negatiua,
290 Nempè, quod Iudex † Sæcularis de negotijs, ſeù cauſis Eccleſiaſticis ſpiritualibus cognoſcere minimè poteſt, quam concluſionem probat expreſſe tex. (qui eſt baſis huius materiæ) in cap. 2. cum ſeqq. de iudi. cap. 2. cum alijs de for. competen. cap. 1. cap. quæ in eccleſiarum cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſti. d. cap. ſi Iudex Laicus de ſenten. excommun. in 6. can. 1. can. continua lege, & per totam 11. q. 1. & diximus ſupra in argumento, eamque tenent omnes ordinarij interpretes in dictis locis, & præter eos eandem exornant Couar. practi. quæſtio. cap. 33. num. 1. Guttier. quæſtio. Canoni. lib. 1. cap. 34. num. 25. Sebaſtia. Vanti. in tract. de nullit. tit. ex defect. iuriſdi. nu. 54. Afflict. deciſ. 14. num. 1. vbi multa ad propoſitum notat Vrſil. Ioan. Anto. de Nigr. in d. Bull. extrauag. Clemen. VII. in gloſ. verb. priuileg. num. 8. & nouiſſimè Dida. Sahag. in cap. fin. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. num. 49. & eſt huiuſmodi concluſio adeo certa, & abſoluta apud vtriuſque iuris interpretes, quod maiori allegatione non Indiget.

Ratio autem concluſionis eſt. pro pterea nimirum, Sæculares Iudices de cauſis eccleſiaſticis, & ſpiritualibus cognoſcere non poſſe, quia earum ſunt incapaces, Quando enim
291 lex diuina † Iudicibus Eccleſiaſticis ſuper rebus eccleſiaſticis, & ſpiritualibus iuriſdictionem conceſſit, eam expreſsè Iudicibus Laicis denegauit, Quia Chriſtus Dominus iuriſdictionem eccleſiaſticam, ita Beato Petro conceſſit, vt ab eo in eius ſucceſſores, cæteroſque Eccleſiæ miniſtros, & Iudices Eccleſiaſticos dimanaret, iuxta illud Matth. cap. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram, &c. & paulò inferius, Tibi dabo Claues, &c. facit tex. in cap. in nouo. 21. diſti. & in can. futuram 12. q. 1. & ita iuriſdictionem eccleſiaſticam Iudicibus eccleſiaſticis conceſſit, vt eandem Sæcularibus omnino denegauerit, ad tex. in can. bene quidem verſ. hæc ſcriptura, & in can. Imperatores 96. diſtin. can. 1. cum multis ſeqq. 11. q. 1. cap. quamquam de cenſib. in 6. d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ cũ ſeqq. de conſti. & faciunt notata per Gramat. deciſ. 61. nu. 10. ideoque Marc. Anto. Eugeni. conſ. 31. num. 47. lib. 1 Iudicem Laicum reſpectu Clerico-

rum, appellauit Iudicem vetitum, & ante eum Anto.de Butr.in d.cap.at ſi Clerici num.fin.verſ.puto,quod nec de iudi.

Et huius rationis ratio eſt, Quia ſicut corpus humanum duabus principalibus conſiſtit partibus, anima, ſcilicet, & corpore, ita etiam Chriſtianæ Reipublicæ corpus mixticum
292 † duabus poteſtatibus regitur, & componitur,eccleſiaſtica nimirum ſeù ſpirituali,& temporali,vt ex Gregor.Nanzian. in oratio. ad Popul. timor.perculſ.docet Illuſtriſſimus Cardinalis Bellarmi. in tract. de Poteſt. Papæ in reb. tempor. aduerſus Guliel. Barclai. cap. 13.& quemadmodum anima,& ſpiritus altiora longè, & maiora ſunt corpore, ita etiam eccleſiaſtica poteſtas,quæ ſpiritualibus rebus, & hijs, quæ ad animæ ſalutem pertinent,incumbit, ſublimior ſatis, & grandior eſt temporali, quæ temporalem, politicamque Rempublicam gubernat,iux.tex. in can.duo ſunt 12.q.3. iuncto tex. in extrauag. vnam ſanctam de maiorit. & obedie. inter commun. cap.2. de tranſl. Epiſcop. proſequitur, & latè exornat Petr. Gregor. Tholoſ. in ſyntag.iur. vniuerſ.lib.15.cap.1.per totum.

Si ergo ſpiritualia, & eccleſiaſtica altiora, & grandiora ſunt temporalibus,mirum nihilſi temporalis Iudex ſpiritualium ſit,incapax,ex principio
293 naturali, quod inter † continentem,& contentum debet eſſe proportio l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſeſſ.ſtat igitur,quod incapacitatis ratione Iudex Sæcularis,de negotijs eccleſiaſticis,& ſpiritualibus cognoſcere non poteſt.

Et dico de eccleſiaſticis, & ſpiritualibus,vt intelligamus, non ſolum cauſas ſpirituales ad animam, ſacramenta,ritus,& ceremonias eccleſiaſticas pertinentes Sæcularibus Iudicibus eſſe vetitas, verum etiam, & eccleſiaſticas, quæ ſpirituales non ſunt,ſed temporales,& prophanæ,vt puta Ciuiles,Criminales,& pecuniarias,iuxta diſtinctionē ſupra ꝓpoſitā num. 35. Diuerſa tamen ratione, & iure, Nam cauſæ Ciuiles, Criminales,& pecuniariæ Clericorum non diuino iure, ſed poſitiuo fuerunt Iudicibus ſæcularibus vetitæ, vt ibi etiam diximus nu. 36. quidquid dicat Sahag.in repetit.cap.2.de iud.nu.18.

Et ſecundum hanc diuerſitatis rationem poteſt intelligi quod ſupra num. 71. diximus, prohibitionem ſcilicet cognitionis Clericatus,quoad Iudicem Laicum eſſe iuris poſitiui, eo ſcilicet caſu,quo talis cognitio conſiſtit circa factum illius, iuxta notata infra num.307.Cùm tale factum ſit quid temporale, & prophanum,vt diximus ſupra n.222.& in 2. par.num.463.

Ampliaturque ſupradicta concluſio,vt procedat nedum principaliter,
294 verum etiam,& incidenter, † i deſt, quod Sæcularis Iudex non ſolum ſit prohibitus tractare, & cognoſcere de negotijs,& cauſis eccleſiaſticis,& ſpiritualibus principaliter, ſed etiam incidenter.

Quod vt perfectè intelligamus,eſt breuiter animaduertendum, quod
295 cauſa incidens † dicitur, quando cùm principaliter aliquid agitur, aliud incidenter, & minus principaliter occurrit. Verbi gratia, ſi aliquis petit tanquam filius hæreditatem, & in eiuſmodi petitionis hæreditatis iudicio obijcitur,non eſſe filium legitimum, Tunc eiuſmodi filiationis cauſa dicitur incidens, & ita procedit tex.in cap.tuam de ordin. cognitio. & in cap. lator. extr.qui filij ſint legiti. Similiter, ſi cùm principaliter tractatur cauſa diuortij, occurrit tractari de cauſa dotis,hæc dicetur incidens, vt in cap. de prudentia de donatio.int.vir.& vxor.notat Sahag.in repetitio. cap. fin. num.52.verſ.hac difficultate de ſequeſtr.poſſ. & fruct. Io:Garſi.de nobilit.gloſ.1. nu.22.

Neque principaliter igitur,neque inciden-

incidenter Iudex Sæcularis de cauſis eccleſiaſticis,ſeù ſpiritualibus cognoſcere poteſt,ita probat tex.expreſſus in d.c.tuam,vbi glo.fi.& ind.c.lator,tex.in c.vt inquiſitionis §.prohibemus de heret.in 6.gl.verb.ſpiritua li in d. cap.ſi Iudex Laicus de ſente. excomm.in 6.notant Innoc.in cap. verum,num.3.Panorm.num.18. Felyn.num.5. dicens communem de for. compet. ex quibus, & alijs dicit etiam communem Couar. practi. quæſtio. cap. 18.num.8. verſ.modo teſtis,Afflict. deciſ. 230. per totam vbi Piſanel. & Vrſill. Iul. Clar. in practi.crimin.§.fin.quæſtio.38.num. 14.Petr.Barboſ.in d.l.Titia num.21. ad fin.ff.ſolut.matrim.& nouiſſime Sahag. vbi ſupra nu. 5. dicens etiam communem opinionem, atque ita in Sacro Conſilio quotidie obſeruari refert Domin.Vincen. de Franch. deciſ.512.num.3.

Contra huiuſmodi tamen ampliationem fortiter inſurgit tex. † in
296 l.quoties 3.C.de iudic. quo loci manifeſtè probatur, quod ſi in cauſa principali occurrat incidenter cauſa ſtatus,de ea poterit Iudex cognoſcere,quamuis alioquin,ideſt, principaliter cognoſcere non poſſet,& ſic ratione incidentiæ Iudex alias incompetens efficitur competens; Proſequitur multa inferens Mattienz. in l.9.tit.7.gloſ.2.à num.8. lib.5. recollectio.Ergò ſimiliter,quamuis Sæcularis Iudex rerum ſpiritualium, ſeù eccleſiaſticarum principaliter cognoſcere non poſſit, incidenter tamen vtique poterit.

Cui difficultati variè conantur reſpondere DD.ſupra allegati,ommiſſa tamen antiquorum ſolutione, quorum primus fuit Innoc.Moderni aliter reſpondent,dicentes, Textum in d.l. quoties procedere in Iudice incompetenti, qui ratione incidentiæ facillimè competens fieri poteſt: ſuprapoſitā vero noſtrā ampliationē loqui de Iudice incapaci ſeu vetito.

Inter quos Iudices eſt maxima differentia. Siquidem incompetens
297 † ille dicitur, qui iuriſdictionem habet in habitu,& potentia,licet non in actu, & exercitio, qualis eſt Archiepiſcopus Neapolitanus reſpectu Clericorum Capuanorum,qui quam uis actu, & exercitio ſuper eis iuriſdictionem non habeat;Potentia tamen & habitu, ſcilicet prorogatione ratione delicti, vel alias poteſt de eorum cauſis cognoſcere, & in eos iuriſdictionem exercere. Similis eſt Capitanius Auerſanus reſpectu Ciuium Capuanorum, in quos vel ratione communis eorum conſenſus volentium iuriſdictionem prorogare, vel ratione contractus, vel delicti poteſt in eos iuriſdictionem exercere, quamuis alias regulariter eam tantum habeat habitu, & potentia,iux. tex.in l.1.cum materia C. vbi de crimin. agi oport. & eſt optima gloſ, verb. debebit in l. hæres abſens §. 1. ff.de iudi. Eiuſmodi etiam eſt Sacerdos non habens ſubditos, propter Sacerdotium enim habet poteſtatem abſoluendi, habitu tamen, & potentia, non autem in actu, & exercitio cap.omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſio.Triden.ſeſſio.23.in decre. de reformat. cap. 15. iuncto cap. 6. ſeſſio.14.

298 Incapax † autem Iudex appellatur, ille, qui neque in actu, neque in potentia iuriſdictionem habet, qualis eſt Iudex extra territorium,qui nulla ratione actu,vel potentia iuriſdictionem ibi exercere poteſt, vt in exemplis ſupra poſitis applicatis quoad territoria,l.fin.ff.de iuriſd.omni. iud. eiuſmodi eſt Iudex Laicus reſpectu cauſarum eccleſiaſticarum, ſpiritualiumque,quem Marc.Anto.Eugen.& Antō. de Butr. vbi ſupra appellarunt Iudicem vetitum, & vulgo appellatur penitus incompetens.

Vnde ad argumentum reſpondetur,procedere in Iudice incompetenti, noſtram vero limitationem in Iu-

dlce incapace, ſeu vetito, vt ſuprà diximus. Quia incidentia quamuis incõpetentem poſſit facere competentẽ, incapacem autem capacẽ facere minimè poteſt.

Et ratio eſt, quia incompetentis Iudicis iuriſdictio in potentia, & habitu conſiſtens, ex cauſa incidenti reducitur ad actum, & exercitium; ſed incapacitas non poteſt ex incidentia ad capacitatem reduci: Quia quamuis incidentia ſit motus tollendæ incompetentiæ, non tamen eſt modus tollendæ incapacitatis, quæ ab eo ſolo tolli poteſt, qui habet poteſtatem faciendi capacem. Quare cum Laicorum Iudicum incapacitas, quoad cognitionem cauſarum eccleſiaſticarum, & ſpiritualium, lege diuina, & Pontificia ſit introducta, & fundata in illo principio naturali, de quo ſupra num. 293. tolli non poterit niſi per habentem poteſtatem illam tollendi, ex principio etiam naturali, quod vnumquodque diſſoluitur eo modo, quo colligatum eſt l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. notat Dida. Sahag. in d. cap. fin. num. 51 de ſequeſtr. poſſeſſio. & fruct. & ſic eiuſmodi incapacitas per legem diuinam, aut per Pontificiam, quoad cauſas temporales, & prophanas, nulla autem ratione per incidentiam tolli poterit.

Sed aduerſus ſolutionem hanc ego aliquando conſiderabam literam, & mentem d. l. quoties, volentis in effectu, quod ſi in cauſa principali incidat quæſtio ſtatus, de ea idem Iudex poterit cognoſcere, quamuis alioquin non poſſet.

299 Cauſa autem ſtatus † poteſt incidere, vel quia opponitur de ſeruitute alicuius ex litigantibus, vt dicit gloſ. ibi iuncto tex. in cap. 1. & fin. de coniug. ſeruor. vel de illegitimitate, vel de filiatione, an aliquis ſit legitimus, vel naturalis tantum, an pater, vel filiusfamilias, omnes iſtæ enim ſunt quæſtiones ſtatus, vel conditionis, iux. tex. in l. 1. & in rub. ff. de ſtat. homin. cum titulis ſeqq. facit tex. in l. hæres 32. & in l. ſed & ſi 34. ff. de acquir. vel amitt. hæred. In quibus quidem quæſtionibus neceſſario agendum eſt de matrimonio, quod ſacramentum eſt à Chriſto Domino inſtitutum, & ſic res eccleſiaſtica, & ſpiritualis, vt in Concil. Triden. ſeſſio. 24. can. 1. ergo tex. in d. l. quoties, loquens de cauſa ſtatus, non ſolum comprehendit incompetentiam, ſed etiam incapacitatem, quoad ſacramentum ſcilicet matrimonij.

Reſponderi tamen poteſt, quod

300 matrimonium † poteſt dupliciter conſiderari, vno modo quatenus eſt contractus quidam iuriſgentium, iux. tex. in cap. fin. de conditio. appoſit. & in cap. fin. de procurat. in 6. prin. inſti. de iure natu. gent. & ciuil. Secundo vero modo quatenus ſacramentum eſt nouæ legis à Chriſto Domino inſtitutum, vt in d. ſeſſ. 24. can. 1. & in ſeſſ. 7. cap. 1. docet Petr. Gregor. partitio. iur. Canon. lib. 1. tit. 2. cap. 1. nu. 1. cum ſeqq.

Vnde argumentum prædictum, quod habet, in cauſa ſtatus, de qua in d. l. quoties, tractari de matrimonio, intelligendum eſt primo modo, quatenus ſcilicet eſt contractus, nec aliter Alexander Imperator illius tex. author intelligi poteſt, cùm eius tempore adhuc non fuiſſent ſacramenta inſtituta, quo caſu Iudex Laicus non eſt incapax huius cognitionis, cùm nihil habeat ſpiritualitatis, & etiam de matrimonio quatenus ſacramentum eſt, poteſt Laicus Iudex cognoſcere, dum in facto conſiſtit, an ſcilicet matrimonium contractum ſit nec ne, vt ſtatim dicemus.

Cæterum Matrimonialis cauſa, quatenus ſacramentalis eſt, & de eius legitimitate, & validitate Canonica tractatur, ſpiritualis omnino eſt, & ad ſolos eccleſiaſticos Iudices ſpectat,

ſpectat, & ſæculares ſunt eius incapaces, vt ſupra reſolutum extat, quæ quidem diſtinctio colligitur ex Couar. de ſponſal. 2. par. cap.1.§.vnic. num. 4.

Ex qua differentia inter incompetentem, & incapacem Iudicem inter prætor tex. alias difficilem, & ſupra traditæ ampliationi ſatis repugnan-
301 tem in l.nullum † 13. C. de teſtib. vbi dicitur, quod nullus teſtis in aliqua cauſa falſum deponens, fori præſcriptione, vel aliquo alio priuilegio excuſari poteſt, quo minus à Iudice illius cauſæ cognoſcatur, quamuis alias, ratione dicti priuilegij, eſſet incompetens, & ſic ratione incidentię, qui alias de cauſa cognoſcere non poterat, efficitur Iudex competens, & legitimus contra præhabitam ampliationem.

Qui tex. ſimiliter eſt intelligendus & procedit in Iudice incompetenti, qui ratione incidentiæ poteſt teſtem alias priuilegiarum, & à ſua iuriſdictione exemptum coram ſe falſum deponentem punire, & de eo cognoſcere, ſecus tamen erit, quando Iudex fuerit incapax eiuſmodi cognitionis, tunc enim nequaquam procedet illius tex. diſpoſitio, vtputa ſi Clericus coram Laico Iudice falſum teſtimonium deponat, de eo enim nulla ratione cognoſcere poterit, ratione incapacitatis prædictæ, vt expreſſe tenet, & dicit commun. opin. Felyn. in cap. verum num. 5. & ante eum Panorm. ibi num. 18. de for. compet. eamque ſequuntur, & dicunt communem Couar. practi. quæſtio. cap. 18. num. 8. verſ. modo teſtis, Afflict. deciſ. 230. per totam, Capyc. deciſ. 5. num. 13. Pugnatar. ſuper prag. 4. Regni tit. de falſit. teſti. num. 62. Hortenſ. Caualca. in practi. de teſtib. par. 5. num. 217. cum ſeq. Maran. in Specul. 6. par. act. 12. verſ. de incidenti criminali num. 4. fol. 443. in nouiſſim. Petrus Foller. in conſti. de perſonis num. 3. quem refert Rouit. in pragm. 4. de falſis num. 11. Ioan. Guttier. qui ex profeſſo tractat articulum lib. 1. pract. quæſtio. Ciuil. q. 24. per totam, Fachin. controuerſ. iur. lib. 9. cap. 27. Vincen. de Franch. deciſ. 722. num. 6. vbi affirmat eſſe reprobatam gloſæ opinionem in d. l. nullum contrarium tenentis, & allegat deciſ. 515. & credo quod allegare voluit deciſ. 512.

Vnde cauebis ab Anto. Theſaur. deciſ. Pedemont. 166. num. 3. indiſtinctè tenente, etiam Clericum falſum deponentem coram Iudice Laico, ab ipſo cognoſci, & puniri poſſe, ex ſupradictis enim rationibus, & authoritatibus conuincitur manifeſtè; & eſt communis opini. ſecundum Auend. de exequen. manda. 2. p. cap. 27. num. 5.

Carauita autem, & Martin. in additionibus ad deciſ. Afflict. 230. di-
302 cunt, quod quamuis Iudex † Sæcularis non poſſit cognoſcere de Clerico coram ſe falſum deponente, ad effectum illum puniendi, poteſt tamen cognoſcere ad effectum repellendi illum à Iudicio, & procedendi ad vlteriora in cauſa, ſecundum Felyn. in d. cap. verum num. 5. verſ. declara de for. compet. Couar. d. cap. 18. num. 8. verſ. illud vero, quem ſequitur Iul. Clar. in practi. crimin. §. fin. q. 38. num. 14. vbi Baiard. num. 37. ampliat etiam ſi per Eccleſiaſticum Iudicem fuiſſet inhibitum, notat Farin. dicens communem in practi. crimin. d. tit. de inquiſitio. q. 8. num. 26. in fin. quibus adde Ioan. Gutier. vbi ſupra num. 2. & 3. Mattienz. in l. 9. tit. 7. gloſ. 2. num. 12. lib. 5. recollectio. quod eſt memoriæ commendandum, quia quotidie euenire poteſt.

Cuius rei occaſione opportunè
303 quæri poteſt in præſenti, an Iudex † Eccleſiaſticus, vice verſa, cognoſcere poſſit de Laico teſte coram ſe in aliqua cauſa falſum deponente. Cuius quæſtionis opiniones pro vtraque

quæ parte adducit Afflict. deciſ. 219. & omiſſa duplici diſtinctione Hyppol. de Marſil. in l. 1. §. præterea nu. 34. ff. ad l. Cornel. de ſicari. Reſpondendum eſt cum eodem Afflict. d. deciſ. 219. ab vtroque Iudice dictum teſtem puniri poſſe, & eum præferri qui præuenerit, etiam in citando, quia in hac ſpecie præuentio inducitur etiam ex citatione, iux. tex. in l. ſiquis poſteaquam ff. de iudi. & dicemus infra in 2. par. num. 79. Idem tenet Farina. vbi ſupra d. q. 8. num. 27. Marant. vbi ſupra num. 6. Guttie. d. q. 24. num. 4. Iul. Clar. d. q. 38. num. 15. vbi Baiard. num. 38. qui ex Vrſil. & alijs in d. deciſ. Afflict. 219. dicit quod Eccleſiaſticus Iudex poſt latam ſententiam in cauſa principali in qua Laicus teſtis falſum depoſuit non poterit contra eum procedere, quia iam functus fuit officio ſuo.

Et ratio prædictorum, meo videri, eſt, quia periurium † in prædicta
304 ſpecie, à quo deſcendit falſitas, eſt crimen mixti fori, ſecundum Marant. in ſuo Specul. 4. par. diſtin. 11. num. 14. ante fin. Petr. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 12. §. quædam num. 3. Auendan. de exequen. mandat. 2. par. cap. 27. num. 1. In Criminibus autem mixti fori eſt locus præuenrioni, iuxta notata per Iul. Clar. in practi. crimin. §. fin. quæſt. 37. num. 1. vbi etiam Baiar. Farina. d. q. 8. num. 129. Vincen. de Franch. deciſ. 147. num. 5. atque ita per hanc rationem expreſſè tenet Peguera deciſ. Chatal. 79. num. 6. Zeuall. in tracta. de cognitio. per viam violent. q. 67. nu. 10.

Quæ quidem ratio non militat quoad Clericum teſtem falſum deponentem coram Iudice Laico, quia is nulla ratione cognoſci poteſt ab eo, propter incapacitatis rationem ſupra adductam, & ſic eiuſmodi crimen non poteſt dici tunc temporis mixti fori, ſed merè Eccleſiaſticum, ideoque ad eccleſiaſticum Iudicem, & nullo modo ad Sæcularem eius pertinet cognitio, vt paulò antea diximus.

Aduerte tamen, quoad praxim, quod quamuis ſupra tradita reſolutio præuentionis, circa Laicum teſtem coram Eccleſiaſtico Iudice falſum deponentem procedat de iure communi; de iure autem Regni credo, quod locum habere non poteſt, per diſpoſitionem Regiæ Prag. 3. incip. reuerende vir, ſub tit. de iuriſd. inuic. non turban. vbi diſponitur in criminibus mixti fori Iudicem Eccleſiaſticum non habere præuentionem, per quem tex. ita tenet Baiar. ad Iul. Clar. d. q. 37. nu. 2.

Ex quibus omnibus apparet, Iudicem Laicum reſpectu rerum, ſeù cauſarum Eccleſiaſticarum ſpiritualium eſſe incapacem; Eccleſiaſticum vero reſpectu temporalium tantum eſſe incompetentem.

Cuius rei ratio dependet à ratione, quam ſupra notauimus num. 292. Quia videlicet, cùm homo duabus regatur poteſtatibus, ſpirituali nimirum, & temporali, vt ibi diximus, & probat etiam tex. in can. duo ſunt 96 diſtin. docetque Nauar. in cap. nouit notab. 3. num. 82. de iudi. Iuriſdictioque Eccleſiaſtica ſit ſuperior, hæc nunquam fuit à Chriſto Domino cõceſſa Sæcularibus, quia quæ ſuprema ſunt ſuperioribus reſeruata cenſentur, iux. tex. in cap. Prudentiam §. ſexta de offici. & poteſt. iudi. deleg. quia inferiores eorum ſunt incapaces, vt ſupra diximus. At vero quando idem Chriſtus Dominus poteſtatem Eccleſiaſticam Iudicibus Eccleſiaſticis conceſſit, conceſsit etiam iuriſdictionem Sæcularem tanquam inferiorem, ſaltem habitu, & potentia, vt ea vterentur quotieſcumque opus fuiſſet ad faciliorem ſpiritualis iuriſdictionis expeditionem, & conſequendum ipſius finem, ſecundum D. Thom. lib. 3. de regimi. Princip. cap. 12. Victor. in relection. de poteſt. eccl. ſeſſio. 6. num. 12, & facit regula.

tex.

tex.in l.2.ff.de iuriſdict. omn. iudi.& cap.præterea vbi latè Felyn.num.4. de offic.& poteſt. iud. delegat. Duos quippè gladios habuit Petrus Apoſtolus, Materialis autem, ſeu temporalis exercitium prohibitum, & in vagina retineri iuſſum, vt habetur Matth. cap. 26. & proſequitur Petr. Gregor.Tholoſ.in ſyntag. iur.vniue. lib. 15. cap.1.num. 13.& exponitur in extrauag. vnam ſanctam verſ. in hac eiuſque de maiorit.& obedient. inter commun.

Præterea eodem themate retento teſtis ſcilicet falſum deponentis ad-
305 huc quæro, An is à delegato † Iudice coram quo falſum depoſuit cognoſci, torqueri, & puniri valeat, quam quæſtionem ad partes diſputat Couar.d. cap.18.practi. quæſtio: num. 8. & ante eum Decius in cap. præterea in 4.notab.vbi Panorm. de offic.& poteſt.iudi. delegat. qui omnes pro parte affirmatiua adducunt tex.in d.l.nullum C.de teſtib. & in cap. ſuper his 8. de pœnis, quo loci illi Iudices delegati teſtem varium, & vacillantem carcerauerunt, & detinuerunt;retenta lectura aliquotum Codicum vbi legitur de mandato veſtro.

Pro contraria autem opinione negatiua ſcilicet allegatur tex. in l. Diuus Pius 31. ff. ad leg. Cornel. de falſ.vbi Caliſtrat.refert Diuum Pium reſcripſiſſe, producentes falſa inſtrumenta ad Imperatorem remittendos fore, æſtimaturum quatenus coerceri debeant; Præſuppoſito ad illius tex. inductionem, quod inſtrumentorum appellatione atteſtationes etiam compræhenduntur,ſecund.Hoſtienſ.in ſumm. de fid. inſtru. num.1. & 2.

Secundo allegatur tex. in authen. de teſtib. §. ſi vero ignoti. collat. 7. vbi diſponitur teſtes falſos apparitori,vel defenſori puniendos, & coercendos remitti.

Quam opinionum contrarietatem varijs modis conantur componere interpretes, vt videre eſt per Couar. vbi ſupra,omnes tamen conſentiunt in eo, quod Principis delegatus teſtes coram ſe falſum deponentes torquere, punire, & coercere poſſit; Non tamen pœna ordinaria, ſed extraordinaria,vt dicit idem Couar. ea forſan ratione,quia delegatus à Principe æquiparatur ordinario, vt tenet Ioann.Guttier.quæſt.Canoni. lib.2. cap.2. nu.19.

Difficultas tamen conſiſtit quoad
306 delegatum † inferioris. Circa quam eſt diſtinguendum,ex mente gloſ.verb.Iudices,in Clemen.1. de offic.& poteſt.Iud. deleg. inter delegatos. Quia aliqui ſunt,qui nullam habent iuriſdictionem,ſed potius nudum miniſterium, qui nec Iudices dici poſſunt, vt in exemplis à gloſ. ibi poſitis. Iſti enim tales nec carcerare,nec cogere poſſunt teſtes, nec falſum deponentes punire, & ita ſunt intelligenda, & procedunt iura opinionis negatiuæ.

Alij autem ſunt delegati, qui habent iuriſdictionem, & ij vtique poſſunt teſtem cogere,& torquere,ne probationum via anguſtetur,iux.tex. in l.quoniam 21.in fin.C.de hæreti. & in propoſito tenet Speculat. in tit. de teſte §.13.de teſti. compulſ. num. 7. Poteruntque teſtem, coram ipſis falſum deponentem, punire; pœna tamen extraordinaria, atque ita cum d.gloſ.ſentit Couar.vbi ſupra, & ad idem tendit Hyppol. de Marſil. in l.1.§.præterea num.35. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.& ſic etiam eſt intelligendus Vrſil. indiſtinctè loquẽs ad d. deciſ. Afflict. 219. num. 13. & Ioan.Petr.de Ferrar.in pract.Papienſ. in form.iurament teſti.in gloſ. verb. & falſitate num.4.Hortenſius Caual can.in tracta.de brach.Reg.in theor. & pract.de teſtib.3.par. num.60. Fachin.controuerſ.iur.lib.9. cap.26.

In ſumma igitur teſtis à quocumque delegato,qui iuriſdictionem habet,

bet, poteſt cogi, & torqueri, & ſi falſum depoſuerit, vel aliàs delinquerit in examine, puniri, extraordinaria tamen pœna, vt ſæpè dictum eſt; atque ita procedunt iura affirmatiuæ opinionis; iura autem negatiuæ intelliguntur, & procedunt in delegato, nullam habente iuriſdictionem: excepto tamen Clerico, qui nulla ratione à Iudice Laico delegato, etiam habente iuriſdictionem Laicam, cognoſci poteſt, incapacitatis ratione, vt paulò antea diximus.

Quæ interpretatio apertè colligitur ex d. l. Diuus, ſiquidem dicit, quod producens falſa inſtrumenta eſt puniendus à Iudice, coram quo ea produxit; Si tamen ex ſuæ iuriſdictionis forma eam poteſt imponere pœnam, quam meruerit crimen prædictum, idque ſignificant illa verba, ibi ex forma iuriſdictionis pati poſſunt.

Vnde ſequitur, quod teſtis falſum deponens coram Arbitro, vel Arbitratore, per eum nulla ratione puniri poterit, ſed per ſuum Iudicem ordinarium, ſecundum Hyppol. de Marſil. vbi ſupra, Pugnatar. ſuper pragmat. Regni 4. tit. de falſis teſtibus num. 208.

Deueniendo nunc ad eiuſdem concluſionis limitationem, limitabis eam, vt ſcilicet non procedat, quo-
307 tieſcumque cauſa ſpiritualis, † vel Eccleſiaſtica conſiſtit in mero, & nudo facto, tunc enim Sæcularis Iudex de ea rectè cognoſcere poteſt, vt diximus ſupra in particulari decidendi ratione ad 2. par. noſtri tex. num. 222. vbi etiam adnotauimus, quæ dicatur cauſa facti, & quæ cauſa iuris, poſuimus huius limitationis rationem, & ideo amplius circa hoc non eſt inſiſtendum, examinabo tamen aliquas difficultates, quæ circa hunc articulum tractari ſolent.

Primo igitur aduerſus huiuſmodi limitationem obſtat, quod factum à iure inſeparabile eſt, ſiquidem ius oritur ex facto tex. vulgatus in l. ſi
308 ex plagis † 52. §. in Cliuo Capitolino ff. ad leg. Aquil. ergo ſi Iudex Sæcularis poteſt cognoſcere de facto cauſæ ſpiritualis de iure etiam neceſſario cognoſcere poterit, vel è contra, ſi non poteſt de iure, nec de facto poterit.

Quæ difficultas adeo viguit apud Raphael. Fulgoſ. in l. 2. num. 6. ff. de iuriſdict. omni. iudi. vt indiſtinctè dixerit contra Bart. Iudicem Sæcularem nec de iure, nec de facto cauſæ ſpiritualis cognoſcere poſſe; & ſic in praxi obſeruandum eſſe, per dictum argumentum, tenet Imol. in cap. tuam num. fin. de ordin. cognition. & Panor. ibi nu. 10. quamuis hanc non ſequatur opinionem, eam tamen ponderat, & extollit ſatis, prout etiam Dec. in cap. 2. num. 24. verſ. quarto fallit de iudic. & diſtinctionem prædictam inter quæſtionem iuris, & quæſtionem facti verbalem tantum eſſe dixit Iaſon in l. quoties nu. 7. ad fin. C. de iud.

Sed huiuſmodi difficultas non obſtabit, ſi rectè conſideramus tex. in d. §. in Cliuo Capitolino, qui nulla ratione probat, factum à iure inſeparabile eſſe, ſiquidem hoc verum non eſt, vt ſtatim videbis, ſed potius probat, quod quælibet facti mutatio facit ius variari, vt dicit Deci. conſ. 584. viſa prohibitione num. 1. par. 2. quia iuris quæſtio benè adaptari nō poteſt, aut determinari, niſi conſtet de facto, & ſic factum conducit adhoc, vt facilius, & melius iuris quæſtio decidatur.

Vnde Petr. Barboſ. in l. Titia num. 25. verſ. quoad ſecundum ff. ſolut. matrim. ex Iaſon. & Rip. dicit, quod licet quæſtio iuris ſpiritualis dicatur, non ſic quæſtio facti, quæ omnino à iuris quæſtione ſeparata eſt. Quod ipſe ex eo probat, quia Iudex ſuper quæſtione facti nō pōt ſuperiorem conſulere, ſed debet ſuper ea pronunciare, ſuper quæſtione autem iuris ſuperio

rem

rem conſulere poteſt,tex.in l. eum quem temere 79.§.1.ff. de iudic. ergo iuris quæſtio ſeparabilis eſt à facti quæſtione, vt probat etiam tex.in l.1.§. ſed non vtique verſ. nam ſiquidem ff.ad ſenat.conſult.Turpillia. ſequitur Sahag.in d.cap. fin. num. 53. verſ. neque obſtant de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. atque ita ſecure tenendum eſt, negari enim non poteſt hanc eſſe communem opinionem, vt teſtatur Deci.d.num.24.verſ.quarto fallit.

Secundo aduerſus eandem limitationem obſtat difficilis tex. in cap.
309 ſi Iudex Laicus † 12.de ſenten. excomm.in 6. vbi clare probatur, quod de quæſtione facti,an ſcilicet aliquis Clericus ſit,nec ne, Iudex Sæcularis cognoſcere non poteſt.

Cui difficultati variè reſpondent interpretes, & aliqui Salmaticenſes putarunt caſum ſpecialem in eo tex. contineri, inde firmantes regulam in contrarium, per argumentum ab ſpeciali ad tex. in l. quod vero contra,& in l. ius ſingulare ff.de legib.

Alij autem exiſtimarunt diſtinguendum eſſe inter quæſtionem facti rei Eccleſiaſticæ, ſeù ſpiritualis ex parte rei,& perſonæ ſimul, & inter quæſtionem facti ex parte rei tantum: Ita vt quotieſcunque quæſtio facti rei ſpiritualis, ſeù Eccleſiaſticæ eſt ex parte rei,& perſonæ, Iudex Sæcularis nulla ratione cognoſcere poſſit, atque ita procedere tex. in d. cap.ſi Iudex Laicus, in quo Clericatus eſt res Eccleſiaſtica,& ſpiritualis ex parte rei, & perſonæ, proptereaque de eo Iudex Sæcularis cognoſcere non poteſt. Quando autem quæſtio facti eſt ſuper re ſpirituali, & Eccleſiaſtica,ex parte rei tantum,vt puta matrimonium Iudicem Sæcularem cognoſcere poſſe, & hanc conciliationem, & diſtinctionem deſumi ex Anchar. in cap. ea quæ num. 10. de reg. iur. in 6. & cum ea tranſeunt multi Doctores non contemnendæ authoritatis.

Sed conuincitur manifeſtè. Nam
310 excommunicationis † cauſa ſpiritualis eſt ex parte rei, & perſonæ, vt patet, & tamen de eius facto cognoſcit Iudex Sæcularis,tex. in cap. decernimus de ſenten. excommun. in 6. Similiter cauſa beneficialis ſpiritualis eſt ex parte rei, & perſonæ, quia non cadit in Laicum cap. 2. de inſtitu. & nihilominus de eius facto Sæcularis Iudex cognoſcit, vt reſoluit Nauar.in cap. cum contingat remed. 1. de reſcriptis, ex quibus, & alijs diſtinctionem prædictam improbat Petr.Barboſ.in d.l.Titia num.26 vbi aliter nouiſſimè reſpondet.

Pro cuius tamen reſponſionis intelligentia animaduerto, quod in
311 d. cap. ſi Iudex Laicus † tractatur de duplici Clericatus cognitione. Prima Clericatus cognitio conſiſtit in eo tex. circa ſciendum, an captus per Iudicem Sæcularem ſit Clericus ad effectum illum remittendi. Secũda conſiſtit ad effectum videndi, an iſte captus pendente prima cognitione, debeat tradi Curiæ Eccleſiaſticæ cuſtodiendus,& de huiuſmodi ſecunda cognitione loquitur ille tex. à verſ. etſi notorium, quam explicationem tenet gloſ.ibi in caſus poſitione. Couar. practi. quæſtio. cap.33. num.3. verſ.fortaſſis in hac materia,& eam tangit Barboſ. vbi ſupra num. 34. verſ. vltima concluſio in illis verbis ibi idem clarè probat cap. ſi Iudex Laicus, & videtur ſentire Afflict.per eum allegatus in Conſti. Apoſtatantes num. 11. & apertius Farina c.in pract.crim.tit. de inquiſit. q.8. num. 36. de qua ſecunda Clericatus cognitione non loquimur in præſenti, ſed de prima.

Quare iterum animaduerto, quod in ſupradicto articulo remiſſionis, cognitio Clericatus poteſt diſcuti ad duplicem finem. Primo quidem poteſt diſcuti ad finem tantum nudæ,& ſimplicis remiſſionis de perſona ipſius

ſius malefactoris capti,adhoc,vt con ſtito de Clericatu Iudex Laicus, qui eum carcerauit ſuperſedeat in proce dendo in cauſa principali contra ipſum captum,& detentum.

Secundo vero modo poteſt diſcuti,& examinari Clericatus articulus, ad effectum vt cauſa deuoluatur ad Iudicem Eccleſiaſticum,ad hoc vt ipſe tantum cognoſcat de delicto,ex eo quod captus non ſolum prætendit, quod cauſa eximatur à manibus Iudicis Laici,qui cum carcerauit,vt in primo modo,ſed etiam quod cauſa remaneat coram Eccleſiaſtico Iudice,& quod ipſe de ea cognoſcat,propter multa priuilegia, quibus Clerici gaudent,dum cognoſcuntur à Iudicibus Eccleſiaſticis, vt puta quod non poſſunt regulariter à Laicis accuſari can.nullus 2.cum ſeqq.2.q.7. quod non poſſunt torqueri etiam ſi contra eos legitima, & ſufficientia adſint indicia, niſi ſint infamati Hyppol.de Marſil.in practi.crimi.§. nunc videndum num.fin.& propter multa alia, quæ copioſè congerit Ioan.Anto.de Nigr. in Bull. extrauag. Clemen.7.in gloſ.verb. priuilegio num. 93.262.263.273. 277. cum alijs.

Modo ſic ad argumentum: Quando Clericatus cauſa diſcutitur, & examinatur primo modo, ad finem ſolum nudæ, & ſimplicis remiſſionis ſufficit,quod Clericus ſummariè, & extraiudicialiter coram Sæculari Iudice oſtendat titulum ſui Clericatus, vel probet ſuam quaſi poſſeſſionem, quod ſcilicet ſe gerit tanquam Clericus,& quod pro tali habetur, & reputatur, & conſtito de huiuſmodi mero, & nudo facto, ſtatim debet remitti per Iudicem Sæcularem, quia quoad effectum ſimplicis remiſſionis ſufficit huiuſmodi quaſi poſſeſſio,vt tenet Felyn.in cap.fin.num. 10.de exceptio.Carauit. hic num. 6. Vincen.de Franch.deciſ.329.num.9 & ita obſeruari in Mediolanenſi Senatu refert Iul.Clar.in practi.crimin. §.fin.q.36.verſ. regulariter autem.Et quod tali caſu poſſit Sæcularis Iudex de hoc facto, & quaſi poſſeſſione cognoſcere tenent omnes ſupra allegati,quos,& alios refert,& ſequitur Petr.Barboſ.in d.l.Titia num.29. ff. ſolut. matrim. vbi amplius dicit,quod Sæcularis Iudex poteſt Clericum compellere ad ſibi oſtendendum quæ allegaturus eſt coram Eccleſiaſtico.vt diximus ſupra num. 244. & in hunc ſenſum procedit ſupradicta noſtra limitatio, quoad interpretationem d.cap.ſi Iudex Laicus.

At verò ſi Clericatus articulus diſputatur, & examinatur ſecundo modo, ad finem ſcilicet deuoluendi iuriſdictionem ad Eccleſiaſticum Iudicem, vt ipſe de cauſa principali cognoſcat, tunc non ſufficit probare quaſi poſſeſſionnem Clericatus, & oſtēdere titulum,vt in primo modo, ſed oportet probari ritè, & rectè fuiſſe ordinatum eum de cuius Clericatu agitur iux.tex.in can.legum.2. q.
312 7. quia multi † ſunt in Clericatus quaſi poſſeſſione, & poſſunt illam probare,& titulum oſtendere,qui tamen re vera Clerici non ſunt,nec debēt Clericorum priuilegijs gaudere, iux.tit.de Cleri.non ordinat.miniſtr. & agnouerunt Domin. de Sanct. Gemin.in d.cap. ſi Iudex Laicus §. fin. num. 5. & 12. vbi etiam Philipp. Franc.num 4.& 7.Archidic. num.1. verſ.exiſtit,& Ioan.Monach. ibidem num.5.qui omnes concludunt,quod quamuis aliquis ſit remiſſus ad Iudicem Eccleſiaſticum, quia notorie reputabatur Clericus, & ſic probauit iſtam quaſi poſſeſſionem, tamen iſte talis tenebitur coram Eccleſiaſtico Iudice probare titulum, ſui Clericatus,& in rei veritate eſſe Clericum ritè,& rectè ordinatum, ad effectum vt gaudere poſſit, circa cauſam principalem, priuilegijs, quibus alij veri Clerici gaudent, & ad effectum etiam, vt gaudere poſſit fori priuilegio circa ipſum articulum remiſſio-

nis,&

nis, & exceptionem fori declinatoriam; quod ſi dictum titulum Clericatus,& eius proprietatem legitimè, & ſufficienter non probauerit, tenebitur Iudex Eccleſiaſticus illum reſtituere Iudici Sæculari, alias faciet iniuſtitiam, procedendo contra non ſubditum abſque iuriſdictione, & non reſtituendo Iudici Laico quod ſuum eſt in rei veritate, Bald. in l. non ignorat num.7.C.de his, qui accuſat. non poſſ.

Vnde cum in d. cap. ſi Iudex Laicus tractetur de Clericatu ad hunc effectum, deuoluendi ſcilicet cauſam principalem ad Eccleſiaſticum Iudicem, erit neceſſarium probare validitatem, & legitimitatem ordinum, & Clericatus, quo caſu quæſtio non eſt ſolius facti, ſed habet admixtam cauſam iuris; & propterea eius cognitio non ad Sæcularem, ſed potius ad Iudicem pertinet Eccleſiaſticum, ne continentia cauſæ diuidatur; & quia quæſtio facti de per ſe ſola nihil faceret ad propoſitum; ſiquidem eſt neceſſarium probare ordinum validitatem, & legitimitatem, & ſic fruſtra de facti quæſtione ageretur per Sæcularem Iudicem, argum. tex. in l. ad probationem domini C. de probati. cap. dilecti filij de exceptio. cap. fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & cap. cum contingat de offic.& poteſt.iud. delegat. docet diffuſè Barboſ. materiam exhornando, in d. l. Titia nu. 28 ff. ſolut. matrim.

Et quod d.cap. ſi Iudex Laicus loquatur de cognitione Clericatus ſupradicto ſecundo modo, ad finem ſcilicet deuoluendi iuriſdictionem ad Iudicem Eccleſiaſticum circa cauſam principalem, probatur ex verbis illius tex. ibi, vocato tamen Iudice Sæculari, vel alio cuius intereſt, intereſſe enim Iudicis Sæcularis, vel cuiliber alterius partis, in iſto caſu eſt conſiderabilis, vbi tractatur de deuoluenda omni iuriſdictione ad Iudicem priuilegiatum, non autem quando tractatur de ſimplici remiſſione, quæ modici eſt præiudicij, vt in primo caſu.

Sed profectò licet ſupradicta ſolutio, & interpretatio ad d.cap. ſi Iudex Laicus, ſubtilis ſit, & arguta; Negari tamen non poteſt, quod reducta ad actum practicum continet aliquid obſcuritatis. Quare clarius reſponderi poſſe exiſtimarem, dicendo, eius tex. deciſionem quoad eiuſmodi Clericos primæ tonſuræ, vel minorum ordinum, in hoc Regno non fuiſſe receptam, & ſic non ligare. Neceſſa-
31 rium namque eſt adhoc, vt lex † valeat, & obliget, quod ab initio recipiatur, alias nullam habet vim, nec obligandi efficaciam can. in iſtis 3. §. leges 4. diſtin. vbi Archid. num. 2. & Domin. de Sanct. Gemin. dicit ibi; quod leges dantur à Principe ea conditione, & intentione, vt non aliter obligent, quàm ſi fuerint ab inferioribus receptæ, tex. in l. de quibus verſ. nam cum ipſe ff. de legib. gloſ. verb. frangere in fin. in cap. 1. extr. de treg. & pace, dicit communem Couar. variar. reſolutio. lib. 2. cap. 16. num. 6. verſ. quinto ſunt, quem refert, & ſequitur Gutier. quæſtio. canoni. lib. 1. cap. 8. num. 2. tenet Petr. Duenas reg. 79. num. 5. Chaſſan. in Conſuetud. Burgun. rub. 7. §. 14. in gloſ. verb. coſtume Doreynnu. num. 4. Petr. Zened. in ſuis collecta. ad ius canoni. 2. par. collecta. 84. num. 2. Roderic. Suarez in proœm. legum fori num. 4. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 588. num. 14. & 15. tom. 3. D. Regens Valenzu. conſ. 54. à num. 22. & apud Theologos, & Summiſtas eſſe communem opinionem affirmat Sayr. in tract. Clauis Regiæ lib. 3. cap. 5. num. 14. & ſeq. Qui ferè omnes loquuntur quaſi in eiſdem terminis noſtri Ritus, & concludunt, tunc dici legem non fuiſſe receptam quando Principe ſciente, per aliquos actus contrarios excluditur, vt in caſu noſtro, ſtantibus ſcientia, & to-

ſerantia Pontificis, vt diximus ſupra in generali decidendi ratione num. 103. Sicque mirum nihil ſi, non obſtante d.cap.ſi Iudex Laicus,liberè practicetur noſter Ritus, quoad dictos Clericos primæ tonſuræ, & minorum ordinum.

Et dato caſu,ſine veri præiudicio, quod aliquando fuiſſet recepta in Regno diſpoſitio d.cap.ſi Iudex Laicus, adhuc potuit contraria legitima conſuetudine ei derogari,vt ex multorum authoritatibus reſoluit Gutier.vbi ſupra num.9.in prin. ibi, vel contrarium legitima conſuetudine in iudicio probata obtentum. Dueñas vbi ſupra num.6. & facit tex. in l.2.ff.de conſti.Princip.quem ad propoſitum allegat Andr. de Iſern. in proœm. Conſti. col. 9. & ſequuntur Theologi, vt videre eſt per Sayr. d. lib.3.cap.11.num.2.iunctis his, quæ diximus ſupra in generali decidendi ratione.

Quæ omnia obſeruabis quoad primos introducentes, & poſtea continuantes noſtri tex. praxim. Nam quoad nos poſt diſpoſitionem Concilij Tridentini d. ſeſſio. 23. in decreto de reformatio.cap. 6. incipit, nullus prima, articulus eſt clariſſimus, quia eo iure attento, quæſtio Clericatus, quoad Clericos primæ tonſuræ, vel minorum ordinum, non ſubſiſtit in ſola ordinum ſuſceptione, ſed etiam in illis conditionibus,& requiſitis,de quibus in eo tex. quæ in mero facto conſiſtunt, vt diximus ſupra in particulari decidendi ratione ad 2.par.noſtri tex.num.241. quod ſecus eſt in terminis d. cap. ſi Iudex Laicus,quia tex.ille,vel loquitur de Clericis in ſacris conſtitutis, vel eſto quod etiam loquatur de Clericis primæ tonſuræ, vel minorum ordinum, procedit attento illo iure ante Concilium Tridentinum quo Clericatus cognitio, etiam quoad iſtos Clericos conſiſtebat magis in iure,quam in facto,ideſt, in validitate,& legitimitate ordinum.

Quod colligitur ex eo,quia ad plenam remiſſionem Clerici, & ad integram cognitionem Clericatus non ſufficit ſecundum eum tex.quod maleſactor ſit in quaſi poſſeſſione Clericatus, vt puta quod ſit notorium, eum eſſe Clericum, vel quod talis ſit fama publica, vel quod ante appræhenſionem non ſe gerens tanquam Laicus ſit depræhenſus in habitu, & tonſura,quæ quidem quaſi poſſeſſio facti eſt. Fachin. controuerſ. iur. lib.8.cap.5.& agnouit gloſ. verb.notorium in d. cap. ſi Iudex Laicus, & tamen non ſufficit ad integram Clericatus cognitionem, & plenam remiſſionem,ſed ad ſolam cuſtodiam illius de cuius remiſſione agitur, vt diximus ſupra num.311. ergo principalis Clericatus cognitio, quoad plenam,& iuriſdictionalem remiſſionem fuit in eo tex.iuris, & non facti, & ita ſenſiſſe videtur Guid.Pap.deciſ.138. nu.2.& ſic mirum nihil ſi,attento eo tex.Iudex Laicus de clericatu cognoſcere nõ poſſit. Et hęc deſeruiãt pro reſponſione ad tex.in d.cap. ſi Iudex Laicus, in ſecundo principali argumento ſupra adductum nu. 11.

Tertio contra eandem prætraditam limitationem opponi ſolet tex. 314 in cap.tuam † de ordine cognitio. vbi Honorius III. Summ. Pontif. generaliter determinat cauſam natalium,ad forum Eccleſiaſticum pertinere,nulla facta diſtinctione,an quæſtio iuris ſit,vel facti.

Cui difficultati communiter reſpondetur, propterea cognitionem natalium eo loci ad Eccleſiaſticum Iudicem,& non ad Sæcularem pertinere, quia ibi nõ tractabatur de facti quæſtione, ſed de quæſtione iuris, de legitimitate ſcilicet ipſius matrimonij, & de eius validitate. Reginæ enim Cipri agenti iudicio petitionis hæreditatis coram Philippo Rege Franciæ, illegitimitatis exceptio fuit oppoſita, quæ delata fuit ad Hono-

rium

rium III. prædictum Summ. Pontif. Ludouicus autem Rex Philippi ſucceſſor volebat poſtea cauſam principalem expedire, non expectata deciſione exceptionis oppoſitæ facienda per Summ. Pontif. & ideo idem reſcripſit, quod patienter expectet donec legitimitatis cauſa terminetur, ſicque in illius tex. ſpecie iuris erat quæſtio quæ tractabatur. Quia non eſt veriſimile, Reginam Cipri natam fuiſſe ex parentibus, de quibus dubitari poſſet vtrum matrimonium inter eos fuiſſet contractum de facto nec ne, vt rectè conſiderat Petr. Barboſ. in d.l. Titia num. 36. propè fin. ff. ſolut. matrim. Sahagun. in d. cap. fin. num. 53. verſ. neque obſtant de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. & cum Gofred. tenet Zeuall. in ſpecul. comm. contr. comm. q. 403. nu. 3.

Infertque ex prædictis Barboſ. quod ſi in d. cap. tuam fuiſſet dubitatum, vtrum matrimonium eſſet contractum in faciem Eccleſiæ, vel clandeſtine, & ſic dubitaretur vtrum ex eo Regina fuiſſet legitimè nata propter ignorantiam parentum, vel vnius ex eis, vt in terminis cap. ex tenore 14. qui fil. ſint legit. vtique Sæcularis Iudex de huiuſmodi quæſtionibus cognoſcere poſſet, quia pertinent ad merum factum, & facta pronunciatione ſuper illo facto eo ipſo proles cenſetur legitima, vel illegitima ex iuris diſpoſitione, quæ circa hoc diſponit, vt eſt tex. in cap. cum inhibitio §. ſi quis vero de clandeſt. diſponſ. & in cap. 2. & in cap. peruenit 11. qui fil. ſint legiti. & ſic Sæcularis Iudex ſolum pronunciabit, an matrimonium ſit clandeſtine, vel ignoranter contractum; Quia ex tali pronunciatione ſequetur, an ſit proles legitima, vel illegitima ex dictis iurib. iunct. l. 1. §. non ſiquidem ff. ad Senat. conſult. Turpill. & in l. obligatione 15. ff. ad municip. & de incol.

Propterea que cùm in d. cap. ex te 315 nore, † agatur de colorata quaſi poſſeſſione matrimonij, quia mater illius Raynerij ignorans aliud matrimonium illius mariti contraxit in faciem Eccleſiæ, & ſic, perſeuerante in huiuſmodi ignorantia, ſemper fuit in quaſi poſſeſſione viri, & legitimi matrimonij, vt notat Præpoſ. ibi, potuit de hac quaſi poſſeſſione, cùm in mero facto conſiſtat, Iudex Sæcularis cognoſcere, & pronunciare, vt diſputando ad partes reſoluit Anto. Theſaur. deciſ. Pedemon. 117. per totam, ſequitur Barboſ. vbi ſupra num. 37.

Neque obſtat generalitas d. cap. tuam de ordin. cognitio. vbi tex. ille indiſtinctè, & generaliter Iudicibus Sæcularibus videtur prohibere cauſarum matrimonialium cognitionem nulla habita conſideratione, an in facto, an in iure conſiſtant. Nam reſpondetur dictam generalitatem reſtringendam fore ad caſum quo repugnant termini, tunc enim Sæcularis Iudex de illis cauſis cognoſcere non poteſt. Repugnabunt autem termini, quando nimirum quæſtio de qua agitur conſiſtit in iure. Datis tamen terminis habilibus, vt puta, quando quæſtio eſt facti, tunc Sæcularis Iudex non eſt prohibitus de dictis cauſis cognoſcere, & pronunciare, prout reſoluimus in ſupratradita limitatione, & in ſimili illam legem Regiam concordando affirmat Ioan. Gutierr. pract. quæſtio. lib. 3. q. 26. nu. 7.

Vnde, attenta huiuſmodi interpretatione ad d. cap. tuam, infero quod (dum in eo tex. dicitur cauſam matrimonialem, vti ſpiritualem, ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinere, quando ſcilicet conſiſtit in iure, vt diximus) ille tex. ſit intelligendus, & procedat, ſiue talis cauſa ſpiritualis moueatur antequam temporalis principalis intentetur coram Sæculari Iudice, ſiue poſt, vt colligitur ex ratione d. cap. tuam.

Quia ſcilicet cùm talis cauſa præiudicialis ſit, & ab ea dependeat exi-

tus cauſæ principalis temporalis, omnino illius euentus expectandus eſt; quæ ratio militat in vtroque caſu, ſiue ſcilicet cauſa præiudicialis moueatur ante, ſiue poſt cauſam principalem temporalem, prout ex alijs etiam rationibus, & authoritatibus probat, & defendit Gutier. vbi ſupra num. 4.

Quod ego, ex identitate rationis, intelligerem etiam procedere in quibuſcumque alijs cauſis ſpiritualibus, vt puta decimarum, iuriſpatronatus, beneficiorum, & ſimilibus, quæ incidere contigerit in Iudicijs Sæcularibus, & remittuntur ad Eccleſiaſticos Iudices ex quo in iure conſiſtunt, quod ſcilicet ſiue occurrant ante, ſiue poſt cauſam principalem temporalem ſint remittendæ, & earum exitus expectandus, vt ſentire videtur Innocen. in d. cap. tuam dum allegat. §. præiudicialem inſti. de actio.

Quarto, & vltimo aduerſus eamdem ſuprapoſitam limitationem obſtat tex. difficilis in cap. vt inquiſitio-
316 nis 18. §. prohibemus † de hæreti. in 6. vbi Bonifa. VIII. Summ. Pontif. Iudices Sæculares cognoſcere de cauſa hæreſis quoquo modo prohibet, ideſt, de iure, & de facto, & ita tenere omnes indifferenter teſtatur Iul. Clar. in practi. crimin. §. hæreſis num. 4. & dicit communem Rolan. à Vall. conſ. 20. ſi diligenter num. 10. vol. 3. cum alijs infinitis, qui allegari poſſent.

Cui difficultati, ommiſſa ſolutione Egid. Boſſ. in tit. de hæretic. num. 13. quam improbat Barboſ. in d. l. Titia num. 37. ff. ſolut. matrim. cum eodem ibi reſpondetur, Propterea Sæcularem Iudicem de cauſa hæreſis cognoſcere, aut pronunciare nullo modo poſſe, quia in tali crimine, quæſtio facti inſeparabilis eſt à quæſtione iuris, quia ſemper habet admixtam naturam. Quod ex eo patet, quia ad cognoſcendum de facti quæſtione hæreſis, an aliquis ſit hæ-
317 reticus, † non ſufficit probari, eum protuliſſe verba hæreticalia, ſed oportet, quod conſtet, & probetur ſcientiam, & pertinaciam interueniſſe tex. in Clemen. 1. §. fin. de vſur. Clemen. fin. §. porro de hæret. optimus tex. in can. dixit Apoſtolus 24. q. 3. notat Oldrad. conſ. 271. quæſtio talis eſt num. 3. Diu. Thom. in 4. diſtin. 13. q. 2. Non enim quicunque deuiat à fide hæreticus eſt, ſed qui pertinaciter deuiat, vt dicit Luc. de Penna in l. 1. num. 16. C. de priuileg. ſcholar. lib. 12. Menoch. conſ. 82. à num. 171. facit tex. in ca. hæc eſt fides 24. q. 1. Iul. Clar. in d. §. hæreſis num. 2. Petr. Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 11. §. viſo num. 9. Sebaſtian. Medic. in ſumm. peccat. capital. 1. p. q. 32. Cæpol. cautel. 155. num. 1. Gramm. in conſtit. apoſtatantes nu. 9. Did. Spin. in ſpecul. teſtam. in rubr. par. 12. num. 59. eiuſmodi igitur erroris, & pertinaciæ cognitio ad ius quidem ſpectat, & non ad factum, vt patet euidenter ex his quæ ſupra diximus num. 226. Vnde conſtat in crimine hæreſis facti quæſtionem inſeparabilem eſſe à quæſtione iuris; proptereaque de eo Sæcularem Iudicem cognoſcere non poſſe, ſed cognitionem ad Eccleſiaſticum per-
318 tinere, per regulam quod magis † dignum trahit ad ſe minus dignum iux. tex. in §. fin. & ibi gloſ. fin. inſti. de iur. nat. gent. & ciuil. Iaſ. in l. 1. in prin. num. 21. ff. de verb. obligat. Henriq. Kijſuuich. lib. 4. reg. iur. verb. dignitas el 1. & quando vna res eſt cōmunis, ſeu mixtæ poteſtatis, & non poteſt reſidere pœnes duos, remanet pœnes digniorem, vt notat Chaſſan. in chatal. glor. mund. 1. par. conſidera. 19. num. 5. & concluſ. 54. ead. 1. par. & ſic cognitio hæreſis, quæ habet admixtam naturam iuris, & facti, & omnino inſeparabilem, remanet pœnes Iudicem Eccleſiaſticum tanquam digniorem. Quæ interpretatio colligitur ſatis ex d. §. prohibemus

ponde-

ponderatis illis verbis ibi, cum mere ſit Eccleſiaſticum, quaſi dicat, propterea eiuſmodi crimen eſſe mere Eccleſiaſticum, quia in eo quæſtio facti, à quæſtione iuris ſeparari minimè poteſt.

Vnde ſequitur, quod ſi daretur caſus in quo quæſtio facti in hoc crimine à quæſtione iuris ſeparari poſſet, vtique de ea cognoſcere poſſet Sæ-
319 cularis Iudex, † verbi gratia, ſi aliquis proferret verba hæreticalia, poterit de eis Iudex Sæcularis cognoſcere, non quidem ad finem iudicandi, ſed ad effectum capiendi, ne Reſpublica perturbetur: Huiuſmodi enim cognitio non ſolum non eſt Sæculari Iudici prohibita, quinimo laudabilis, & commendata, in d. §. prohibemus, ibi, ſiue captos pro eodem crimine, quæ verba generalia ſunt, & ſic compræhendunt captos per quoſcūque Iudices, ſummaque nititur æquitate, & ratione; Ne ſcilicet reſpublica turbetur, & contaminetur. Arrius enim vna ſcintilla fuit in Alexandria; ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata eſt, vt dicit Diu. Hieronym. in Epiſtol. ad Galat. cap. 5. & refertur in can. reſecandæ 24. q. 3. ideoque cognitionem hanc quoad prædictum effectum permiſſam eſſe Iudici Sæculari reſoluit Barboſ. in d. l. Titia num. 38. & aliquando fuiſſe practicatam in eo Senatu refert Boſſ. in tit. de hæreti. num. 13. & in hoc Regno habemus Conſtitu. inconſutilem ſub tit. de hæreti. & Pataren. vbi ordinatur Sæcularibus Iudicibus, quod in crimine hæreſis ex officio inquirant vbi Afflict. num. 34. dicit, hoc eſſe ad finem, vt remittant ad Iudices Eccleſiaſticos, quia hoc delictum eſt mere Eccleſiaſticum, ad quod inter alia iura allegat d. §. prohibemus.

Cuius rei occaſione oportune poteſt in præſenti dubitari, vtrū id quod de hæreſi diximus, quod ſcilicet de ea nullo modo Sæcularis Iudex cognoſcere poteſt, idem de Apoſtaſia
320 † dicendum ſit, & quidem videtur quod non, ſaltem quando apoſtaſia eſt notoria, & ipſe apoſtata dicit ſe nolle pœnitere, tunc enim temporis videtur dicendum, Iudicem Sæcularem cognoſcere poſſe, cùm talis cognitio eo caſu conſiſtat in facto notorio, & ſit quaſi exequutor Eccleſiaſtici Iudicis, prout ita argumentatur Petr. Barboſa explicando quandam Portugalliæ ordinationem, in d. l. Titia num. 54. in fin. & allegat Afflict. in 1. lib. conſti. rub. 3. num. 12. & voluit dicere in conſti. Apoſtatantes num. 6.

Secundo pro eadem opinione ponderari poteſt Andreæ de Iſern. doctrina in cap. vni. verſ. contrahentium inceſtas nuptias num. 37. titul. quæ ſint regal. in vſib. feud. quo loci doctiſſimus ille vir probat, quod in criminibus Eccleſiaſticis poteſt Sæcularis Iudex cognoſcere ratione pœnæ pecuniariæ à Principe Sæculari habente poteſtatem impoſitæ, præterquam in crimine hęreſis, quia in alijs Eccleſiaſticis criminibus videtur eſſe contrarium, cum in eis ceſſent illæ rationes ſupra traditæ, ſicque excipiendo crimen hæreſis, firmat regulam in contrarium in alijs, quod ſcilicet ratione pœnæ pecuniariæ, & bonorum, à Principe Sæculari impoſitæ poteſt Iudex Sæcularis de eiuſmodi criminibus cognoſcere, vt ibi dicit. Quia quod Iudici Sæculari negatur, quando dependet à Iudice Eccleſiaſtico, in alio conceditur ei, vt eiuſdem Iſerniæ verbis vtar ibidem num. 39. argum. l. cum prætor ff. de iudi. can. qualis hinc 25. diſtin. ſed ſic eſt, quod contra apoſtaſiæ crimen impoſita eſt pecuniaria pœna per Sæculares Principes, vt in l. 1. C. de apoſtat. & de iure Regni habemus Conſti. apoſtatantes, Ergo Sæculares Iudices de huiuſmodi crimine ſaltem quatenus in notorio facto cōſiſtit poterunt cognoſcere, & iudi-

care quoad pecuniariam pœnam.

His tamē non obſtantibus contraria opinio longè verior,& tutior eſt, indiſtinctè enim tenendum exiſtimo Sæcularem Iudicem de apoſtaſia cognoſcere non poſſe, quod manifeſte probatur ex generalitate d. cap. vt inquiſitionis §. prohibemus, dum tex. ille nulla ratione permittit Sæcularibus Iudicibus poteſtatem cognoſcendi de crimine hæreſis, niſi poſtquam per Eccleſiaſticos eis fuerint
321 remiſſi. Apoſtaſia † autem ſub hæreſi compræhenditur tanquam ſpecies ſub genere, quia eſt qualitas quædam adaugens hæreſim, vt ex D. Thom. Caſtr. & alijs tenet Petr. Barboſ. in d. l. Titia num. 54. cum ſeq. Ergò ſi Sæcularibus Iudicibus prohibetur cognitio hæreſis, quæ eſt genus, prohibita etiam cenſeri debet cognitio apoſtaſiæ, quæ eſt ſpecies, quia à quo remouetur genus
322 † remouentur etiam omnes eius ſpecies gloſ. verb. perimiſti in l. ſi cauſa cognita 32. vbi Paul. Caſtr. num. 5. C. de tranſactio. Bart. in l. fundi §. quidam num. 3. ff. de fund. inſtr. & inſtru. leg. Alex. in l. iuriſgentium §. ſed ſi fraudandi num. 1. & 6. ff. de pact. Crauet. conſ. 118. in hac cauſa num. 13. & facit in argum. tex. in cap. contra hæreticos 13. de hæret. in 6. vbi cauetur procedendum eſſe contra apoſtatas, tanquam contra hæreticos, quam opinionem expreſſe tenet Alfonſ. de Caſtr. de iuſti. hæreti. punitio. lib. 1. cap. 23. quem refert Barboſ. vbi ſupra nu. 55.

Qua opinione retenta non obſtant fundamenta contrariæ partis. Nam ad primum reſpondetur, veriſſimum quidem eſſe, Sæcularem Iudicem eſſe in cauſa hæreſis, quaſi executorem Iudicis Eccleſiaſtici; Non tamen inde ſequitur de ea cognoſcere poſſe, ſiquidem non alias eſt executor niſi prius per Eccleſiaſticum Iudicem ſit cognitum, & pronunciatum iux. tex. in cap. cum ſecundum 19. §. confiſcationis de hæret. in 6. & id eſt, quod Afflict. dicit in Conſti. inconſutilem num. 34. & in d. Conſti. apoſtatantes nu. 6.

Præterea non obſtat ſecundum fundamentum, cui reſpondet Liparul. ad Iſern. d. num. 37. & vltra per eum dicta reſponderi poteſt, quod cùm Iſernia dicat, quod in crimine hæreſis (quidquid ſit in alijs Eccleſiaſticis criminibus) Iudex Sæcularis nulla ratione cognoſcere poteſt, etiam quoad pœnam pecuniariam per Sæcularem Principem impoſitam, neceſſario ſequitur idem eſſe in apoſtaſia, quæ ſub hæreſi tanquam ſub genere compræhenditur, ex d. gl. verb. perimiſti, Bart. & Paul. Caſtr. vbi ſupra, Et tex. in d. l. 1. C. de apoſtat. & in d. Conſti. apoſtatantes intelligendi ſunt, poſtquam Iudex Eccleſiaſticus quemquam declarauit apoſtatam, ſecundum eumdem Andr. de Iſern. vbi ſupra num. 31. & ſentit Afflict. d. num. 34. ex quibus remanet ſolida, & firma ſupratradita limitatio, quod ſcilicet quamuis Sæcularis Iudex de quæſtione iuris rei eccleſiaſticæ, & ſpiritualis cognoſcere non poſſit, de quæſtione tamen facti vtique poterit.

Ex qua limitatione primo infero concordiam ad duo iura alias inter ſe ſe maxime pugnantia, tex. ſcilicet
323 in cap. quanto † 3. de iudi. & tex. in cap. ſignificauit 41. de teſtibus Alexander enim III. Summ. Pontif. in d. cap. quanto expreſſe determinat, cauſam iuriſpatronatus non niſi ab Eccleſiaſtico Iudice definiri poſſe, ea ſcilicet ratione, quia ſpiritualibus eſt coniuncta, & annexa, annexa autem ſortiuntur naturam, & priuilegia illius cui annectuntur l. quæ religioſis 43. ff. de rei vindi. l. ſi tutor 13. verſ. eſt verum ff. de tutel. cap. quod in dubijs 3. de conſecrat. eccleſ. vel altar. Felyn. in cap. translato num. 6. de conſtit. Vnde cùm Sæcularis Iudex de cauſis, & quæſtionibus Spiritualibus,

bus, & Eccleſiaſticis cognoſcere non poſſit, vt ſupra ſatis reſolutum extat, ſequitur etiam, quod neque de earum annexis cognoſcere poterit, & ſic neque de iure patronatus, notat poſt Abba. Panor. & alios, Anto. de Burgoſ. in d. cap. quanto num. 1. de iudic.

A contrario autem Innoc. III. in d. cap. ſignificauit de teſtib. illi Iudici Sabinienſi reſcripſit, quod ſuper libertate illius Eccleſiæ, circa ius patronatus ad perpetuam rei memoriam, teſtes examinaret, eorumque dicta in publica monumenta redigi faceret, intereſſe prætendentes citaret, & de omnibus publicum faceret inſtrumentum; & ſic patet, quod Sæcularis Iudex in eo tex. de cauſa iuriſ patronatus cognouit; Iudex enim ille Sabiniẽſis, non Ecclecaſticus, vt aliqui exiſtimarunt cum Dec. in d. cap. quanto col. 3. verſ. ſecundo limitatur in fin. ſed Sæcularis erat, iuxta veriorem illius tex. intellectum ſecundum Felyn. ibi num. 1. & Zabarel. ſimiliter nu. 1.

Quæ quidem iura facili negotio ad concordiam reducentur, ſi applicauerimus ſupratraditam limitationem, ita vt tex. in d. cap. quanto procedat, quando circa iuſpatronatus tractatur de quæſtione iuris, tunc enim temporis Sæcularis Iudex de iuriſpatronatus cauſa cognoſcere nulla ratione poterit, quia tali caſu propriè dici poteſt, quod iuſpatronatus eſt ſpiritualibus annexum, & eorum ſortitur naturam. Cæterum in d. cap. ſignificauit quæſtio illa non erat iuris, ſed meri, & nudi facti, An ſcilicet Eccleſia illa Sancti Nicolai eſſet libera, ideſt an ipſius fundatores tempore fundationis reſeruauerint ſibi iuſpatronatus, nec ne, quia ſi non reſeruauerunt, Eccleſia dicitur libera; Quare aliqui exiſtimarunt in

24 d. cap. quanto, ius † patronatus eſſe quandam ſeruitutis ſpeciem, poſt Panorm. in cap. quoniam in quibuſdam num. 9. de iur. patron. & ſic cognitio, de qua in d. cap. ſignificauit, ad facti quęſtionem pertinebat, ideoque per Sęcularem Iudicem fieri potuit, vt notat Deci. in d. cap. quanto num. 4. verſ. tertio fallit.

Sed quamuis huiuſmodi interpratatio ad tex. in d. c. ſignificauit, ſuſtineri poſſit, adhuc exiſtimo aliter reſponderi poſſe. Propterea nimirum Iudicem illum Sabiniẽſem quantum uis Sæcularem de illa cauſa iuriſpatronatus cognouiſſe, quia id ſpecialiter à Summo Pontifice ei fuit delegatum, & ſic non iure proprio, ſed potius ex Pontificis delegatione fuiſſe, quidquid dicat Felyn. ibi num. 1. exiſtimans Iudicem illum Sabinienſem non ex delegatione, ſed iure proprio cognouiſſe, & per Summum Pontificem ſolum fuiſſe excitatam eius iuriſ dictionem ad tex. in cap. licet de offic. ordin. & quidquid etiam dixerint aliqui Salmanticenſes, putantes ibi non agi de delegatione, ſed potius de relatione iux. terminos poſitos per Marant. in ſpecul. 6. par. verb. & quandoque appellatur num. 8. verius quippè eſt, Iudicem illum ex delegatione Summi Pontificis, vt diximus, cognouiſſe, quod aperte demonſtrãt verba illius tex. ibi, quo circa mandamus quatenus, &c. mandare enim iuriſdictionem apud elegantes Iuriſconſultos idem eſt, quod apud Pontificios eam delegare, vt colligitur ex toto tit. in rubr. & in nigr. & præſertim in l. cognitio §. fin. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Vnde cùm Innoc. III. eleganti iuriſconſultorum fraſi vti vellet, iuriſdictionem, per illa verba, illi Iudici delegauit, cùm alias delegare propriè ſignificet alium debitorem, vel reum, creditori, vel cui ipſe iuſſerit conſtituere tex. in l. delegare 11. & tot. tit. ff. de nouat. & delegatio l. 1. C. eod. ſed conſidera.

Hinc ſumpta occaſione ſatis opportune quæri poſſet in præſenti, quas cauſas ſpirituales, & eccleſiaſticas

cas

325 eas poſſit Summus Pontifex † Laicis delegare, ſed quia quæſtio eiuſmodi ampliorem requirit tractatum, illam ommittendam duxi, remittendo vos ad Deci. in cap. 2. nu. 6. verſ. in eadem gloſ. de iudi. & plures de huiuſmodi articulo tractantes congerit Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 10. per totum, & præſertim à num. 6. cum ſeqq. Pro nunc enim ſufficit quoad nos, veriſſimum eſſe poſſe Summum Pontificem ea, quæ ſunt iuriſdictionis Laicis delegare non obſtante eorum incapacitate, quæ ceſſat eo caſu, tex. in can. Menam vbi gloſ. verb. arbitrio 2. q. 4. can. præter verſ. ſcribit hoc, vbi gloſ. verb. Duci 32. diſtin. gloſ. verb. reſeruata in cap. quanto 4. de Conſuetu. Panorm. in d. cap. 2. num. 4. vbi Dida. Sahag. num. 96. alios multos allegans de iudic. Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 41. num. 8. Rolan. à Vall. conſ. 23. in cauſa præſenti num. 18. vol. 2. Bouadill. in ſua politi. lib. 2. cap. 18. num. 42. tom. 2.

Tandem ex ſupratradita noſtra limitatione multa notatu digna, & ad forenſem praxim vtilia deduci poterant, quoad cauſas decimarum, & vſuræ, ex quo tamen huiuſmodi materiæ vltimam impoſuit manum Petr. Barboſ. in d. l. Titia num. 39. cum pluribus ſeqq. ideo ad eum vos remitto, vbi ad ſaturitatem proſequitur hunc articulum, & aliqua etiam dixit Guttier. in practi. quæſtio. lib. 1. q. 14. & lib. 3. q. 26. & de iuram. confirm. 1. par. cap. 2. à num. 24. Couar. practi. quæſtio. cap. 25. & de ſponſal. 2. par. cap. 8. §. fin. à num. 4. Iul. Clar. in d. §. fin. d. q. 37. num. 2. vbi etiam Baiar. qui omnes allegant alios multos hac de re tractantes, & vnanimiter concludunt, de quæſtione facti
326 decimarum, † & vſurarum Iudicem Sæcularem cognoſcere poſſe.

Et in hoc Regno quoad vſurarum cauſas adſunt multæ Pragmaticę ſub tit. de vſur. per quas indiſtinctè huius criminis cognitio Iudicibus Sæcularibus conceditur.

Sed adhuc à propoſito non recedendo, recordor prædictam noſtram limitationem ſublimitari per Farina. in pract. crimin. tit. de inquiſitio. q. 8. num. 25. quatuor modis, de quibus aliquid dicere non erit infructuoſum quia maximè conducunt dictæ limitationes ad practicam materiæ, de qua agimus. Primo igitur ſublimitatur dicta limitatio, vt procedat ſolum
327 modo, quando quæſtio † facti rei eccleſiaſticæ, & ſpiritualis agitur inter Laicos: Secus verò ſi inter Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas agitetur, quia tunc etiam ſi de dolo mero, & nudo facto agatur, Iudex Laicus competens non eſt, quia in Clericos nullo modo ius dicere poteſt, vt ſæpè dictum eſt: Quæ ſublimitatio nullam habet difficultatem, ſed procedit de plano, eamque ſequuntur DD. per Farina. ibi allegati.

Secũdo ſublimitatur, vt non procedat, quando Eccleſiaſticus Iudex
328 † inhibuiſſet Sæculari, ne ſe intromitteret in quæſtione Eccleſiaſtica, & Spirituali, etiam in ſolo, & mero facto conſiſtente; Nam ſi dicta inhibitio emanauerit immediatè, & re integra, ideſt, antequam Sęcularis Iudex inceperit cognoſcere ſuper illa quæſtione facti, non poterit in ea amplius ſe intromittere, & ideo cautela eſt, quod cum occurrit incidens quæſtio facti cauſæ ſpiritualis, aut Eccleſiaſticæ, is cuius intereſt, ſtatim adeat Iudicem Eccleſiaſticum, ab eo que petat, vt illius quæſtionis cognitionem ſibi aſſumat, Iudicemque Laicum inhibeat, qua inhibitione facta, antequam Sæcularis Iudex de cauſa cognoſcere incipiat, illa terminanda erit per Eccleſiaſticum Iudicem, non autem per Sæcularem iam inhibitum, vt reſoluit pluribus relatis Couar. de ſponſal. 2. p. cap. 8. §. 12. nu. 4. & ſequitur Farina. vbi ſupra, & refert Gutie. pract. qq. lib. 3. q. 26. n. 1

Contra-

Contrariam tamen opinionem, & ſupradictam cautelam veram non eſſe, defendit Petr.Barboſ.fortiſſimo meo videri,argumento,in d.l.Titia, num.38.ff.ſolut.matrim.Dicit enim, quod tenentes ſupradictam opinionem,& ſublimitationem,aut loquuntur de quæſtione rei Eccleſiaſticæ, ſeù Spiritualis ad ius pertinente, de qua Sæcularis Iudex cognoſcere non poteſt, vt ſæpè dictum eſt, & tunc cautela eſt ſuperflua, quia ex officio tenetur Sæcularis Iudex dictam quæſtionem ad Eccleſiaſticum remittere,ex his, quæ ſupra diximus. Aut loquuntur de quæſtione rei Eccleſiaſticæ,& Spiritualis ad factum ſolum pertinente, & de qua Sæcularis Iudex cognoſcere poteſt, & tunc cautela non procedit, quia cùm Sæcularis præuenerit cauſam principalem, pariter cenſetur præueniſſe cognitionem cauſæ incidentis,cuius ipſe eſt capax, & tunc Iudex Eccleſiaſticus nullam poteſt facere inhibitionem Sæculari, qui iure ſuo iuſtè de cauſa incidenti cognoſcit, vt dicit Angel.in l.4.§. condemnatum in
329 fin. ff. de re iudi.& inhibitio † fieri non poteſt niſi de maiori ad minorem Bald. in l. 1. num. 17. & 18. C. quom.& quan. iud. Afflict. deciſ.30. num.3. Hippol. de Marſil. ſing.490. incipit, mos iudicum,Ioſeph Seſſe in tract.de inhibitio.cap.8.§.4. num. 29.cum ſeqq.& 41.cum ſeqq. Hieronym. Cagnol.in l.2. num.62.C. de pact.inter emp.& vend. quem ſequitur Zeuall. in tract. de cognitio. per viam violen.in repetitio.gloſ. 6. nu. 135. non autem ad parem, quia par in parem non habet imperium l. 3. in fin.& l.magiſtratus,vbi gloſ. verb. imperio ff. de recept. arbitr. cum vulga.

Vnde cùm in hoc caſu Iudex Eccleſiaſticus non ſit maior Sæculari, cui licitum eſt,proprio iure,de cauſa facti cognoſcere, ſequitur quod non poterit ei inhibere,quia in dicta ſpecie non habet ab eo iuriſdictionem, vt in eodem caſu dicebat Afflict. d. deciſ.30.num.3.vbi Vrſil. num.2. ex Bald.& Sali.in l.conſulta C. de teſtamen.dicit, quod Clerici non debent ſe intromittere in ſpectantibus ad ius Laicorum. Si igitur Laicus Iudex non habet iuriſdictionem ab Eccleſiaſtico,non poteſt per eum inhiberi,
330 niſi prætextu, † quod occupet Eccleſiaſticam iuriſdictionem, ſecundum Hippol. de Marſil. d. ſing. 490. in noſtro autem caſu Sæcularis Iudex nullatenus occupat Eccleſiaſticam iuriſdictionem, ſiquidem cognitio proprio iure pertinet ad eum, vt ijdem DD.fatentur, ergo ſequitur ipſorum cautelam inutilem eſſe, & vanam.

Tertio ſublimitatur ſupratradita limitatiò, vt procedat,quando quæ-
331 ſtio incidens † in cauſa Eccleſiaſtica,vel Spirituali ſolum in facto conſiſtit, ſecus tamen ſi partim ſit facti, & partim iuris, & ſic eſſet mixta, & inſeparabilis, vt diximus ſupra de cauſis hæreſis,& apoſtaſiæ,eiuſmodi enim caſu,& data inſeparabilitate, qualiſcumque ſit cauſa ſpiritualis, ſeù Eccleſiaſtica, per Sæcularem Iudicem cognoſci minimè poterit, ſed erit perEccleſiaſticũ terminãda,quia iuris quæſtio, quæ magis digna eſt, trahit ad ſe tanquam minus dignam facti quæſtionem,vt ſupra num.318. diximus, & notat Menoch. de retinen.poſſeſſ.remed.3.num.329.& Farina. cum eo vbi ſupra.

Quod declarat idem Menoch. vt procedat, quando quæſtio iuris tractatur principaliter, ſicut quæſtio facti,tunc enim cùm cauſæ principales immiſceantur, Sæcularis Iudex capax non eſt, & procedit huiuſmodi tertia ſublimitatio, ſecus autem ſi quæſtio iuris non tractatur principaliter, ſicut quæſtio facti,ſed quod ad quæſtionem facti incidenter veniret iuris quæſtio, quia tunc Sæcularis incapax non eſt, cùm connexitas, & inſe-

inſeparabilitas ſupradicta ceſſet in eo caſu, & ſic iuris quæſtio regulabitur per quæſtionem facti, & de ea Sæcularis Iudex cognoſcere poterit.

Quam Menochij doctrinam, cum eodem Farina. vbi ſupra d. num. 25. verſ.declara hanc in fin. vbi ſe refert ad d.num.23. verſ. limita iterum, ego intelligerem in articulis poſſeſſorijs, in quibus ſi incidenter occurrat quæſtio tituli, quæ iuris eſt,& ca ſu quo ſufficiat de ea tituli quæſtione cognoſcere ſummariè,vel coloratè,tunc temporis poterit de ea Sæcularis Iudex cognoſcere,quia tali caſu tituli cognitio non tollit à Iudice Laico iuriſdictionem in cauſa poſſeſſorij,quia in rei veritate talis cognitio tituli colorati parum aut nihil habet iuris, neque in ea eſt aliquod periculum,quod Sæcularis Iudex aliter cognoſcat, & determinet, quàm Eccleſiaſticus eſſet cogniturus,iux.ea quæ ſupra diximus in particulari decidendi ratione ad 2. par. noſtri tex.

332 num. 223.& de colorato titulo † Eccleſiaſtici beneficij, & ſic de quæſtione rei ſpiritualis, & de titulo colorato, poſſe cognoſcere Iudicem Sæcularem, tenet Oldrad. conſ. 1. num.4.& 10.Octauia.deciſ.Pedemo. 55.num.7.& ſeq.Guid.Pap.deciſ.85 num.2.quibus accedat, quod de notorio tituli defectu cauſæ beneficialis Sæcularis Iudex cognoſcere poteſt Octauia. deciſ. Pedemont. 116. num. 4.

Et omnium ſupradictorum ratio

333 eſt, quia quoties quæſtioni facti † eſt admixta quæſtio iuris, facti quæſtio appellatur ſecundum Bald. in l. ancillæ num. 2. C. de furt. ſequitur Manti. de coniectur. vltim. volunt. lib.1.tit.1.num.12.& Bald.refert, & ſequitur Filipp. Fran. in cap. ſæpè num.11. de appellatio. quod intelligedata ſeparabilitate,iux.ea quæ ſupra diximus nu.319.

Circa quartam ſublimitationem per Farina. poſitam vbi ſupra non inſiſto, quia non eſſe de mente iuris affirmat Barboſ.in d.l.Titia num.25. verſ.non obſtat ſecundo, vbi eam apertiſſimis conuincit argumentis.

Sed iam ſolutionem eiuſdem ſecundi argumenti, principaliter contra noſtrum tex.adducti, proſequendo, Non obſtat eius augumentum, vbi dicebatur. Principem Sæcularem non poſſe aliquid contra libertatem Eccleſiaſticam, aut contra perſonas ſtatuere,Neque etiam conſuetudine id induci poſſe ex iuribus, & authoritatibus ibi allegatis. Quia ommiſſa illa diſputatione; an Princeps Sæcularis poſſit leges facere contra libertatem Eccleſiaſticam, vel eius perſonas.

Reſoluendum eſt,quod eſto Princeps non poſſit leges facere contra Eccleſiaſticam libertatem; Non tamen inde ſequitur, quod priuilegia Eccleſijs, aut Eccleſiaſticis perſonis conceſſa,non poſſint mixta, & ſimultanea conſuetudine Clericorum, & Laicorum diſtingui, limitari, aut interpretari, vt plenè reſoluimus ſupra in generali decidendi ratione num. 76.& ſimpliciter, & abſolutè loquendo hæc eſt propria Conſuetudinis vis, & natura cap. cum dilectus 8.de Conſuetud.l.ſi de Interpretatione 38. ff. de legib. notat gloſ. verb. imitantur in §. ex non ſcripto inſti.de iur.nat.gent.& ciui.Panorm. in cap. de vxore num.3. de ſepultur.

334 Et fortius dico,quod multa † fieri poſſunt per Conſuetudinem, quæ Princeps Sæcularis per legem facere non poſſet,loquendo de poteſtate ordinaria,quæ Principem decet, non de abſoluta, quæ tyrannidem ſapit, vt ex multis dicit Theſaur. deciſ.Pedemont.91.num.1. & ante eum Couar.quem ipſe allegat variar.reſolut. lib.3.cap.6. nu.8.

Certum eſt enim, quod Princeps legem irrationabilem facere non poteſt can.erit autem lex.4.diſtin. cum

335 vulgat. Conſuetudo † autem irrationa-

tionabilis aliquando introducitur,& eſt valida, vt notat gloſ.fin. in l.domini prædiorum C.de agricol.& cen ſit. lib. 11. Maſcard. de probat. concluſ.424.num.30.& hinc dici ſolet,
336 quod conſuetudo † de illicito facit licitum Gutierr. practi. quæſtio. lib.3.q.29. num.22. Theſaur. deciſ. Pedemont.57.in conſil.2. num.5. & probationem inualidam conſuetudi ne fieri validam tenet Panorm. in cap.ſicut conſuetudo num.4.de probatio. ſimiliterque Conſuetudo facit, vt id quod ſecundum leges eſt delictum, non ſit delictum Maſcard. de probatio.concluſio.194.num.11.
337 Vnde fit,quod conſuetudo, † quãuis praua,iniqua, & iniuſta ſit, & careat omni æquitate excuſat à pœna in delictis,ſaltem temporali, idem Maſcard.ibidem num.10. Gutier.vbi ſupra num.21. Hippol. de Marſil. in l.1.in prin.num.82.ff.ad leg.Cornel. de ſicar.& eſt gloſ.verb. crimen in can. obijcitur 32. q. 4. ſimilis gloſ. verb.conſuetudine, in can. denique 4.diſtin. Quid amplius? Nauar. in can.conſideret §.tanto num.6. de pœniten.diſt.in.5.tenet,quod conſuetudo excuſat etiam à pœna æterna, non tota, ſed tanta, & aliquando à tota, vt refert Gutierr. vbi ſupra num. 23.

Præterea certum eſt, quod Princeps Sæcularis non poteſt facere legem, quod rerum Eccleſiaſticarum locatio facta vltra triennium ſit valida,& quod conductor, & locator non incurrant in pœnis contentis in extrauaganti ambitioſæ de reb. eccleſ. alienan. vel non inter comm.
338 & tamen conſuetudine † id introduci poſſe ex Caiet. Nauar. Armill. Syluestr. & alijs doctiſſimè defendit Gutierr.quæſtio.Canon.lib.1.cap.8.

Similiter,quamuis controuerſum ſit, An Princeps Sæcularis poſſit ad manus ſuas reducere vacans Eccleſiaſticum beneficium,vt pro vtraque parte diſputat Anto. Theſaur. deciſ. Pedemont. 131. vſque ad num. 11.
339 Conſuetudine † tamen id fieri poſſe idem reſoluit ibi à d.num.11.cum ſeqq.

Item, non ſatis conſtat vtrum Princeps Sæcularis poſſit facere legem vſuras permittentem, vt hinc inde argumentatur idem Theſaur. deciſ.57.in conſ.2.per totum, ſiquidem vſuras exercere peccatum eſt, & contrarium pertinaciter affirmare hæreſis,vt expreſsè dicit tex.in Clement.vnic.§.fin. de vſur. & tamen
340 vſuræ † conſuetudine permittuntur, & licitè exiguntur, vt reſoluit idem Theſaur. vbi ſupra nu. 4. verſ. ſecundo pro hac, ex quibus conſtat non valere in præſenti ſpecie argumentum de lege Principis Sæcularis,ad conſuetudinem, datis enim ſupradictis inſtantijs ceſſat efficacia argumenti, vt diximus ſupra num. 215.

Ratio autem quare non procedit
341 argumentum de lege † Principis Sæcularis ad conſuetudinem,ea eſt, meo iudicio, Quia quando Princeps facit legem,vtitur ſua ſola poteſtate, ex quo ad ipſum ſolum pertinet leges facere l.fin.§.cùm igitur C. de legi.Sola in conſtit.Sabaud. in proæmio gloſ.2.num.36. vbi ex Deci. dicit communem,& ſic non poteſt ſuper rebus,aut perſonis ſibi non ſubiectis,aliquid diſponere, & ſtatuere, quia eſſet iuriſdictionem vſurpare, & in alienam meſſem falcem immittere,quod non licet,vt aduertit idem Anto. Theſaur. d.deciſ. Pedemont. 131.num.2.& 3.vbi Addentes lit. A. Boſſius per eum allega.in tit.de Princip.& eius priuileg.nu.218.

At verò conſuetudinis introductio pendet à communi, & mutua vtentium voluntate,& ſic dicitur ta-
342 citum † pactum,iux.tex.in l.venditor 14.§.ſi conſtat ff. commun. prædi.melior tex. in l. ſed ea quæ 35. ff. de legib.notat Euerar.in loc.legal.in loco à pacto ad leg. ſtat. vel conſuet. num.10.

num. 10. & ſignificauit Iuſtinianus
in §.ex non ſcripto inſti. de iur. nat.
gent. & ciuil. ibi, nam diuturni mo-
res conſenſu vtentium comprobati,
&c. quaſi dicat, quod conſuetudo
comprobatur mutuo atque recipro-
co conſenſu vtentium,& faciunt no
tata per Vrſill. ad Afflict. deciſ. 310.
num. 13. & per nos ſupra num. 100.
Sicque mirum nihil ſi conſuetudine
poſſit introduci id,quod per legem
Princeps facere non poſſet. Vnde
Boſſ. in tit. de Princip. & eius priui-
leg. num. 37. dixit, quod licet Prin-
343 ceps dominus ſit legum, non †
tamen eſt dominus morum, & con-
ſuetudines non eſſe in poteſtate Prin
cipis, & fortiores eſſe priuilegijs, &
gratijs ipſius dixit Afflict. in conſtitu
duram,& diram num. 9. Rot. Genue.
deciſ. 17. num. 5. in tract. de mercat.

Et ſic, ad argumentum redeundo,
Quamuis Regina Ioanna non potuiſ
ſet Ritum noſtrum per modum le-
gis, aut conſtitutionis facere, potuit
tamen mixta conſuetudo, Clerico-
rum, & Laicorum ſimultaneo con-
ſenſu roborata, noſtri tex. praxim
introducere, etiam Summo Pontifi-
ce ignorante, argum. eorum quæ do-
cet Panorm. in cap. fin. num. 13. de
conſuetud. quanto magis eo ſciente,
& tolerante, vt in noſtris terminis
diximus ſupra in generali decidendi
ratione num. 103. quo caſu non re-
quiritur alius aſſenſus, vt ex Alexan.
& Bald. reſoluit Anto. Theſaur. deciſ.
Pedemont. 57. in conſ. 2. num. 4. in
fin. & num. 5. vbi allegat Franciſ. Sar-
mient. de reddit. Eccleſ. 2. par. cap. 6.
& par. 4. cap. 1. num. 8. faciunt etiam
notata per Felyn. in cap. Eccleſia
Sanctæ Mariæ num. 81. verſ. ſecun-
dus caſus de conſtitu. & alios idem
tenentes allegat Vrſill. ad Afflict. d.
deciſ. 310. num. 13. quibus omnino
addo ea, quæ latius diximus ſupra
in rationibus decidendi, & ſic non
ſequitur illatio argumenti, Quod ſi
Princeps non poteſt aliquid per le-
gem ſtatuere ſuper perſonis, aut re-
bus Eccleſiaſticis, neque conſuetu-
dine id fieri poſſit, ſiquidem ex ſupe-
rioribus conſtat, multa per conſuetu
dinem fieri, & introduci poſſe, quæ
Princeps per legem facere non va-
leret.

Ex quibus facilis redditur ſolu-
344 tio ad tex. in d. cap. † Clerici 8. de
iudi. de quo mentionem fecimus in
augmento eiuſdem ſecundi princi-
palis argumenti. Nam reſponderi
poteſt, quod ille tex. loquitur de con
ſuetudine introducta contra volun-
tatem, & conſenſum Pontificis, non
autem de ea, quam per eius ſcien-
tiam, & tolerantiam approbauit, &
admiſit, vt in noſtro caſu, iuxta ea
quæ paulo antea diximus, & in dicta
generali decidendi ratione.

Vel ſecundo poteſt reſponderi,
quod non ſatis conſtat, an tex. ille
deroget futuris conſuetudinibus, vel
præteritis tantum: Sed eſto, quod de-
roget futuris, adhuc non obſtat; Quia
345 ex noua cauſa † poteſt introduci
conſuetudo contra legem derogan-
tem conſuetudini, vt defendit Pa-
norm. in cap. fin. num. 24. de conſue-
tud. vbi Rocch. de Curt. Sectio. 7. nu.
11. & 12. idem Panorm. in cap. 2. nu.
8. de probatio. vbi Deci. num. 11. &
facit gloſ. verb. conſuetudine in Cle-
ment: ſtatutum de electio. quam ad
propoſitum dicit ſingularem Afflict.
in Conſtitu. poſt mundi machinam
§. præſentes num. 6. & notauimus ſu-
pra in d. generali decidendi ratione
num. 95. cum alijs allegatis per Fer-
nan. Vaſq. controuerſ. vſufrequen.
lib. 4. cap. 3. à num. 2. vbi num. 13. in-
dubitanter id affirmat in immemo-
riali conſuetudine.

Noua autem cauſa ad noſtræ con-
tudinis introductionem, etiam con-
tra legem derogantem conſuetudi-
nibus, eſt illa quam ſupra aſſignaui-
mus in dicta generali decidendi ra-
tione num. 77. & ea quidem rationa-
bilis, & iuſtiſſima, vt ibi late probaui-
mus.

346 mus. Et talis præſumitur † in omni conſuetudine, diuturnitate temporis introducta, vt dicit idem Deci. d. num. 11. verſ. tertia concluſio, ibi. Secunda quia, ſequitur pluribus relatis Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 13. num. 4. verſ. tertia concluſio.

Vel tertio poteſt reſponderi, quod dato, non autem conceſſo, conſuetudinem de qua in noſtro tex. eſſe irrationabilem, adhuc quidem valere,

347 Quia iuriſdictio † acquiritur, etiam ſi ſit vſurpata, per Conſuetudinem legitimè præſcriptam, vt ex Bart. in l. viros n. 2. C. de diuerſ. offic. lib. 12. tenet Affl. in d. conſt. duram, & diram n. 8. & facit, quod ex Inno. in c. nouit de iudi. n. 6. & in c. 1. de apoſt. notat Bal. in margarita ad eundem Innoc. verb. conſuetudo dat iuriſdictionem; Dicitur autem conſuetudo legitimè præſcripta interuenientibus illis requiſiris, de quibus ſupra num. 120. Sed circa hoc non decet amplius inſiſtere, quia noſtri tex. conſuetudo rationabilis quidem eſt, & iuſtiſſima, vt manifeſtè apparet ex ſupra traditis decidendi rationibus.

Vel quarto, & forſan melius reſpondeo, quod reprobata qualibet conſuetudine per legem, aut quamlibet aliam diſpoſitionem, non cenſetur reprobata, & excluſa conſuetudo immemorialis, qualis eſt conſuetudo noſtri tex. vt probauimus ſupra nu. 268. & ſic non obſtat d. cap. Clerici.

Quibus omnibus conſideratis, ſatis opportuna nunc ſe ſe offerebat occaſio, examinandi illum difficilem articulum, & à DD. adeo agitatum.

348 An ſcilicet Laicorum † ſtatuta, quæ quotidie fieri ſolent de non extrahendis, vel aſportandis mercimonijs, aut victualijs ad Ciuitatem, vel Prouinciam, aut extra; ſeù de ſoluendis gabellis, impoſitionibus, ſeù collectis, compræhendant etiam Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas. Sed quia ad huiuſmodi quæſtionis diſputationem, & completam eius perfectionem, amplior requiritur commoditas, & temporis opportunitas, ideo materiam non inchoare, quam inchoatam informem relinquere, conſultius exiſtimaui, Circa eam tamen, præter ordinarios interpretes in cap. quæ in Eccleſiarum, in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. & in cap. fin. de immunit. Eccleſ. in 6. & in can. bene quidem 96. diſti. videndi ſunt Boer. deciſ. 246. num. 4 Grammat. deciſ. 100. per totam Couar. in reg. poſſeſſor. 2. par. §. 4. num. 8 Anto. Theſaur. deciſ. Pedemon. 2 34. per totam Bouadill. in ſua politi. lib. 2. cap. 18. num. 117. tom. 2. Gutierr. lib. 1. practi. quæſt. q. 3. per totam, & in tract. de Gabell. q. 87. cum ſeqq. Sayr. in theſaur. caſ. conſcien. lib. 3. cap. 22. Fr. Anto. de Souſa. in relecti. de cenſur. cap. 19. in prin. diſput. 92. & Ioan. Anto. de Nigr. in ſupradicta Bulla extrauag. Clem. VII. in gl. verb. priuileg. n. 51. & à nu. 101. cum multis ſeqq. vbi latiſſimè examinat materiam, eamque declarat, & hæc quo ad ſolutionem ſecundi principalis argumenti ſupra contra noſtrum tex. adducti.

Solutio ad tertium principale argumentum.

NOn obſtat tandem Tertium, & vltimum argumentum contra tertiam partem noſtri tex. principaliter in ſuperioribus adductum, in quo probari videbatur, fruſtra in noſtro tex. dici, quod ſi Archiepiſcopus petat copiam inuentorum contra Clericum remiſſum eſt ei concedenda, cùm acta facta coram Sæculari Iudice nullam faciant fidem coram Eccleſiaſtico contra Clericum.

Nam ommiſſa illa diſputatione. An ſcilicet acta facta coram Sæculari Iudice faciant fidem coram Eccleſiaſtico, ita vt eis ſtare teneatur, quã tractat Maſcard. de probatio. concluſ. 33. num. 24. cum ſeq. volu. 1. vbi

ex multis negatiuam dicit communem, ſpecialiter eſt inquirendum. An acta facta contra Clericum coram Iudice Sæculari faciant fidem coram Eccleſiaſtico, cui idem Clericus eſt remiſſus.

Et in his terminis ad argumentū reſpondetur, Quod licet verum ſit, acta facta coram Laico Iudice, nullam facere fidem coram Eccleſiaſtico contra Clericum remiſſum, vt vltra DD. in argumento allegatos, tenet Vanci. in tracta. de nullit. in tit. quot,& quib.mod.nullit.in iudi. pro pon.ac ſuper nu.127.cum ſeq.Grammat. qui dicit communem opinioné conſ.42. ſunt iam anni ſeptem num. 1. inter crimin. Farina. in practi. crimin.de inquiſitio. q.7. num. 43. Va-
349 lent † tamen dicta acta,ad inſtruendum Iudicem Eccleſiaſticum,& aperiendum illi viam, ad formandam ſuam inquiſitionem,vt diximus in ſupra adducta particulari decidendi ratione ad tertiam partem noſtri tex. & expreſsè ex Bald. in authen. Clericus in fin.num.11. verſ. deinde quæritur C. de Epiſcop. & Cleri. tenet Farina.d.num.43.& ita ſecure tenendum eſt. Boerius autem deciſ. 9.num.3.defendit,Clerici confeſſio-
350 nem † coram Laico Iudice factam validam quidem eſſe, atque efficacem coram Eccleſiaſtico, ſaltem ad effectum ei inferendi torturam virtute dictæ confeſſionis,& quod ita ſeruatur,& fuit iudicatum in eo Senatu. Quidquid tamen ipſe dicat, verior, & receptior eſt prima opinio,eamque ſequitur Carauit. hic nu. 17.

Sed certe pro ſupradicta Boerij opinione adhuc poſſunt ponderari aliqua vrgentia fundamenta,quæ in re tam graui indecorum eſſet inſoluta relinquere, & quidem primo ſe ſe offert tex.in l. iubemus 41. C. de libera.cauſ. ibi verum etiam voce propria eiuſdem Aelij apud aliud iudicium patuerat,quod conditionis ſeruilis videretur, ex quibus verbis apparet confeſſionem in vno Iudicio factam (etiam in cauſa libertatis, quæ adeo fauorabilis eſt) nocere in alio diuerſo, ergo ſimiliter confeſſio per Clericum facta coram Sæculari Iudice,debet ei nocere coram Eccleſiaſtico,tanquam valida,& efficax.

Cui difficultati reſpondetur,tex.in
351 d.l.iubemus † procedere in Iudice incompetenti, cuius iuriſdictionem poteſt non ſubditus aliquando prorogare iux.tex. in l. ſi conuenerit ff. de iuriſdi.omn.iudi.& in l.1.& 2.ff.de iudi. Secus tamen eſt in Iudice incapace, qualis eſt Sæcularis reſpectu Clerici,vt reſoluimus ſupra nu.297. cuius iuriſdictio à Clerico prorogari non poteſt, non ſolum per criminis confeſſionem, verum etiam nec per expreſſum conſenſum iuramento confirmatum cap.ſi diligenti cum alijs de for. compe. Quæ interpretatio colligitur ex his,quæ docet Præceptor Bart.in l. Magiſtratibus num. 4. ff. de iuriſdict.omni. iudi.ſequitur Cæphal.conſ.100.Tiber. Decia. lib. 4.tracta.crimin.cap.23.& eſt de mente Bald.in d. cap.at ſi Clerici num.4. vbi optimè Anto. de Butr. num. fin. verſ. puto quod nec vt iudicialis, nec diſſentit Imol. ibi nu. 7.

Secundo pro eadem Boerij opinione poteſt ponderari tex. ſatis diffici-
352 lis in can. multi corriguntur † 2.q. 1. quo loci dicit Diuus Auguſtinus, quod Eccleſiaſticus Iudex neminem poteſt à communione prohibere,id eſt punire niſi ſit confeſſus, aut conuictus coram Sæculari, aut Eccleſiaſtico Iudice.Ergò,cùm tex.ille generaliter loquatur, ſequitur, quod ſi Clericus coram Sæculari Iudice confeſſus ſit, aut conuictus, ex tali confeſſione,aut conuictione poterit per Eccleſiaſticum Iudicem excommunicari, & puniri.

Cui difficultati reſpondetur, tex. illum docentem,neminem, neque Sæcularem,neque Clericum puniendum eſſe niſi coram Sæculari,aut Eccleſia-

cleſiaſtico Iudice fuerit confeſſus, aut conuictus, intelligendum eſſe, vt
353 ſingula † ſingulis referantur iux. tex. in auth. quib. mod. natur. effic. ſui. §. ſi verò is, qui ſolummodo in fin. collat. 6. & in l. filij 22. vbi gloſ. verb. aut originem ff. ad municip. & de incol. quod ſæpiſſimè contingit in iure: ita vt illius tex. ſenſus ſit, Sæculares non aliter puniendos fore niſi confeſſi, aut conuicti fuerint coram Sæculari Iudice, Neque Clericos, niſi ſimiliter confeſſi, aut conuicti fuerint coram Eccleſiaſtico. Quã ſolutionem tenet gloſ. verb. Sæculari in d. can. multi corriguntur, eamque ſequuntur Panorm. in cap. at ſi Clerici nu. 13. de iudi. vbi etiam Sahag. num. 33. qui allegat Mantu. & alios idem tenentes.

Tertio pro eadem Boerij opinione optimè facit tex. in cap. 2. §. ſimi-
354 liter Eccleſiaſtici † de exceptio. in 6. vbi Bonifacius VIII. Summus Pontifex decreuit, exceptionem rei iudicatæ, per Iudicem Sæcularem, ab aliquo propoſitam coram Iudice Eccleſiaſtico, per eum obſeruari debere, Ergò idem dicendum eſt de confeſſione, & alijs actis factis coram Sæculari Iudice, vt ex Guid. Pap. & alijs tenet D. Regens Valenz. conſ. 68. num. 46. Qui tex. difficilis ſatis videtur primo intuitu, ſed non obſtabit ſi eius mentem, & intentionem conſideres.

Veriſſimum eſt enim, quod Summus Pontifex ibi præcipit Eccleſiaſticis Iudicibus, quod ſententijs, & actis geſtis coram Sæculari Iudice fidem adhibeant, quia Sacri Canones non dedignantur leges imitari cap. 1. & 2. de nou. oper. nuncia. hoc tamen intelligendum eſt, quoad cauſas, & negotia pertinentia ad Sæcularem iuriſdictionem, quæ geſta coram Sęculari Iudice, fidem faciunt coram Eccleſiaſtico, exempli gratia, aliquis inquiritur, vel accuſatur coram Eccleſiaſtico Iudice de crimine pertinente ad eius iuriſdictionem, iſte autem accuſatus contra aliquem teſtem opponit ad minuendam eius fidem, quod eſt infamis, forſan quia furti damnatus eſt l. 1. ff. de his qui not. infam. ad quod probandum producit ſententiam Sæcularis Iudicis, ex qua apparet eiuſmodi teſtem taliter damnatum fuiſſe. Profectò Iudex Eccleſiaſticus huic tenebitur ſtare ſententiæ, quoad dictum finem productæ, & hoc eſt, quod dicit ille tex. quod Eccleſiaſticus Iudex tenetur obſeruare res iudicatas Iudicum Sæcularium, & ſimile exemplum adducit Cappell. Toloſ. deciſ. 199. huiuſmodi tenendo interpretationem. Secus tamen eſt, quando Clericus fuit coram Sæculari Iudice confeſſus, aut conuictus, quia tunc huiuſmodi acta non ſunt de negotio, aut cauſa Sæculari, ſed potius Eccleſiaſtica, cùm ad Clericum pertineant, de quo Sæcularis Iudex nulla ratione cognoſcere poteſt.

Quæ interpretatio ad eum tex. colligitur ex illis verbis, ibi, in his, quæ animarum periculum non inducunt, quaſi dicat, in his, quæ ſpiritualia, aut eccleſiaſtica non ſunt, & eſt de mente Philipp. Franch. ibi num. 2 in illis verbis, quod fuerit lata ſententia à Iudice competenti, & ſecundum hanc reſolutionem puto intelligendam fore affirmatiuam illam opinionem, quam ponit Maſcard. d. concluſ. 33. num. 24. dùm affirmat, acta facta coram Sæculari Iudice facere fidem coram Eccleſiaſtico.

Quarto pro eadem Boerij opinione poteſt induci tex. in cap. quam
355 ſit graue † 9. de exceſſib. prælat. vbi confeſſio publicè per Clericum facta ſufficiens eſt ad hoc, vt ex ea Clericus puniri poſſit. Ergò multo melius poterit puniri per confeſſionem factam coram Sæculari Iudice, & Actuario, quæ perſonæ publicæ ſunt.

Sed ille tex. non obſtat reſolutioni prædictæ, Nam reſpondetur, Cle-

ricum eo loci puniri, propter iactan-
tiam delicti, reſultantem ex illa con-
feſſione publicè facta, quæ iactantia
ad Iudicis arbitrium punienda eſt,
ſecundum Menoch. de arbitra. iudi.
caſ. 331. Non tamen poteſt puniri
antequam de ea per legitimas con-
ſtiterit probationes, vt denotant illa
356 verba, ibi, ſi tibi conſtiterit † de
præmiſſis, quæ verba ad legitimam
probationem referuntur cap. ſi con-
ſtiterit 12. de accuſatio. Anto. Gam.
deciſ. Luſitan. 363. num. 4. legitima
autem probatio in propoſita ſpecie
erit, quæ fit coram Iudice competen-
ti, argum. tex. in l. 2. C. ſi à non com-
per. iudi. & notat Sahag. in d. cap. at ſi
Clerici nu. fin. de iud.

Vel ſecundo reſpondeo, quod tex.
ille in d. cap. quam ſit graue, vel lo-
quitur de confeſſione iudiciali Cle-
rici, facta coram Iudice Laico, &
tunc certum eſt, nullam fidem face-
re, per tex. expreſſum in d. cap. at ſi
Clerici 4. de iudi. cum alijs in d. prin
cipali argumen. allegat. quibus addo
Folleri. in practi. crimi. verb. et ſi con-
fitebuntur el 1. num. 1. vel de extraiu
diciali, & tunc ſimiliter nullam fi-
357 dem facit, quia extraiudicialis †
confeſſio, ad aliquod faciendum in-
dicium, eatenus valet, quatenus le-
gitimè probata fuerit, ideſt per duos
ſaltem teſtes Maran. in ſpecul. 6. par.
actu 5. num. 13. Foller. vbi ſupra
verb. et ſi confitebuntur el 2. num. 1.
2. & 14. & ij teſtes debent eſſe iura-
358 ti, teſtis enim non iuratus, † in qua
cumque dignitate conſtitutus, etiam
ſi Cardinalis ſit, nullam facit proba-
tionem, ſecundum Maſcard. de pro-
tio. in proœmi. q. 5. num. 67. vol. 1.
Hortenſ. Caualc. in practi. de teſtib. 3.
par. num. 45. Gaſpar Cabalin. mille-
loq. 934. par. 2. Marian. Socin. Senio.
in cap. inquiſitionis §. tertiæ dubita-
tionis num. 6. de accuſat. atque ita
poteſt intelligi, & procedit tex. in d.
cap. quam ſit graue. Quæ quidem
requiſita non interueniunt in confeſ
ſione per Clericum facta coram Lai
co Iudice, quæ cum alijs actis tranſ-
mictitur ad Eccleſiaſticum ſimul cũ
eodem Clerico remiſſo. Sicque ſu-
pradictis quatuor fundamentis non
obſtantibus, ſecurè tenendum eſt,
acta facta coram Sæculari Iudice
nullam fidem coram Eccleſiaſtico fa
cere contra Clericum, vt ſupra reſo-
lutum extat.

Difficultas autem in eo conſiſtit
359 An ſcilicet è contra, acta † facta
coram Eccleſiaſtico Iudice faciant
fidem coram Sæculari, ita vt eis ſta-
re teneatur, & reſolutiuè proceden-
do, diſtinguendum eſt. Quia aut lo-
quimur de actis factis coram Iudice
Eccleſiaſtico, qui proceſſit contra
Clericum, & ſeruatis, ſeruandis eum
degradauit, & tradidit puniendum
Iudici Sæculari, quo caſu eſt in arbi-
trio Iudicis Sæcularis, an ſtare velit
eiuſmodi actis, vel nouum inchoare
proceſſum, vt notat Panorm. in cap.
vnic. num. 5. verſ. tu dic quod etiam
extr. de obligat. ad ratiocin. optime
Ioan. Fran. Bellacomb. in lib. 3. com.
opinion. tit. de iudi. num. 119. tom. 1
& ex multis dicit communem Boua-
dill. in ſua polit. lib. 2. cap. 17. nu. 175
360 Præterquam in crimine † hæreſis
in quo Iudex Sæcularis præciſe tene
tur ſtare actis factis coram Eccleſia-
ſtico Iudice per tex. in cap. vt inqui-
ſitionis §. prohibemus de hæreti. in
6. per quem tex. ita tenet Boeri. d. de
ciſ. 90. num. 2. Palaci. Rube. in cap.
per veſtras in 2. notab. in verſ. ſed eſt
pulchra dubitatio num. 22. de donat.
inter vir. & vxo. Andr. de Iſern. in
conſtit. poſt mundi machinam ſtatim
in initio, Bouadill. vbi ſupra nu. 171.
Petr. Cabal. reſol. crimin. caſ. 223.
num. 44. centu. 3. dicit communem
Dida. Spin. in ſpecul. teſtam. in gloſ.
rubr. par. 12. num. 38. ad fin. quam-
uis fortiter repughet Ioan. Coras. in
centur. ſenat. conſult. Tholoſ. cap. 79

Id autem, quod diximus eſſe in ar-
bitrio Iudicis Sæcularis ſtare actis Iu

dicis

dicis Eccleſiaſtici, quando ei tradidit Clericum legitimè degradatum, & poſſe ſi vult nouum formare proceſſum. Ego intelligerem caſu quo, Clericus fuit degradatus, & traditus propter crimen merè Sæculare, & prophanum, & de quo alias Iudex Sæcularis cognoſcere potuiſſet; Secus autem ſi fuiſſet degradatus, & traditus pro delicto Eccleſiaſtico, de quo Sæcularis aliàs cognoſcere minimè poſſet. Et hoc ea ratione, ne ſcilicet
361 Iudici Sæculari concedatur † indirectè, quod directò competere non poterat iux. tex. in §. eſt tamen caſus, vbi gloſ. fin. inſti. de hæred. inſti. & in l. quæ ſub conditione 8. §. ſed ſi ſub in fin. ff. de conditio. inſti. notat Iul. Clar. loco ſtatim allegando.

Aut vero loquimur de actis factis coram Eccleſiaſtico Iudice, qui proceſſit contra Laicum, qui petita remiſſione per Sæcularem Iudicem ab Eccleſiaſtico, fuit remiſſus Sæculari, & tunc eiuſmodi acta non faciunt fidem coram Iudice Sæculari, neque eis ſtare tenetur, Quia fuerunt facta coram incompetenti Iudice tex. in l. fin. C. ſi à non compet. Iudi. per quem tex. ita tenet, pluribus relatis Farinac. in practi. crimin. tit. de inquiſitio. q. 7. num. 43. & ſentire videtur Boer. d. deciſ. 90. num. 4. qui in huiuſmodi caſu ſunt intelligendi Iul. Clar. omninò videndus in practi. crimin. §. fin. q. 96. num. 7. vbi Baiar. num. 14.

Quæ quidem doctrina declaratur dupliciter. Primo, vt ſolum procedat quoad teſtes, ſcripturas, & alia acta facta, & producta coram Eccleſiaſtico Iudice, quæ non faciunt fidem coram Sæculari contra Laicum remiſſum: Secus tamen eſt quoad con-
362 feſſionem † factam per Laicum inquiſitum coram Eccleſiaſtico Iudice, Quæ quidem confeſſio, quamuis facta coram Iudice incompetenti, non ſufficiat ad condemnationem, ſufficit tamen ad torturam, vt ex Bar. Bald. Areti. & alijs tenet Guid. Pap. deciſ. 202. & 419. quem refert, & ſequitur Farin. vbi ſupra.

Secundo declaratur eadem doctrina, vt ſcilicet non procedat, quando Eccleſiaſticus Iudex aliqua ratione erat Iudex competens ipſius Laici remiſsi, fuit tamen facta ipſa remiſſio ex vrbanitate. Quia tunc ex quo ceſſat ratio Iudicis incompetentiæ, dici poteſt, quod valet proceſſus factus coram Iudice Eccleſiaſtico, qui vt ſuppoſuimus, poterat aliqua ratione procedere, notat ex Bald. in auth. Clericus num. 12. C. de Epiſcop. & Cleri. Farina. vbi ſupra num. 43. in fin.

Omnia autem ſupradicta procedunt in cauſis criminalibus, vt præſupponit Boer. in d. deciſ. 90. in prin. Quid autem dicendum ſit in ciuilibus tradit latiſsimè Maſcard. de probatio. d. concluſ. 33. per totam, & hæc quoad ſolutionem tertij, & vltimi argumenti, & huius repetitionis primam partem.

SECVNDA TRACTATVS PARS

IN QVA

EA QVAE CIRCA EIVSDEM TEXTVS Praxim frequentius contingere ſolent, facili methodo digeſta, & veridica electione collecta, breuiter reſoluuntur.

SVMMARIA.

Conſuetudo non probatur per aſſertionem Excellentis Doctoris. 1.
Doctori dicenti aliquid, ita eſſe credendum eſt. 2.
Opinio Doctoris, ſcientia, & conſcientia idonei, & materiam ex profeſſo tractantis, excuſat in foro conſcientiæ. 3.
Dubius, quis dicatur. 4.
Iudex dubius de ſua iuriſdictione procedere non poteſt. 5.
Dubium aliquando accipitur pro ignorantia. 6.
Citatus quantumuis priuilegiatus tenetur comparere ad allegandum ſuum priuilegium, data in citante ignorantia eiuſdem. 7.
Carauita hic nu. 2. declaratur. 8.
Iudex Laicus rectè poteſt expedire citationem contra quemcunquè Clericum, ſi eſt certus, Clericatum ei non ſuffragari. 9.
Iudex Sæcularis Clericum capere, & carcerare non poteſt regulariter. 10.
Iudex Sæcularis poteſt Clericum carcerare, iuxta terminos noſtri tex. 11.
Ignorantia affectata non excuſat. 12.
Iudex Sæcularis poteſt procedere ad capturam inquiſiti, etiamſi à teſtibus nominetur Clericus, Don, vel Abbas, vel alia ſimili demonſtratione. 13.
Clericus repertus in fragranti crimine, poteſt capi per Iudicem Sæcularem. 14
Fragrans crimen, quod dicatur. 15.
Clericus delinquens, & ſuſpectus de fuga poteſt capi per Iudicem Laicum. 16.
Iudex Laicus capiens Clericum ad finem remittendi, non poteſt eum detinere vltra viginti horas. 17.
Clericus debitor ex cauſa ciuili, & ſuſpectus de fuga, poteſt capi per Iudicem Laicum. 18.
Clericus captus pro debito ciuili per Iudicem Laicum, ſi præſtiterit cautionem eſt relaxandus, quantumuis ſit ſuſpectus de fuga. 19.
Clericus ſuſpectus de fuga ex cauſa debiti, non poteſt capi per Iudicem Laicum quando adeſt Iudex Eccleſiaſticus. 20
Clericus capi poteſt per Iudicem Sæcularem, ratione vitandi ſcandalum. 21.
Scandali vitandi cauſa, multa ſpecialia ſunt introducta in iure. 22.
Alciat. in cap. cum non ab homine nu. 23. declaratur. 23.
Clericus capi poteſt legitimè per Iudicem Sæcularem, de mandato Iudicis Eccleſiaſtici. 24.
Clericus rectè carceratur per Iudicem Laicum in omnibus caſibus, in quibus

de iure

de iure offendi poteſt. 25.

Iudex Laicus an poſſit cognoſcere de exceptione fori declinatoria coram ſe oppoſita. 26.

Argumentum à Rubrica diſponens per orationem perfectam, eſt validum 27.

Incolatus cauſa coram quo Iudice ſit tractanda. 28.

Iudex cuius iuriſdictio declinatur, poteſt cognoſcere de exceptione declinatoria. 29.

Iudex cauſæ præparatæ, poteſt eſſe Iudex cauſæ præparantis. 30.

Iudicem in cauſa ſua, vel ſuorum neminem eſſe poſſe, qualiter intelligatur, 31.

Iudicis proprium intereſſe, eſt iudicare. 32.

Iudex in quibus caſibus teneatur ex officio procedere, remiſſiuè. 33.

Delicta omnia perſequuntur hodie ex officio ex generali conſuetudine. 34.

Iudex quando nimis ſe ingerit pro ſua iuriſdictione, videtur defendere cauſam propriam. 35.

Lex de iure ff. ad municip. declaratur. 36

Textus habens plures intellectus, non debet ad deciſionem cauſarum allegari. 37.

Præuentio eſt maximè efficaciæ. 38.

Gloſa verb. copia, in cap. ſtatutum de reſcript. in 6. declaratur. 39.

Exceptione fori declinatoria oppoſita, debet Iudex expreſſè ſuper ea pronunciare, 40.

Felynus in cap. ſuborta num. 7. de ſententia, & re iudicat. declaratur. 41.

Appellare an liceat à decreto ſuper exceptione fori declinatoria. 42.

Appellari an liceat à ſententia interlocutoria, & quod ſtatim ante inhibitionem ligentur manus Iudicis, ſunt diuerſa. 43.

Appellari poteſt à decreto, quod Iudex ſe declarauit competentem. 44.

Sententia lata ſuper exceptione incompetentiæ Iudicis ad inſtantiam extranei habet vim diffinitiuæ. 45.

Appellatio à ſententia interlocutoria, interponi non poteſt de iure Ciuili regulariter. 46.

Appellationis materia, regulatur in Regno ſecundum ius Canonicum. 47.

Appellatio ab interlocutoria non ligat manus Iudicis antè inhibitionem, de iure Canonico. 48.

Appellatio qualibet, cui Iudex à quo detulit, ligat eius manus ante inhibitionem. 49.

Deferri appellationi ab interlocutoria, eſt in Iudicis arbitrio. 50.

Stilus Curiæ, pro lege obſeruandus eſt. 51.

Cuſtodia fida in actu remiſſionis, quæ dicatur. 52.

Iudex Laicus remittens Clericum, tenetur debitum modum ſeruare. 53.

Verecundia, & pudor ſunt pœnarum ſpecies. 54.

Clerici remiſſio per Iudicem Laicum facienda, debet eſſe abſque ignominia. 55

Remiſſio an ſit facienda, caſu quo in proceſſu non conſtat remittendum commiſiſſe delictum. 56.

Captura non debet fieri, niſi legitimis præcedentibus inditijs. 57.

Captura etiam ſine inditijs fieri poteſt, ſecundum aliquos. 58.

Remiſſionis articulus requirit cauſæ cognitionem ad videndum, an ſit delictum. 59. & 63.

Iudex, qui remiſſionem petit, debet aliqualem fidem, ſaltem inquiſitionis exhibere. 60.

Probatio delicti in articulo remiſſionis ſufficit, ſi fiat per aliqua inditia. 61.

Praxis Mag. Cur. Vic. in impartiendo bracchium Baronibus, origo. 62.

Appetito iniuſto non eſt differendum. 63.

Remiſſiones non fiunt in leuibus delictis. 64.

Remiſſionis facienda iuſta cauſa, remiſſiuè. 65.

Remiſſio non fit quando timetur de crudelitate, & ſæuitia petentis. 66.

Crudelitas quid ſit. 67.

Baro priuatur ſua iuriſdictione propter eius crudelitatem. 68.

Clerici nulla abſolutio, vel condemnatio, cadit in Iudice Laico. 69.

Carauita hic nu. 10. declaratur. 70.

Remiſſio

Remiſſio Vaſſalli ad Curiam Baronis, an fiat in Regno, quando non adeſt delictum. 71.
Religioſorum nomen eſt latiſſimum. 72.
Religio ſola facit homines differentes a Beluis. 73.
Religioſi ſtrictius, qui dicantur. 74.
Ad ſolam religionem Chriſtianam pertinet iuſtum, & debitum cultum Deo deferre. 75.
Religio Crriſtiana ſola eſt vera, & propria religio, cætera vero meretrices. 76.
Chriſtiani omnes dici poſſunt Religioſi. 77.
Clerici magis proprij dicuntur religioſi. 78.
Religioſi ſtrictè, & propriè, qui dicantur. 79.
Religioſus, vt quis propriè dicatur, debet ſolemniter profiteri tria vota. 80.
Obedientia eſt maxima virtus. 81.
Obedientia eſt rerum omnium fundamentum. 82.
Paupertas eſt duplex. 83.
Paupertas voluntaria in quo cõſiſtat. 84
Paupertas voluntaria à Deo proficiſcitur. 85.
Paupertatis priuilegia remiſſiuè. 86.
Fideiubere obligatus, ſi ob paupertatem impeditur, ad iuratoriam cautionem eſt admittendus. 87.
Caſtitas, quid ſit. 88.
Caſtitas eſt duplex. 89.
Caſtitas ſpiritualis non adimitur per violentiam corpori illatam. 90.
Caſtitas eſt rara. 91.
Rarum omne carum. 92.
Caſtitas coniugalis in quo conſiſtat. 93.
Religionis ſpecies ſunt quatuor. 94.
Religionis prima ſpecies, eſt monacorum. 95.
Monaci vnde dicti. 96.
Religionis ſecunda ſpecies, eſt Canonicorum regularium. 97.
Religionis tertia ſpecies, eſt Fratruum mendicantium. 98.
Religionis quarta ſpecies, eſt ordinum Militarium. 99.
Religioſi verè, & propriè gaudent fori priuilegio. 100.
Religioſus, qui non fuit profeſſus tria ſubſtantialia vota, non eſt propriè religioſus, nec gaudet fori priuilegio. 101.
Fratres Tertij ordinis ſancti Franciſci, non gaudent fori priuilegio. 102.
Fratres Tertij ordinis, qui dicantur. 103.
Oblati, & Conuerſi nomen aliquando confunditur. 104.
Oblati propriè loquendo, qui dicãtur. 105
Conuerſi propriè loquendo qui dicantur. 106.
Conuerſi gaudent fori priuilegio. 107.
Oblati quãdo gaudent fori priuilegio. 108
Aequites ordinum militarium, quando gaudent fori priuilegio. 109.
Hæremitæ quandò gaudeant fori priuilegio. 110.
Can. qui verè, & purè 16. q. 1. declaratur. 111.
Can. nulla ratione 93. diſtin. declaratur. 112.
Cap. cum monaſterium de electio. declaratur. 113.
Iudex Laicus in quibus caſibus poſſit de iure in Clericum iuriſdictionem exercere, remiſſiuè. 114.
Clericus ordinatus poſt commiſſum delictum, de ſtricto iuris rigore fori priuilegio gaudere non debet, & quare. 115
Initium ſemper ſpectandum eſt in contractibus, vel delictis. 116.
Clericus, qui tempore commiſſi delicti verè erat Clericus, etiam ſi poſtea fiat Laicus, remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum. 117.
Clericus ordinatus poſt commiſſum delictum frequentius cognoſcitur per Iudicem Eccleſiaſticum. 118.
Præuentio, quid ſit. 119.
Præuentio poteſt contingere in cauſis ciuilibus, & criminalibus. 120.
Præuentio in criminalibus cauſis, quomodo inducatur. 121.
Præuentio realis, an ſit potentior verbali remiſſiuè. 122.
Præuẽtio poteſt cõtingere tripliciter. 123
Temporis breuitas inter delictum, & Clericatum arguit fraudem. 124.
Præuentæ ſola cauſa, & non perſona in Clerico ordinato poſt delictum, cognitio de ſtricto iuris rigore pertinet ad Iudicem

dicem Laicum; ſed quid in practica ſeruetur. 125. & 128.
Fraus, & dolus nemini debent patrocinari. 126.
Clericatus quando dicatur in fraudem aſſumptus. 127.
Præuenta cauſa, & perſona Clerici ordinati poſt commiſſum delictum; aliqui exiſtimarunt adhuc Iudicem Laicum cognoſcere non poſſe. 129.
Præuenta cauſa, & perſona Clerici ordinati poſt commiſſum delictum per Iudicem Laicum, ipſe eſt competens quo ad perſonam. 130.
Præuenta cauſa, & perſona, Iudex Laicus cognoſcit, etiam ſi Clericatus ſit aſſumptus ante ſententiam condemnatoriam. 131.
Præuentio perſonæ citra capturam, an inducatur per ſententiam condemnatoriam ex forma ſtatuti, vtputa per foriudicationem. 132.
Vincentij de Franchis doctrina deciſ. 384. & dec. 709. diſcutitur. 133.
Foriudicatus eſt hoſtis publicus Reipublicæ.
Ioannes Andreas in cap. vnic. de obligatis ad ratiocinia, declaratur. 134.
Cap. vnic. de obligatis ad ratiocinia interpetratur. 134.
Irregularitas ex defectu libertatis, vnde dicatur. 135.
Obligatus ad ratiocinia, certo modo caret libertate. 136.
Foriudicatus efficitur ſeruus pœnæ. 137.
Caſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ rub. 1. §. 5. nu. 105. defenditur, & declaratur. 138.
Doctori nihil allegantí, nõ creditur. 139.
Iudex competens poteſt eſſe aliquis ratione perſonæ, & alius ratione rei. 140.
Iudex Laicus in Clericum non poteſt eſſe competens ratione rei, & incompetens ratione perſonæ. 141.
Clericatus etiam confertur in carceribus. 142.
Irregularitas non annullat ordinum ſuſceptionem; ſed impedit vſum, & exercitium. 143.
Doctor referens plures opiniones, & nullam reſoluens, cenſetur tranſire cum prima. 144.
Clericis primæ tonſuræ, & minorum ordinum non imprimitur character. 145.
Character non eſt fundamentum priuilegij Clericalis fori. 146.
Character imprimitur per Baptiſmum. 147.
Veritatis vis, non indiget teſtium multitudine. 148.
Clericatu aſſumpto poſt foriudicationem, perinde eſt, ac ſi præuenta eſſet cauſa & perſona. 149.
Deciſio Sacri Conſilij refertur in inquiſito ordinato extra carceres, poſt ſententiam condemnatoriam. 150.
Qui nulla fraude ingreditur Religionem, ſecurè ingreditur. 151.
Religioſus factus poſt commiſſum delictum, an gaudeat priuilegio fori, remiſſiuè. 152.
Clericus verè, & propriè incorrigibilis, non gaudet priuilegio fori. 153.
Clericus incorrigibilis, an cognoſcatur per Iudicem Laicum ante declarationem, vel traditionẽ Eccleſiaſtici. 154.
Iuriſdictione fundata ſuper aliqua qualitate, de ea priùs conſtare debet. 155.
Pœna ipſo iure à lege, vel ſtatuto impoſita, adhuc indiget declaratione. 156.
Eccleſia, quas pœnas imponere poſſit remiſſiuè. 157.
Exilij pœnam poteſt imponere Iudex Eccleſiaſticus. 158.
Incorrigibilis Clericus multis modis dici poteſt. 159.
Incorrigibilis Clericus verè, & propriè dicitur ſeruata forma cap. cum non ab homine de iudic. 160.
Inobedientia debet in promptu vindicari. 161.
Incorrigibilitas efficit, vt Clericus ſeparetur ab altorum Clericorum conſortio. 162.
Incorrigibilitas eſt proxima idolatriæ, & hæreſi. 163.
Excommunicatio requirit trinam canonicam monitionem. 164.
Clericus verè, & propriè incorrigibilis

quarè amittat fori priuilegium abſque alia declaratione, vel traditione. 167.

Clericus impropriè incorrigibilis, non ſubiacèt Iudici Sæculari ante traditionem, vel declarationem. 168.

Notorium facti permanentis, quod nulla tergiuerſatione cœlari poteſt, nullam requirit declarationem. 169.

Notorium reſultat ex actis, & proceſſu. 170.

Iudices Eccleſiaſtici raro practicant formam cap. cum non ab homine, & quare. 171.

Cap. 2. de Clerico excommunicato miniſtrante declaratur. 172.

Lex vna per aliam poteſt declarari. 173

Requiſitio Vrbana quæ ſit. 174.

Petere ab alio non debemus, quod à nobis peti nolemus. 175.

Excommunicationis nomen, ſimpliciter de minori intelligendum eſt. 176.

Excommunicatio pœna eſt, ſed medicinalis. 177.

Clericus aſſaſſinus, non gaudet priuilegio fori. 178.

Clericus aſſaſſinus nullo gaudet priuilegio fori, ſiue ſit mandans, ſiue mandatarius. 179.

Clericus aſſaſſinus ſubiacet Iudici Sæculari, nulla expectata incorrigibilitate, degradatione, vel ſententia. 180.

Aſſaſſinatus declaratio in Clerico aſſaſſino, ad quem Iudicem pertineat. 181.

Aſſaſſinatus declaratio in Regno, fit per Iudicem Sæcularem. 182.

Aſſaſſinatus declaratio, an ſit facienda in termino particulari. 183.

Aſſaſſinij crimen habet multa ſpecialia remiſſiuè. 184.

Sententia condemnatoria, non requiritur in crimine aſſaſſinij. 185.

Connexitatis ratione, eſt illicita ſeparatio. 186.

Exceptio fori declinatoria Clericatus poteſt opponi in quacunque parte Iudicij 187.

Prælatus habet ius vindicandi eius ſubditum. 188.

Comparens pro ſuo intereſſe, debet audiri in quacunque parte iudicij. 189.

Clericus in minoribus ordinibus ordinatus cum literis dimiſſorijs, Sede Vacante expeditis infra annum à die vacationis, non gaudet fori priuilegio. 190.

Ordinandus Clericatus ordine, debet eſſe tantæ dignitatis idoneus. 191.

Proprius Epiſcopus præſumitur ſcire idoneitatem ordinandi. 192.

Ordinari nemo poteſt, niſi à proprio Epiſcopo. 193.

Proprius Epiſcopus quis dicatur. 194.

Epiſcopus ordinãs Clericum alterius Diœceſis, delinquit. 195.

Epiſcopus poteſt ordinare Clericum alienæ Diœceſis, portantem litteras dimiſſorias. 196.

Litteras dimiſſorias, nullus præter Epiſcopum concedere poteſt. 197.

Literarum dimiſſorialium introductione, pax inter Epiſcopos conſeruatur. 198.

Sede Vacante nihil eſt innouandum, niſi in caſibus à iure expreſſis. 199.

Eccleſiæ ſtatus non ſubuertendus in præiudicium futuri Prælati. 200.

Innouatio Sede Vacante, in quibus caſibus ſit permiſſa remiſſiuè. 201.

Cap. Sede Vacante poteſt litteras dimiſſorias concedere, & quid attenta diſpoſitione Concilij Tridentini. 202.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. in decret. de reformat. cap. 10. ampliatur. 203.

Sede Vacante regulariter ſuccedit Capitulum, aliquando Viſitator, aliquando Sindicus. 204.

Clericus ordinatus in minoribus ordinibus cum litteris dimiſſorijs Capituli Sede Vacante infra annum à die vacationis, an gaudeat fori priuilegio in ciuilibus. 205.

Nullus, dictio, vniuerſalis eſt, & omnem caſum excludit. 206.

Negatio plus tollit, quam ponit affirmatio. 207.

Negatiuus ſermo in vno actu non finitur. 208.

Regula cui licet. de Reg. Iur. in 6. habet locum in ſtatutis permiſſiuis. 209.

Regula cui licet maximè procedit, quando plus continet minus, tanquam ſpeciem

eiem ſeu partem. 210.
Præſertim,dictio, quomodo accipiatur in iure. 211.
Præſertim,dictio, aliquando ſtat limitatiuè. 212.
Cap.Vnic.de Clericis coniugatis in 6.declaratur. 213.
Clericus ordinatus in minoribus ordinibus eum literis dimiſſorijs Capituli Se de Vacante infra annum à die vacationis, an amittat Clericale priuilegium in perpetuum. 214.
Ordinis Sacramentum, reiterari non poteſt. 215.
Diſpenſatio, quæ vulgo appellatur perindè valere, quid operetur in dicta ſpecie 216.
Cap.1.§.eos autem de temporibus ordinationum in 6.declaratur. 217.
Clericus conuentus iuxta formam legis diffamari C.de ingenuis,& manumiſſ. ſubeſt Iudici Laico. 218.
Remedium legis diffamari C. de ingen. manumiſſ. habet locum in cauſis Ciuilibus,& Criminalibus. 219.
Clericus conuentus remedio d. leg. diffamari, obtinet vices actoris. 220.
Remedium dictæ leg. diffamari C. de ingenuis manumiſſ. qualiter practicatur. 221.
Clericus ſequeſter factus per Iudicem Laicum ab eodem compelli poteſt, ad rei ſequeſtratæ reſtitutionem. 222.
Sequeſter quid ſit. 223.
Sequeſtratio quid ſit. 224.
Sequeſtratio extra caſus à lege permiſſos, prohibita eſt. 225.
Sequeſtratio per bonum publicum eſt introducta. 226.
Pecunia, verbum, tàm mobilia, quàm immobilia bona compræhendit. 227.
Sequeſtrari poſſunt tam res mobiles, quã immobiles. 228.
Sequeſtrationem debet præcedere controuerſia iudicialis, ſeù extraiudicialis. 229.
Sponſiones, quas Hiſpani vocamus Apueſtas, quo differant à ſequeſtro. 230.
Sponſiones antiquitus fieri non poterant, niſi pro certamine, virtutis cauſa. 231
Sequeſtratio eſt triplex. 232.
Sequeſtratio volútaria, quæ dicatur. 133
Sequeſtratio voluntaria ſemper eſt licita 234.
Sequeſtratio neceſſaria, quæ dicatur. 235
Sequſtratio mixta, qua dicatur. 236.
Sequeſtratæ, ſeù depoſitæ rei reſtitutio, iuris naturalis, & diuini eſt. 237.
Clericus ſequeſter Iudicis Laici per eundem compellitur ad rei ſequeſtratæ reſtitutionem, non in vim Iudicij, ſed exequutiuè. 238.
Reipublicæ intereſt ſententias exequutioni demandari. 239.
Sequeſter, an ſalarium petere poſſit, ad beneficia præſentare, vel ea conferre, remiſſiuè. 240.
Clericus citatus ſi ſua putauerit intereſſe comparendo Iudicis Laici, qui citauit, ſententiæ ſtare cogitur. 241.
Citatus ſi ſua putauerit intereſſe, dicitur actor voluntarius. 242.
Clericus citatus ſi ſua putauerit intereſſe comparendo, & docendo de intereſſe, ſi opponit fori declinatoriam, an ſit remittendus. 243.
Para diſpoſitio non differt à conditionali, purificata conditione. 244.
Citatus ſi ſua putauerit intereſſe, non comparendo, non dicitur contumax. 245.
Citatio ſi ſua putauerit intereſſe potiùs videtur quædam requiſitio, & fieri poteſt vbi citatio fieri non poſſet. 246.
Citare aliquem nominatim, aut generaliter, nihil intereſt, quando generalitas ex aliqua circumſtantia, reducitur ad ſpecialitatem. 247.
Afflict. in Conſtit. de burgenſatieis. nu. 8. declaratur. 248.
Grammat. deciſ. 61. declaratur. 249.
Negligentia operatur excluſionem iuris de quo agitur. 250.
Afflict. deciſ. 2. num. 8. declaratur contra Farinacium. 251.
Citatio ſi ſua putauerit intereſſe, fit in multis cauſis. 252.
Citatio ſi ſua putauerit iutereſſe frequentius fit in Regno, ſeruata forma Capitulorum, & quomodo practicatur. 253

Remedij

Remedij conſeruatorij ratio. 254.
Res noſtræ dicuntur ſecundus noſter ſanguis. 255.
Iudex iure naturali tenetur defendere ſubditos. 256.
Caritatiuum ſubſidium fuit à Sanctis Patribus cognitum, & Iudicibus Laicis commendatum. 257.
Ritus noſter poteſt practicari dupliciter, 258.
Aut, particula, inducit diſpoſitionem alternatiuam. 259.
Clericatus in materia noſtri textus, in quibus conſiſtat. 260.
Clericatus primum requiſitum, conſiſtit in bullis. 261.
Documentorum appellatio, ad ſcripturam propriè refertur. 262.
Priuilegium non probatur niſi per ſcripturam. 263.
Probationum via non eſt anguſta. 264.
Clericatus quando probari poſſit per teſtes. 265.
Clericatum allegans, tenetur ſimul bullas præſentare in terminis noſtri textus. 266.
Cum, præpoſitio, eſt copulatiua, & coniungit pariformiter. 267.
Bullæ falſæ nullam faciunt fidem. 268.
Inſtrumento falſo; qui vtitur, amittit cauſam. 269.
Falſitas quid ſit. 270.
Falſitas quibus modis committi poſſit remiſſiuè. 271.
Falſitas in inſtrumentis, & ſcripturis poteſt contingere. 272.
Falſitas in ſcriptura contingens, alia eſt occulta, alia viſibilis. 273.
Notorij facti permanentis, multa ſunt ſpecialia. 274.
Iudex Sæcularis poteſt cognoſcere de articulo iuris rei ſpiritualis notorio. 275
Falſum, & ſuſpectio de falſo differunt. 276.
Falſitatis ſuſpitio in criminalibus, quomodo habeatur pro falſitate. 277.
Falſitatis ſuſpitio in criminalibus non habetur pro falſitate. 278.
Remiſſionis articulus ſuper fori declinatoria, eſt ciuilis. 279.
Cauſæ Ciuiles in Regno, quæ dicātur. 280
Bullæ repertæ de falſitate ſuſpectæ, an poſſint per teſtes comprobari. 281.
Lex iubemus C. de proba. declaratur. 282
Præſumptio ſuccumbit probationi. 283.
Suſpitio eſt minor præſumptione. 284.
Clericum non eſſe aliquem, quomodo probari poſſit. 285.
Negatiui facti impoſſibilis eſt probatio, regulariter. 286.
Negatiui facti probatio fieri poteſt per aduerſarij confeſſionem. 287.
Clericum non eſſe aliquem, probatur per eius confeſſionem. 288.
Cap. ſi diligenti de foro competenti, limitatur. 289.
Confeſſio eſt potentior omnibus alijs probationibus. 290.
Confeſſio eſt potentior qualibet præſumptione iuris, & de iure. 291.
Præſumptionem iuris habens contra ſe, urgētiori probādi onere grauatur. 292
Clericum non eſſe aliquem, probatur ſi cōſtat eum eſſe penitus illiteratum. 293.
Illiteratis omnino, nec prima tonſura eſt conferenda. 294.
Illiteratus penitus, quis dicatur. 295.
Illiteratura quomodo probetur. 296.
Illiteratus penitus, eſt irregularis. 297.
Irregularitas illiteraturæ prouenit ex defectu animi. 298.
Illiteraturæ irregularitas, multum ſubeſt ordinantis arbitrio. 299.
Illiteratura inducit præſumptionem iuris in allegante Clericatum. 300.
Dolus, vel culpa, nunquam præſumitur. 301.
Bonus quilibet præſumitur in ſuo exercitio. 302.
Voluntas cuiuſque, talis præſumitur, qualis debet eſſe. 303.
Præſumptio iuris, quæ dicatur remiſſiuè. 304.
Clericum non eſſe aliquem, probatur ſi cōſtiterit eum fuiſſe priuatum priuilegio Clericali. 305.
Iudex Sæcularis capiens aliquem ſinè habitu, & tonſura, rectè faciet ſi examinauerit teſtes de tali captura. 306.
Talis, quis præſumitur, qualis eſt habitus

tus, quem deſert, & eſt præſumptio iuris. 307.

Clericum quem non eſſe probatur eo ipſo, quod contrarium non conſtat. 308.

Laicus quiſquam præſumitur in dubio. 309.

Negationes ſunt liquidæ probationes. 310

Clericum non eſſe aliquem, probari poteſt, probando negatiuam cohartatã loco, & tempore. 311.

Negatiua cohartata loco, & tempore, quomodo probetur. 312.

Teſtibus deponentibus ſuper negatiua cohartata loco, & tempore, tantum creditur, quantum teſtibus deponentibus ſuper affirmatiua. 313.

Clericum non eſſe aliquem, poteſt probari per negatiuã teſtis de facto proprio. 314

Negatiua facti poteſt probari per famam 315.

Clericum non eſſe aliquem probari poteſt per famam. 316.

Cap. ſi Iudex Laicus de ſent. excommun. in 6. ponderatur. 317.

Negatiua poteſt probari per implicitam, ſeù oppoſitam affirmatiuam. 318.

Probationum in materia plurimum operatur arbitrium Iudicis. 319.

Clericatus ſecundum requiſitum, eſt inceſſus in habitu, & tonſura. 320.

Habitus, & tonſnra debent copulatiuè interuenire in dicta ſpecie. 321.

Habitu, & tonſura reaſſumptis, an recuperetur priuilegium Clericale. 322.

Cap. vnic. de Clericis coniugatis in 6. ponderatur. 323.

Incompatibilium, & præiudicialium illicita eſt variatio. 324.

Habilitare ſe ipſum, nemo poteſt. 325.

Spiritualia facilius conſtruuntur, quam diſtruuntur. 326.

Habitu, & tonſura dimiſſis, tacitè videtur renunciatum priuilegium. 327.

Clericus dimittens habitum, & tonſurã, delinquit. 328.

Cap. ex parte tua de priuileg. ponderatur. 329.

Reaſſumptis habitu, & tonſura, recuperatur Clericale priuilegium, attento iure communi. 330.

Reaſſumptio habitus, & tonſuræ in fraudem non ſuffragatur. 331.

Clemen. 1. de vit. & honeſt. cleric. declaratur. 332.

Fraus conſiderabilis in reaſſumptione habitus, & tonſuræ, quæ dicatur. 333.

Reaſſumptis habitu, & tonſura, non recuperatur Clericale priuilegium, attenta diſpoſitione bullæ Clementinæ. 334.

Effectus iam in eſſe productus, non tollitur cauſa ceſſante. 335.

Lex, vel ſtatutum pendet à ſtatuentis voluntate. 336.

Mens, & intentio legiſlatoris, ex præfatione colligitur. 337.

Clauſula, non obſtantibus conſtitutionibus, quid importet. 338.

Grammat. in conſtit. Apoſtatantes nu. 5. declaratur. 339.

Lex ſemper loquitur. 340.

Clericus delinquens cũ habitu, & tonſura et ſi poſtea eã dimittat, qualiter cognoſcatur per Iudicem Eccleſiaſticũ. 341.

Clericus minorum ordinum, reaſſumptis habitu, & tonſura, aliquando recuperat priuilegium Clericale. 342.

Clericus primæ tonſuræ, vel minorum ordinum reaſſumens habitum, & tonſuram cum decreto Iudicis Eccleſiaſtici, an recuperet priuilegiũ Clericale. 343.

Priuilegiorum in materia erubeſcimus, dum ſinè lege loquimur. 344.

Declaratio nihil de nouo inducit. 345.

Declaratio circa ſubſtantiam actus, & in præiudicium tertij, vel quando alteratur ſubiectum, dicitur potius noua diſpoſitio. 346.

Declaratio nunquam admittitur in tertij præiudicium. 347.

Declaratio modificatiua, quæ dicatur. 348.

Declaratio modificatiua reſcriptorũ, ſeù priuilegiorũ, pertinet ad Principẽ. 349

Declaratio modificatiua eſt facienda parte citata. 350.

Termini habiles ſemper ſunt ſupponendi. 351.

Clericatus tertiũ requiſitũ, eſt ſeruitiũ in diuinis in Eccleſia cui ordinatus fuerit de mãdato Epiſcopo adſcriptus. 352.

Non niſi, particulæ inducunt formã. 353
Niſi particula, inducit conditionẽ. 354.
Conditio inducit formam. 355.
Lex diſponens aliquid, aliter quàm à iure communi, eſt diſpoſitum, talis diſpoſitio dicitur difforma 356.
Forma legis præſumitur ſubſtantialis. 357.
Formæ ſubſtantialis ommiſſio, reddit actum nullum, & impedit diſpoſitionem, etiam ſi omittatur per ignorantiam; vel aliam iuſtam, an cauſam etiam in minima qualitate. 358.
Formæ ratio quamuis ceſſet, non debet ceſſare eius obſeruatio. 359.
Formam legis ommittens, eius beneficio iuuari non debet. 360.
Declarandi Concilium poteſtas, competens Illuſtriſſimis Dominis Cardinalibus, vnde deſcendat. 361.
Declaratio non cadit, niſi ſuper re dubia. 362.
Adſcriptio ad Eccleſiam, non poteſt fieri per Vicarium Epiſcopi. 363.
Forma legis non poteſt adimpleri per æquipollens. 364.
Adſcriptio ad Eccleſiam, non poteſt fieri per Epiſcopum alienæ Diœceſis, qui ordinauit Clericum. 365.
Formæ ſubſtantialis ommiſſio, etiamſi contingat per impotentiam facti, vitiat actum. 366.
Conſequens qui vult, debet velle eius neceſſarium antecedens. 367.
Clericus qui in aliqua ſcola, vel Seminario de licentia Epiſcopi verſatur, ſatiſfacit ſeruitio in Diuinis. 368.
Doctor eſt intelligendus ſecundum textum quem allegat. 369.
Clericus, qui in Vniuerſitate, vel Seminario de licentia Epiſcopi verſatur, debet incedere in habitu, & tonſura. 370.
Participium præſentis temporis, reſoluitur in Relatiuum. 371.
Relatiuum adiunctum verbo futuri temporis, inducit conditionem. 372.
Conditio inducit qualitatem. 373.
Qualitate adiuncta facto, debet vtrumque probari. 374.
Qualificatus ſermo dicitur quid in diuiduum. 375.
Participium reſtringit diſpoſitionẽ. 376.
Licentia Epiſcopi debet eſſe expreſſa, & per ſcripturam probari. 377.
Copulatiua requirit copulatorum conſenſum. 378.
Clericatus requiſita, requirunt continuationem. 379.
In præpoſitio eſt augumentatiua. 380.
Factum, & adimpletum non dicitur quod non durat. 381.
Conditio habens tractum ſucceſſiuum, non cenſetur adimpleta per actus interpollatos. 382.
Pragmatica 4. de Clericis, & Diaconis Saluatic. veræ lecturæ reſtituitur. 383
De modicis non eſt curandum. 384.
Modicum tempus quod dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis. 385.
Modicum tempus non differt à magno, quando illud modicum eſt duplicatũ, vel fundatur ſuper iniuſtitia, vel iniquitate. 386.
Clericus non adimplens requiſita Clericatus, non gaudet priuilegio fori in criminalibus, nec in ciuilibus. 387.
Indefinita oratio quæ dicatur, remiſſiuè. 388.
Indiffinita diſpoſitio æquipollet vniuerſali. 389.
Secunda practica noſtri textus, in quo conſiſtat. 390.
Carauit. hic num. 21. declaratur. 391.
Clericus prætendens declinare forum ex eo capite, quod beneficium Eccleſiaſticum habeat, tenetur probare tria requiſita. 392.
Clericum beneficiatum adhuc teneri incedere in habitu, & tonſura, exiſtimarunt aliqui. 393.
Clericus prætendens declinare forum ex quo habet beneficium, tenetur probare ſe eſſe Clericum. 394.
Relatiuum refert ſuum antecedens cum omnibus ſuis qualitatibus. 395.
Clericatus non præſumitur. 396.
Clericus prætendens declinare forum ex quo habet beneficium, tenetur exhibere bullas collationis ipſius. 397.
Habere verbum, ad proprietatem, & poſſeſſio-

ſeſſionem refertur. 398.

Habere, verbum, cum effectu eſt intelligendum. 399.

Habere beneficium non dicitur, qui illud non poſſidet. 400.

Habere, verbum, latiſſimum eſt. 401.

Verba ſemper debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam. 402.

Clericus prætendens declinare forum, ex quo habet beneficium, tenetur probare eius poſſeſſionem per effectiuam perceptionem fructuum ipſius. 403.

Habere beneficium non dicitur, qui non percipit eius fructus. 404.

Beneficium Eccleſiaſticum eſt quid ſpirituale. 405.

Poſſeſſio eſt quid iuris. 406.

Clericatus, an probetur per exhibitionem bullarum collationis beneficij, in quibus beneficiarius enunciatur Clericus. 407.

Beneficia Eccleſiaſtica non dantur niſi Clericis. 408.

Bullæ collationis beneficij, in quibus aliquis nominatur Clericus, an probent Clericatum, etiam ſi ſint expeditæ à Summo Pontifice. 409.

Clementina vnic. de probationibus explicatur. 410.

Clementin. vnic. de probat. eſſe correctam per nouas conſtitutiones dixit Felynus. 411.

Leges poſteriores per priores aliquando limitantur. 412.

Princeps etiam cum ſubditis non poteſt vti plenitudine poteſtatis. 413.

Rex in Regno Aragonum ſalua ſua clemẽtia non habet ſupremam poteſtatẽ. 414.

Clementin. vnic. de probationib. eſt præter ius diuinum. 415.

Verbis aſſertiuis Summi Pontificis, quando ſit ſtandum. 416.

Clauſula motus proprij, debet expreſſe conſtare. 417.

Beneficium Eccleſiaſticum, quid ſit. 418.

Inſtitutio Canonica eſt legitimus modus obtinendi beneficia. 419.

Beneficium Eccleſiaſticum obtinens ſinè Canonica inſtitutione, peccat mortaliter, & decipit animas. 420.

Inſtitutio Canonica, accipitur largè pro quacunque prouiſione. 421.

Titulus in materia beneficiali, accipitur pro quolibet modo legitimo obtinendi beneficia. 422.

Beneficium Eccleſiaſticum poteſt conſiderari ſecundum ius, & proprietatem, & ſecundum meram, & corporalem poſſeſſionem. 423.

Beneficij Eccleſiaſtici poſſeſſio quomodo acquiratur. 424.

Titulus verus, & legitimus, quis dicatur in materia beneficiali. 425.

Titulus coloratus, quis dicatur in materia beneficiali. 426.

Titulus probandus eſt in materia beneficiali per eum, qui in eo ſe fundat. 427.

Tituli probatio in beneficialibus facienda eſt per bullas inſtitutionis. 428.

Beneficiarius quoad beneficium dicitur procurator. 429.

Procuratoris mandatum, tunc dicitur legitimum, cùm de eo per ſcripturam conſtat. 430.

Summus Pontifex eſt dominus omnium beneficiorum. 431.

Summus Pontifex facit vnum Tribunal cum Chriſto. 432.

Mandatum Principis allegans, tenetur illud in ſcriptis oſtendere. 433.

Iudex Sæcularis cognoſcere poteſt de titulo colorato Eccleſiaſtici beneficij. 434.

Poſſeſſio, an iuris ſit, vel facti. 435.

Poſſeſſio rei effectiua probatur per perceptionem fructuum ipſius. 436.

Fructuum perceptio, ad factum pertinet. 437.

Poſſeſſorium rei Eccleſiaſticæ, & ſpiritualis eſt facti, & proinde profanum, & temporale. 438.

Clericus prætendens declinare forum, ex quo habet beneficium, an probata ſola poſſeſſione ſinè titulo debeat obtinere. 439.

Poſſeſſio ſola non ſufficit in beneficialibus ſinè titulo, & ſic poſſidens dicitur intruſus. 440.

Intruſus nulla rõne eſt admittẽdus. 441

Clericus prætendens declinare forum ex quo habet beneficium Eccleſiaſticũ, an

obtinere

obtinere debeat ſi probauerit titulum tantum abſque perceptione fructuum. 442.

Inſtitutio Canonica in præſenti materia, accipitur largè. 443.

Ritus noſter, an practicetur cum Clericis ordinatis ad titulum patrimonij. 444.

Ordinari antiquitus nemo poterat ſine titulo beneficij. 445.

Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, eſt quid Eccleſiaſticum. 446.

Succedens in alterius locum eſt, quoad effectum idē cum ipſo cui ſuccedit. 447.

Clericus ad ſacros ordines promotus abſque titulo beneficij, vel patrimonij ab Epiſcopo ordinante eſt alendus. 448.

Clericus Eccleſiæ deſeruiens, ab ea alendus eſt. 449.

Accingendus de proximo, habetur pro accinto quoad priuilegia militaria. 450.

Accingendum de proximo haberi pro accinto, eſt per improprietatem. 451.

Verborum proprietas, non eſt leuiter ſpernenda. 452.

Verba vbi ſunt clara, inſpecta eorum propria ſignificatione, non eſt locus interpretationi. 453.

Fictio nunquam admittitur in tertij præiudicium. 454.

Fictio nunquam fit, niſi æquitate ſuadente. 455.

Aequitas non poteſt conſiderari, vbi adeſt alterius iactura. 456.

Fictio nullos producit effectus, niſi in caſibus à iure expreſſis; nec extenditur de ſimilibus ad ſimilia. 457.

Fictionem inducere, ſola lex poteſt, non autem homo priuatus. 458.

Clericus ordinatus ad titulum patrimonij, quam practicam debeat obſeruare in fori declinatoria. 459.

Clericus habens Eccleſiaſticam penſionem; quam practicam obſeruare debeat 460.

Penſio non eſt res Eccleſiaſtica, nec aliquid habet ſpiritualitatis. 461.

Penſio Eccleſiaſtica aliquando aſſignatur in ſtipendium, & remunerationem alicuius ſeruitij temporalis. 462.

Penſio Eccleſiaſtica aliquando aſſignatur perpetuis Vicarijs Eccleſiarum Parochialium. 463.

Penſio Eccleſiaſtica aliquando aſſignatur in titulum beneficij Eccleſiaſtici. 464.

Pars ſeparata à toto, non eſt ſub toto, ſed eſt totum de per ſe. 465.

Penſio Eccleſiaſtica, aliquando conſtituitur, & aſſignatur ſimpliciter ad vitam penſionarij. 466.

Penſio eiuſmodi diffinitur. 467.

Clericus habens eiuſmodi penſionis ſpeciem an gaudeat priuilegio fori tanquam beneficiatus. 468.

Penſio eiuſmodi non eſt beneficium Eccleſiaſticum. 469.

Secundum contrariam opinionem fuit iudicatum in Regno. 470.

Argumentum à contrario ſenſu, eſt validum in iure. 471.

Argumentum à contrario ſenſu non procedit quando ex eo ſequitur legis, vel iuris communis correctio. 472.

Ritus noſter, an practicetur cum Clericis coniugatis. 473.

Clericus coniugatus, ad hoc, vt gaudeat fori priuilegio, tria requiſita obſeruare debet. 474.

Clericus coniugatus obſeruans debita requiſita, duobus tantum gaudet Clericalibus priuilegijs. 475.

Clericus coniugatus ſolum gaudet priuilegio fori in cauſis criminalibus, criminaliter, aut ciuiliter intentatis. 476.

Clerici coniugati tenentur ad collectarum, gabellarum, & aliarum functionis contributionem. 477.

Clericus coniugatus, an carcerari poſſit per Iudicem Laicum ad exequutionem contractus, ſententiæ, vel alterius cauſæ ciuilis. 478.

Couarru. opinio quoad carcerationem Clericorum coniugatorum, defenditur. 479.

Iuriſdictione conceſſa, cenſentur etiam conceſſa, ea ſinè quibus commode expediri non poteſt. 480.

Neceſſarium pro vtile, & vtile pro neceſſario aliquādo vſurpatur in iure. 481

Diſpoſiti ones ſtrictæ, quoad neceſſaria & inſeparabilia commodam recipiunt extenſionem. 482.
Debitoris bonis deficientibus, ad eius capturam deueni endum eſt. 483.
Reipublicæ intereſt ſententias debitæ exequutioni demandari. 484.
Iudex Sæcularis non poteſt compellere Eccleſiaſticum ad exequendam ſententiam ab eo latam. 485.
Cap. cum contingat de foro competent. interpretatur. 486.
Excommunicatio, ideſt poteſtas excommunicandi, meri imperij eſt. 487.
Cap. Odoard. regula fallit in Clericis coniugatis. 488.
Miles priuilegio non gaudet, niſi dum ſub armata militia degit. 489.
Clericus coniugatus eſt extra militiam. 490.
Cæterorum appellatione, omnes alij caſus comprehenduntur. 491.
Ritus noſter, an practicetur cum Clericis forenſibus. 492.
Forenſis non præſumitur ſcire conſuetudines, aut leges particulares Regionum 493.
Forenſis, Exterus, & Peregrinus ſunt ſinonyma. 494.
Forenſis multis modis quis dici poteſt. 495.
Scientia legis, vel conſuetudinis excluſa, non datur obligatio. 496.
Forenſis ex habitatione præſumitur habere ſcientiam conſuetudinis, aut ſtatuti. 497.
Forenſis ligatur conſuetudine, vel ſtatuto, quoties in eis prohibetur, quod alias de iure communi eſt prohibitum. 498.
Forenſis ligatur conſuetudine, vel ſtatuto in his, quæ reſpiciunt ordinem, & proceſſum iudicij. 499.
Delicti ratione ſortitur quis forum loci delicti. 500.
Forum ſortiri, & ſtatutis ligari, paria ſunt. 501.
Probationes in materia Clericatus debēt eſſe plenæ, & concludentes. 502.
Ritus noſter, an practicetur cum Religioſis. 503.
Tantum præſcripium, quantum poſſeſſum. 504.
Religioſus profeſſus æquiparatur Clerico in ſacris conſtituto. 505.

TRACTATVS
PARS SECVNDA.

PRO exequutione eorum, quę ſupra in 1. par. num. 4. promiſimus, nulla aptior methodus nobis ſeſe obtulit ad noſtri tex praxim proſequendam, quàm Proſperi Carauitæ eiuſdem tex. doctiſſimi commentatoris veſtigia ſectari, eiuſque greſſus imitari, vt tanti præceptoris lumine ducti certum, & optatum finem nobis polliceri valeamus. iux. illud Claudi. lib. 1. de laudib. Stillico.

Scilicet in vulgus maneant exempla Regentum.
Vtque Ducum lituos ſic mores caſtra ſequuntur.

Ad Carauit. nu. 1. 2. & 3.

DIcit Carauita num. 1. quod nullus Clericus criminaliter citatus poteſt remiſſionem petere, niſi perſonaliter compareat, quod qualiter procedat diximus ſupra par. 1. à num. 180. ſubditque Carauita, quod ita eſt in viridi obſeruantia. In quo paſſu animaduertes, quod quamuis
1 conſuetudo non probetur † per aſſertionem excellentis Doctoris, vt poſt multa reſoluit Maſcard. de probatio. concluſ. 426. & poſt eum Anto. Theſaur. deciſ. Pedemont. 183. num. 7. maximè quando allegata conſuetudo eſt contra ius commune, ſecundum eundem Maſcard. vbi ſupra nu.
2 24. Doctori † tamen dicenti aliquid ita eſſe credendum eſt, iux. ea quæ notat præceptor Bart. in l. in bonorum num. 4. ff. de bonor. poſſeſſio. ſaltem quoad inducendam præſumptionem, vel quoad effectum ſequendi eius opinionem, ſecundum eundem Maſcard. vbi ſupra num. 12. & dicit communem Marc. Ant. Eugen. conſ. 97. num. 54. cum ſeqq. Gutier. quæſt. canon. lib. 1. cap. 33. num. 35. Zeuall. lib. 4. ſpecul. commun. contr. comm. opinion. 897. num. 252. ad fin. Rode. Suarez. in proœm. leg. for. num. 17. & in caſu dubio practicos Doctores conſulendos fore, deciſum fuit per Sacr. Conſ. vt refert domin. Vincen. de Franch. in noſtris terminis loquēdo deciſ. 329. num. 12. & opinionem
3 † excellentis Doctoris ſcientia, & conſcientia idonei, & materiam ex profeſſo tractantis excuſare in foro conſcientiæ, reſoluit Siluestr. in Summ. verb. opinio, verſ. ſecundo quæritur, Nauar. in manual. lati. cap. 27. nu. 288. in fin.

Subiungit inſuper Carauita, quod id quod de Clerici citatione dicit Ritus noſter, intelligitur, quando Clericus fuit citatus vt Laicus; ſecus autem quando fuit citatus vt Clericus & reddit rationem vtriuſque dicti, & circa ſecundum dictum, & eius rationem parum inſiſto, quia raro continget eius caſus, non enim videtur mihi aliquem reperiri poſſe iudicem qui citet aliquem ſub nomine Clerici, quia nulla prorſus eſſet citatio, vt dicit Carauita, & ego addo tex. in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & ea quæ diximus circa primum principale argumentum nu. 7.

Quare capio primum dictum Carauitæ, & eius rationem, dum dicit Ritum noſtrum procedere in Clerico citato tanquam Laico, qui tenetur perſonaliter comparere, & reddit Carauita rationem, quia cùm Iudici citanti non appareat citatum eſſe Clericum, ratione dubij tenetur comparere

rere, & ſuum allegare priuilegium. Exiſtimo igitur, quod Carauita dixiſſet melius, quod ratione ignorantiæ tenetur comparere. Nam aut Carauita refert illud dubium ad Clericum citatum, quod eſſe non poteſt, quia Clericus citatus dubius non eſt de ſuo priuilegio, & exemptione; Aut refert ad Iudicem citantem, & tunc non procedit doctrina, Quia dubius
4 dicitur ille, qui plurium rerum habita notitia, & aliqua cognitione, in quā partē inclinet ambigit, iux.tex. in l. Lucinius Rufinus 4. ff. quib. ad libert.proclam.non lic.& facit tex.in l.pupillus 239.§.verbum ſuum ff. de verb.ſignif.Maſcard.de probat. concluſ.578.num.1.& facit illud Teren. in Phormio.

Cæna dubia opponitur.G.quid iſtud verbi eſt?S.vbi tu dubites, quid ſumas potiſſimum.

Ergo cùm Iudex dubius eſt, iam habet aliquam notitiam priuilegij, ſeu Clericatus, & ſic non poteſt procedere ad citationem, quia tunc demum licet ad eam procedere, quando Iudici citanti non apparet citatū eſſe Clericum, vt paulo prius dixerat idem Carauita. Tum etiam, quia
5 Iudex dubius † de ſua iuriſdictione non poteſt procedere l.2. §. ſed etſi dubitetur ff.de iudic.D. Regens Valenz. conſ.48. nu.39.

Niſi dicamus, Carauitam virum
6 doctiſſimum, dubium † pro ignorantia accepiſſe, vt aliquando contingit in iure, iux.tex.in l.fin.vbi gloſ.1. C. de condict. indebit. Aym. Crauet. conſ.319.proponitur in facto num.9 par. 2.

Eſt igitur veriſsimum, quod quando Iudex eſt dubius, ideſt, ignorans
7 de citati priuilegio, † tenetur priuilegiatus comparere, ad ſuum priuilegium allegandum, & in terminis tenet Deci.in l.fin. nu.16.ff. de iuriſdi. omn.iud.Panor.per illum tex.quem ad propoſitum dicit non eſſe obliuioni tradendum in cap.ex parte Decani num.3.de reſcript.& latè probauimus ſupra in 1.par. in 3. prælud.

Aduerte tamen circa eundem articulum, quem proſequitur Carauita hic, dum dicit, quod ex quo Clericus citatus vt Laicus tenetur comparere ad allegandum ſuum priuilegium Iudices in citationibus ſolum ponunt nomen, & cognomen citati, nec dicunt citetur Don talis, vel frater talis, & ſubdit Carauita ex Bart. quod ſi hoc apparet in proceſſu, male faciunt. Circa huiuſmodi igitur Bartoli, & Carauitæ reprænhenſionem aduerte inquam, quod ipſa duplicem habere poteſt ſenſum; Primus eſt, quod quando in proceſſu conſtat, ipſum citandum eſſe Clericum, Iudices male faciunt, ſi procedunt ad citationem. Secundus ſenſus eſt, quod quando in proceſſu conſtat, citandū eſſe Clericum, Iudices male faciunt ſi procedunt ad citationem, cum ſola expreſsione nominis, & cognominis, nec dicendo citetur Don Talis, quaſi innuat huiuſmodi ſenſus, quod tali caſu debet fieri citatio, dicendo citetur Don talis, vel Clericus N. Qui quidem ſecundus ſenſus ſuſtineri nulla ratione poteſt, conuincitur enim apperte ex his, quæ idem Carauit.dixerat num.1.quod quando aliquis citatur vt Clericus, citatio eſt nulla, & citatus non tenetur comparere ex d.l.fin.vbi Deci.d.num.16.ff. de iuriſd.omn.iud.& in d.cap.ſi duobus de appellatio.& ex gloſ.verb.congrueret in can.conuenior 23. quæſt. 8.can.de manifeſta §.ſed ſciendum eſt 2.q.1.

8 Quare primus ſenſus † ſecure tenendus eſt, nempè quod quando in proceſſu conſtat legitimè, citatum eſſe Clericum, Iudices male faciunt ſi procedunt ad citationem, etiam cum ſolo nomine, & cognomine inquiſiti, abſque eo quod dicant, citetur Don, vel frater N. niſi forſan Iu-

dex

dex eſſet certus, vel dubius, quod
Clericatus citato non prodeſſet,
quia tunc non male facerent Iudices
ſi procederent ad citationem cum
ſolo nomine, & cognomine; quaſi
dicat Carauita, quod licet in proceſ-
ſu conſtet inquiſitum eſſe Clericum
ſi Iudex fuerit certus, vel dubius,
quod Clericatus ei non prodeſt, po-
teſt eum citare, ſub nomine tamen
Laici, quia nullo caſu, quicumque
ſit inquiſitus, poteſt vt Clericus per
Iudicem Laicum citari, vt ſupra re-
ſolutum extat.

Cuius quidem doctrinæ ſenſus, &
intelligentia dependet ex his, quæ
diximus ſupra par. 1. ad finem parti-
cularis decidendi rationis ad 5. par.
noſtri tex. num. 194. quo loci in effe-
ctu reſoluimus, quod Iudex Laicus
poteſt legitimè citationem expedire
contra inquiſitum, etiamſi is à teſti-
bus nominetur Clericus, Don, vel
Abbas, vel alia ſimili demonſtratio-
ne denotante Clericatum, quia ſæ-
piſſime contingit, quod teſtes nomi-
nant Clericum eum, qui aliquando
fuit Clericus, quamuis tempore de-
nominationis non ſit talis, ad tex. in
l. inſulam 56. ff. de acquir. rer. domi.
cum declarationibus tamen, quas
ibi adiunximus d. num. 198. cum
ſeqq.

Modo igitur, dicit Carauita hic,
quod quando Iudex Laicus eſt cer-
tus, vel dubius, quod Clericatus non
prodeſt Clerico (ideſt inquiſito, quē
teſtes nominant Clericum) quia cer-
to ſcit, vel dubitat, quod non poteſt
probare, nec habet requiſita neceſſa-
ria ad Clericatus validitatem, de
quibus dicemus infra ad Carauit.
num. 19. tunc rectè, & legitimè pote-
rit expedire citationem, cum decla-
rationibus tamen, de quibus d. num.
198. & hoc quoad Clericos primæ
tonſuræ, vel minorum ordinum, cum
quibus practicatur noſter tex. vt ſæ-
pè dictum eſt.

Quoad omnes autem Clericos,
etiam in ſacris conſtitutos poteſt
procedere ſimiliter d. doctrina Ca-
9 rauit. hic, vt ſcilicet Iudex Laicus †
rectè, & legitimè poſſit expedire ci-
tationem contra inquiſitum, quam-
uis Clericum, quando Iudex eſt cer-
tus, vel dubius, quod Clericatus ei
non prodeſt, quia forſan eſt aſſaſſinus
iux. ea quæ dicemus infra num. 136.
vel iam incorrigibilis ſeruata forma
cap. cum non ab homine de iudic. vt
dicemus etiam infra num. 113. vel in
alijs ſimilibus caſibus, in quibus Cle
ricus cuiuſcumque ordinis ſit ſubia-
cet Iudici Laico abſque alia declara-
tione, tunc enim etiam ſi inquiſitus
clare, & plene appareat Clericus, e-
tiam in ſacris conſtitutus, poterit le-
gitimè citari à Iudice Laico.

Quem vltimum intellectum, quo-
ad omnes Clericos, etiam in ſacris
conſtitutos, admitterem, caſu quo Iu
dex Laicus eſt certus de inualidita-
te Clericatus: ſubſiſterem tamen ca-
ſu quo eſt dubius de validitate, per
rationem d. l. 2. §. ſed etſi dubitetur
ff. de iudic. Proptereaque ego credo,
quod Carauita ſit intelligendus ſe-
cundum primum ſenſum, qui proce-
dit ſolummodo quoad Clericos pri-
mæ tonſuræ, vel minorum ordinum,
& paulo antea diximus, & hoc in
ſumma continent duo priores nume-
ri. Circa tertium autem parum inſi-
ſto propter reuerentiam dominorum
actuariorum, & ſcribarum, circa
quos, vltra pragm. ibi allegatam,
videndus eſt Foller. in pract. crimin.
verb. capiat informationem nu. 66.

Ad Carauit. num. 4.

DIcit Carauita, quod poſtquam
Clericus fuit citatus ſub no-
mine Laici, iuxta ea quæ ſupra dixi-
mus, eo veniente datur terminus ſu-
per eo, vt in text. dicitur. Circa quod
animaduerto, quod raro contingit
hæc practica, Clericus enim citatus
raro, aut nunq̃ comparet ſponte, vt
teti-

tetigimus ſupra 1. part. num. 202. ideoque Sæculares Iudices in eiuſmodi caſibus fere ſemper procedunt ad realem citationem, ideſt, perſonalem capturam, & tunc allegato Clericatu, datur terminus, ſicque tex. noſter, & Carauita in præſenti dùm dicunt, ipſo veniente, exponi, vel ſupleri debent, vel ipſo capto datur terminus, vt reſoluimus d. nu. 202.

Cuius rei occaſione non incongruè ſubintrat in præſenti articulus ille, An ſcilicet Laicus Iudex poſſit capere Clericum, in quo reſolutiuè procedendo, Regula eſt conſtituenda generalis, & quidem negatiua,
10 quod ſcilicet Sæcularis Iudex † Clericum capere non poteſt, & hæc eſt communis concluſio, ſecundum omnes Interpretes in cap. cum non ab homine de iudic. vt refert, & ſequitur Farinac. in practi. crimin. tit. de inquiſitio. q. 8. num. 115. & ante eum Boſſi. dicens etiam communem, in tit. de captura num. 35. & in tit. de foro compet. num. 150. & vtrobique allegat text. in cap. ſi vero alicuius 3. in fin. de ſenten. excom. & gloſ. verb. depræhenſus legitimè in d. c. cum non ab homine.

Quæ regula habet aliquas fallentias. Prima eſt generalis concernens
11 noſtri text. materiam, † & diſpoſitionem, circa cauſas ſcilicet criminales, & in quibus tractari poſſit poſt. carcerationem, de remiſſione Clerici ſcilicet primæ tonſuræ, aut minorum ordinum, quem Secularis Iudex ignorat Clericum eſſe; Quia hoc caſu vtique capi poterit per eundem Sæcularem Iudicem, qui rectè habet fundatam ſuam intentionem, cùm nemo præſumatur priuilegiatus c. cum perſonæ 7. de priuileg. in 6. & diximus in 1. p. num. 64. & ſic huiuſmodi ignorantia excuſat eum à prohibitione regulæ generalis ſuprapoſitæ, argum. tex. in l. regula eſt ff. de iur. & fact. ignoran. & circa hoc nullus inſiſtit, qui tranſit abſque difficultate.

Caueat tamen Iudex, ne eiuſmodi
12 ignorantia ſit affectata, † quia forſan prohibuit ſcribi in teſtium depoſitionibus, delinquentem eſſe Clericum, quo tendit dictum Carauitæ hic nu. 3. & Follerij in pract. crimi. verb. capiat informationem num. 66. quia tali caſu non excuſabitur, ſaltem in foro conſcientiæ, vt ſentit Foller. vbi ſupra, Sayr. in theſaur. caſ. conſci. lib. 3. cap. 26. num. 13. & cap. 27. num. 2. in quo paſſu ſunt conſideranda ea, quæ diximus in 1. p. num. 195. vbi reſoluimus, quando dicatur Iudex habere legitimè ſcientiam Clericatus.

In eo tamen difficultas conſiſtit,
13 An ſcilicet ſi Iudex Sæcularis, † ex proceſſu, & teſtium depoſitionibus habet, delinquentem eſſe Clericum, quia teſtes eum nominant Clericum, Don, vel Abbatem, vel alia ſimili demonſtratione, eſt tamen certus, quod Clericatus ei non ſuffragatur, quia ſcit non habere requiſita neceſſaria ad Clericatus validitatem, vt paulo antea diximus, an inquam poſſit procedere ad capturam. Et dicendum eſt, quod ſic. nam citatio, & captura quoad hoc æquiparantur, & à pari procedunt, iuxta notata per Foller. in pract. crim. verb. notatos capiat num. 1. & 2. vbi dicit, quod in Iudicis arbitrio eſt, ſi vult procedere ad citationem verbalem vel realem, ideſt capturam: Sed ſic eſt, quod ad verbalem citationem poteſt Sæcularis Iudex procedere contra Clericum, quando eſt certus, quod ei Clericatus non ſuffragatur, vt dicit Carauit. hic num. 2. vbi nos etiam declarauimus, ergo ſimiliter ad capturam.

Præterea Iudex Laicus ignorans aliquem eſſe Clericum, poteſt ad eius capturam deuenire, vt ſupra reſolutum extat: ergo multo melius, Iudex, qui ſcit Clericatum non ſuffragari inquiſito, poterit id facere. Patet conſequentia, quia iſte talis habet reale, & poſitiuum fundamentum,

ſuper quo procedit,& fundat ſuam
intentionem, certitudinem ſcilicet
inualiditatis Clericatus:Ille autem
inrertum, & indeterminatum habet
fundamentum conſiſtens in ignoran
tia; quæ poteſt ſe habere ad eſſe, &
non eſſe,& ſic à fortiori,melius pote
rit procedere ad capturam ille Iu-
dex; qui eſt certus de inualiditate
Clericatus inquiſiti, quàm ille qui
ignorat Clericatum:circa quam pra-
xim recurre ſemper ad ea quæ dixi-
mus in particulari decidendi ratione
ad 1.p. noſtri tex.

14 Secunda fallentia eſt in Clerico †
reperto in fragranti crimine, tunc e-
nim rectè per Sæcularem Iudicem
capi poteſt,quia tali caſu,quilibet di-
citur habere mandatum à lege capiẽ
di malefactorem,argum. tex. in l. ra-
ptores 52. C. de Epiſcop. & Cleric.
& in l.capite quinto 25.ff.ad leg. Iul.
de adulter.Angel. in tract. de malef.
verb. quod fama publica præcedente
num. 65. Boſſi. d. tit.de for.compet.
num.150.dicit commun.Felyn.in d.
cap.ſi vero num.2.de ſenten.excom.
Foller.in pract crimin. canoni. verb.
vt ſi eſt ſacrilegium num.21.Iul.Cla.
in practi. crimin. §. fin.q.28.num.6.
quos,& alios allegat,& ſequitur Fa-
rinac.vbi ſupra num.122.Hyppol.de
Marſil.in l.Diuus Adrianus num.12
ff.ad leg. Pompe. de parricid.

Tunc autem dicetur aliquis eſſe
15 in fragranti crimine, † quando nimi
rum repertus fuerit immediatè pau-
lo ante crimen, ſiue in eodem crimi-
ne, vel ſtatim poſt prius quàm diuer-
tatur,ad alios actus extraneos, & re-
motos,ſecundum Foller.in conſti.Iu
ſtitiarij non per Kalendas num. 32.
cum ſeqq. & in practi. crimin. verb.
item quod fuit captus in fragranti
crimine num.10.& 11. quem ſequi-
tur Farinac. in practi.crimin.tit.de
delict.& pœn.q.21.num. 156.& fuit
originalis doctrina Andr. de Iſern.in
d.conſti.Iuſtitiarij,quam comprobat
Afflict.ibi num.7. Eſt enim fragrans
crimen illud, quod adeo eſt recens,
quod quaſi fragrat,ideſt,odorem red
dit,ſecundum Foller.in d.conſti. Iu-
ſtitiarij num. 33. in fin. Vel eſt fla-
grans crimen,ideſt,adeo recẽs, quod
flagret, ideſt calorem adhuc retineat
ad tex.in l.vnic.§.ne igitur C. de ra-
pt.virgi.Caluin.in lexi.verb.flagrans
crimen,& facit illud Ouidij 6.faſto.

Flagrabant ſancti ſceleratis igni-
bus ignes.

Tertia fallentia eſt, quando Cleri
16 cus commiſsit delictum, † & eſt ſu-
ſpectus de fuga, & appræhenditur
per Iudicem Laicum, ad effectum
illum remittendi ad ſuum Iudicem
competentem, hoc enim licitum eſt
Laico Iudici, ſecundum Panorm. in
d.cap. cum non ab homine num. 12.
& 17.de iudic.vbi etiam Deci. Bald.
in cap.1.§.ſi quis verſ.ſed quid ſi iſte
delinquens de pac. iuram. firm. in
vſib.feud.Præceptor Bart.in l.ſi quis
in ſeruitute num.2.ff.de furt. Angel.
in tract.de maleficio verb. quod fama
publica præcedente num.65.Boſs.in
tit.de for.compet. num.150.& dicit
communem Felyn.in d. cap. cum nõ
ab homine num.3.ſequitur dicens e-
tiam communem Iul.Clar. in practi.
crimin.§.fin.q.28.num.6. in fin. qui
omnes,& alij plures per eos allegati,
vno ore fatentur, Clericum delin-
quentem, per Iudicem Laicum capi
poſſe,ad finem illum remittendi,quã
do tamen eſt ſuſpectus de fuga, quia
tali caſu,intereſt Reipublicæ, vt eiuſ-
modi delinquens capiatur,ne delicta
remaneant impunita, vt conſiderat
Iul. Clar. vbi ſupra & ante eum Pa-
nor.in cap.vt famæ num. 6. de ſente.
excommun. & proſequitur latè Me-
noch.de arbitr.iud.caſ 180.num.22.
Farinac.in practi.crimin.tit. de inqui
ſit.d.q.8. nu.116. cum ſeq.

Et quatenus ſupra diximus captu
ram huiuſmodi fieri poſſe ad effectũ
remittendi,eſt ſciendum,quod Iudex
17 Laicus † capiens talem Clericum
delinquentem,& de fuga ſuſpectum,
non

non poteſt eum detinere in ſuis carceribus vltra viginti horas, iuxta notat.per Bart.in l.capite quinto nu. 3.ff.ad leg.Iul.de adult.tenet expreſſe Angel.vbi ſupra,Felyn.vbi ſupra num.4.in fin.& dicit communem Farinac.d.q.8. nu.118.

Ampliaturque huiuſmodi tertia fallentia, vt etiam procedat,quando
18 Clericus † debitor ex cauſa ciuili eſt ſuſpectus de fuga, quia tunc etiā licitè poterit per Iudicem Laicum capi, & detineri, ad effectum illum remittendi, vt paulo antea diximus, pro qua opinione communiter allegatur tex.in l.ait Prætor 10. §. ſi debitorem ff.quæ in fraud.credit.tenet Felyn. dicens eſſe multum æquam opinionem in d.cap.cum non ab homine num.1.in fin.& num. 4. de iudic.vbi Deci.num.12. dicit communem opinionem, eandem tenet Panorm.in d.cap.vt famæ num.6.Bald. in cap.dilectus num.9.de appellatio. Remiſsio autem ad proprium Iudicem debet fieri quàm citius, vt ſentiunt omnes præallegati DD. & ſequitur Farinac. vbi ſupra num. 119. quidquid dicant alij per eum ibi allegati.

Sed ne in re adeo periculoſa erres, limitabis huiuſmodi ampliationem duobus modis, Primo quando
19 Clericus † offert, & præſtat ſolutionem,vel cautionem idoneam, quia tunc ſi Iudex Laicus eam non acceptat,ſed perſeuerat in captura, & carceratione,erit excommunicatus,Bal. in d.cap.cum non ab homine num.6 vbi etiam Felyn.num.4.in fin. ſequitur Farinac.vbi ſupra.

Secundo, quando adeſſet Iu-
20 dex † Eccleſiaſticus,qui capere poſſet dictum Clericum, quia tunc ceſſat periculum fugæ, & defectus Iudicis competentis, ſecundum Arnon. ſingul.86.habebam Clericum, Fely. in d.cap.cum non ab homine num.3 Vnde fit, quod ſi creditor potuit capi facere Clericum debitorem, de fugaque ſuſpectum, per ſuum Eccleſiaſticum Iudicem competentem, & adiuit Sæcularem Iudicem, vt eum caperet,amittit, in pœnam, ius crediti,ſecundum Bald.in cap.cauſam matrimonij in fin.de offi.& poteſt.Iudic. delegat. & tenet Farinac. vbi ſupra.

Quarta fallentia eſt, quando agi-
21 tur de obuiando † delictum committendum,tunc enim,ne committatur, rectè,& licitè capi,& carcerari poteſt Clericus per Sæcularem Iudicem, vt ſentit Innoc.in cap.ſi vero num.1 propè fin.de ſenten.excomm. quem ſequitur Panorm.in d. cap.cum non ab homine num.12. vbi Felyn.num. 1.& Deci.num.6.ferèque omnes ordinarij Interpretes ibi, Boſſi.in tit.de captura num. 39. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Pro qua faciunt multa ſpecialia,quæ ad vitan-
22 da † delicta ſunt à iure introducta, quorum aliqua poſuit Dec. vbi ſupra Boſſi.d.num.39.& omnia congerit Farina.d.q.8. num.120. vbi contra,hanc opinionem, & fallentiam adducit quandam ſubtilem Alciat. conſiderationem in d. cap. cum non ab homine num.23. de iudic. dicentis,multo melius eſſe concedendam indiſtinctè,& omni caſu Iudici Laico capturam Clerici delinquentis, quā Clerici,qui paratus eſt,& vult delinquere, quia maius delictum eſt illud quod iam eſt commiſſum, quàm quod de proximo committi ſperatur.
23 Cui conſiderationi reſpondet † idem Farinac.ex Menoch. de arbitr. iud.caſ.180. num. 21. dicens, quod lex permittit Clericum poſſe capi per Laicum Iudicem, quando delictum non eſt commiſſum, ſed timetur committi,non ratione pœnæ,ſed vt euitetur factum,quod poſtea irreparabile eſſet. At quando delictum iam eſt commiſſum,lex prohibet regulariter capturam per Laicum Iudicem faciendam, quia tunc Clericus iam habet ſuum Iudicem competen-

petentem, qui eum capere, & punire poteſt, quæ quidem ſolutio arguta eſt, & tanti ingenij digna, eaque atten ta remanet firma hæc noſtra quarta fallentia, pro qua vidẽdus eſt Io. Ant. de Nigr. in d. Bull. extrauag. Clemen. VII. in gloſ. verb. ſcãdalũ n. 14. vbi do- ctiſſimus ille viri multa ſpecialia, ſcã dali vitandi cauſa, contra iuris com- munis regulas, eruditè congerit poſt Felyn. in cap. 2. extr. de præ- ſcript.

Quinta fallentia eſt, quando adeſt
24 mandatum, † ſeù licentia Iudicis Ec cleſiaſtici, tunc enim ſiuè cauſa ſit ciuilis, ſiuè criminalis, ſiuè ante, ſiuè poſt delictum, ſiuè Clericus ſuſpe- ctus ſit de fuga, ſiuè non, licitè pote- rit Sæcularis Iudex Clericum cape- re, & carcerare, tex. eſt in cap. vt famę 35. §. fin. de ſenten. excomm. quem declarat Panotm. ibi num. 4. ſequun- tur Deci. in d. cap. cum non ab homi ne num. 12. propè fin. Angel. in d. tra cta. de malefic. verb. quod fama pu- blica præcedente d. num. 65. Boſſ. tit. de captur. num. 37. vbi etiam decla- rat hanc fallentiam, & in tit. de for. compet. num. 150. Foller. in practi. crimin. canoni. verb. vel vſuram com mittere num. 9. vbi ampliat dictam fallentiam, vt ſcilicet procedat indi- ſtinctè, tam in leuibus, quam in gra- uioribus delictis, & hanc eſſe com- muniorem, & veriorem opinionem, quidquid Felyn. & alij dixerint te- net Farinac. vbi ſupra nu. 121.

Sexta, & vltima fallentia eſt, in om
25 nibus † caſibus in quibus Clericus impunè offendi per Laicum, & ver- berari poteſt, in eis enim licitè etiam capi, & carcerari poterit, & ratio eſt, quia ſi Clericus per Laicum quem- cumque in certis caſibus poteſt of- fendi, & verberari, multo magis per Iudicem Sæcularem poterit in eis ca pi, & carcerari, & ita arguendo tenet Angel. d. verb. quod fama publica nu. 65. Deci. in d. c. cum non ab ho- mine num. 9. vbi etiam Panor. num. 11. qui aſſignat aliquos caſus, in quibus licet Clericum offendere, & verberare, quem allegat, & ſequitur Boſſi. d. tit. de captura num. 36. Ponit etiam aliquos ſimiles caſus, & ſequi- tur hanc opinionem Foller. in pract. crimi. cano. in verb. etſi eſt ſacrile- gium num. 18. cum ſeqq. refert, & ſe- quitur Farinac. vbi ſupra num. 123. Circa reliqua autem, quæ Carauit. tractat in hoc num. non inſiſto, cum de eis latè egerimus ſupra in ratione particulari decidendi ad 2. p. noſtri tex. & in ſolutione ſecundi principalis argumenti.

Ad Carauit. num. 5. & 6.

Ponit in his numeris Carauita duas practicas, quæ obſeruari ſolent, cùm datur terminus ſuper re- miſſione, quando Clericus citatus, vel captus venit opponendo exce- ptionem fori declinatoriam, dicitque Carauita, eas practicas eſſe in arbi- trio Iudicis; Circa quem articulum antequam vlterius progrediar, ani- maduertendum duxi, quod huiuſmo di praxis continet maximam difficul tatem; Siquidem ſupponit, quod Iu-
26 dex Laicus, † qui citauit, vel carce- rauit Clericum, debeat cognoſcere de exceptione fori declinatoria, in Clericatu fundata, & pronunciare, an ſua ſit iuriſdictio; Quæ quidem reſolutio (ommiſſa principali diffi- cultate, de qua egimus ſupra in ſolu- tione ſecundi principalis argumenti) duriſſima videtur, ſtante iuris regula prohibitiua, ꝙ ſcilicet in cauſa ſua, vel ſuorũ aliquis ius dicere minimè debet, vt in Lvnic. in rub. & in nigro vbi gloſ. C. ne quis in ſua cauſ. iudic.
27 vel ius dic. & argumentum † à ru- brica diſponente per orationem per- fectam validum, & neceſſarium eſſe in iure, probat Euerar. in loco à rub. num. 3. ergo dicendum videtur, Iudi- cem Laicum cognoſcere non poſſe de exceptione fori declinatoria in prætenſo Clericatu fundata, & co-

tam eo oppoſita, per prætenſum Cle
ricum citatum, vel captum, atque
ita quaſi in proprijs terminis tenet
Præceptor Bart. in l. ex quacunque
in prima repetitione num. 3. ff. ſi quis
in ius vocat. non ier. vbi dicit hanc
eſſe veriorem opinionem de iure.

Secundo pro eadem facit optime
tex. in l. de iure 37. iuncta gloſ. ibi
verb. prouinciæ ff. ad muncip. & in-
col. cuius tex. verba ſunt, *de iure om-
nium incolarum, quod quæque Ciuitas
ſibi vendicat, Præſidum Prouincia-
rum cognitio eſt; Cum tamen quis ſe
negat incolam eſſe, apud eum Præſi-
dem Prouinciæ agere debet, ſub cuius
cura eſt ea Ciuitas, à qua vocatur ad
munera, non apud eam, ex qua ipſe
ſe dicit oriundum eſſe. Idque D. Ha-
drianus reſcripſit in perſona mulieris,
quæ aliunde orta alibi nupta eſt.* Qui-
bus verbis, ex reſcripto D. Hadriani,
Caliſtratus probat, quod quando de
28 incolatu, † ſeù de alicuius ſubiectio-
ne agitur, non eſt tractanda cauſa
coram ijs, qui ſubiectionem prætcn-
dunt, ſed coram ſuperiori, ergo ſimi-
liter in propoſito noſtro, cùm Cleri-
cus, qui proponit fori declinatoriam,
nihil aliud prætendat, niſi ſe exime-
re à iuriſdictione, vel ſubiectione
Laici Iudicis, qui eum citauit, vel car
cerauit, talis cauſa coram ſuperiori
tractari debet, & ita in materia ſubie-
ctionis tenuit Angel. in d. l. ex qua-
cunque in 1. & 2. fallentia per tex. in
d. l. de iure, & refert Felyn. in cap. ſu-
per literis num. 24. de reſcript. vbi
num. 18. latè hunc proſequitur arti-
culum, & num. 26. pro eadem opinio
ne ſatis ponderat gloſ. verb. copia
in cap. ſtatutum 11. de reſcript. in 6.

Huiuſmodi tamen fundamentis
non obſtantibus, recedendum non
eſt à doctrina Carauit. hic, quæ ha-
29 bet, Iudicem † Laicum citantem, vel
capientem Clericum cognoſcere
poſſe de exceptione fori declinato-
ria, per eum oppoſita, pro qua opinio
ne facit tex. in d. cap. ſuper literis 20.
§. fin. de reſcript. & in l. 2. in prin. ff. ſi
quis in ius voc. non ier. vbi gloſ.
verb. ſciatur, quam immerito Bar. ibi
allegat pro contraria opinione, me-
lior tex. in l. ſi quis ex aliena 5. ibi Pr-
toris enim eſt exiſtimare, an ſua ſit
iuriſdictio ff. de iudic. cum alijs alle-
gatis per Felyn. in d. cap. ſuper lite-
ris num. 18. tex. in cap. ſi Iudex Lai-
cus ſecundum vnum intellectum, de
ſenten. excomm. in 6. quem ad pro-
poſitum allegat Felyn. vbi ſupra nu.
26. dicit communẽ Gayl. obſeruatio.
34. num. 1. lib. 2. quem refert, & ſe-
quitur Petrus Barboſ. in d. l. ſi quis
ex aliena num. 111. Alex. Trentac.
variar. reſolut. lib. 2. tit. de iudic. reſo
lut. 5. num. 18. Pro qua opinione
30 etiam facit, quod Iudex † cauſæ præ
paratæ, poteſt eſſe Iudex cauſæ præ-
parantis, iuxta genuinum intellectũ
tex. in l. ordinarij C. de rei vindic.
quem ponit Paul. Caſtr. ibi num. 4.
ſequiturque, & exornat Octauia. de-
ciſ. Pedemont. 78. num. 7. Steph. Gra
tia. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 85.
num. 6.

Neque obſtant argumenta ſupe-
rius in contrarium adducta. Non
primum, nam Reſpondetur, quod
quamuis veriſſimum ſit, neminem
31 † in cauſa ſua, vel ſuorum ius dice-
re poſſe, ex allegatis in argumento:
At tamen in noſtris terminis, quan-
do nimirum Iudex Sæcularis citauit,
vel carcerauit prætenſum Clericum,
& ad eius petitionem aſſignat termi-
num ad docendum de fori declina-
toria, Iudex Laicus prædictus cogno
ſcendo ſuper ea, non dicit ius in ſua
cauſa, quia directè, & verè cauſa illa
non dicitur propria ipſius Iudicis,
cùm potius ex neceſſitate, & obliga-
tione ſui officij ad id teneatur, quia
eius proprium, & directum munus, &
32 intereſſe † eſt iudicare l. munerum
§. iudicandi neceſſitas ff. de muner.
& honor. cap. paſtoralis de offic. &
poteſt. Iud. delegat. Proptereàque
ſtante huiuſmodi neceſſitate, ceſſat
cauſæ

cauſæ propriæ ſuſpitio, quæ in his terminis nullius eſt conſiderationis, vt aliquibus exemplis demonſtrat præceptor Bart.in d.l.2.num. 3. ff. ſi quis in ius vocat.non ier.& hanc ſolutionem expreſsè tenent Panorm. & Felyn.in d.cap. ſuper litetis de reſcript.ille num.10.verſ.caſus vero in quo,hic vero num 18. in prin. & nu. 26.Philip. Franc. in cap. ad audientiam num.3.de appellatio. in 6.& huiuſmodi neceſſitatem officij de qua ſupra purgare omnem ſuſpitionem, tenet Anto.Gomez variar.reſol.tho. 3.cap 1.num.5.in prin. ſequitur Barboſ. vbi ſupra nu. 114.

Vnde infertur,quod cùm eiuſmodi iudicandi neceſſitas, & obligatio ſolum ſit conſiderabilis in caſibus in quibus Iudex tenetur ex officio procedere ad inquiſitionem,propter pu-
33 blicam vtilitatem,de quibus † diffuſè Marant.in Specul.in 6.p. principali per totam;ſi Iudex extra dictos caſus proceſſerit ex officio per inquiſitionem,non carebit ſuſpitione in articulo exceptionis fori declinatoriæ quia tunc ceſſat illa iudicandi neceſſitas,& obligatio, & per conſequens cognoſcere non poterit an ſua ſit iuriſdictio, quia excluſa iudicandi neceſſitate, videtur ex ſuperioribus, quod cauſa,quam eſt iudicaturus, ſit propria,& tũc ſubintrat reg.d.l.vnic.

Sed circa hoc parum inſiſtendum
34 eſt,quia hodie † ex conſuetudine generali, in omnibus, & quibuſcunque delictis procedi poteſt ex officio per inquiſitionem, vt reſoluit Anto. Gomez.d.tom.3.variar.reſol. cap.1. num. 49. in fin.& poſt eum ita tenet Iul.Clar.in pract.crim.§.fin.q.3.nu.6 ſicque ratione dictæ neceſsitatis procedendi ex officio, ſemper Iudex dicitur immunis à ſuſpitione cauſæ propriæ, & multo fortius quando procedit per accuſationem ad inſtantiam partis, vt ſentire videntur Panor. & Felyn.vbi ſupra.

Niſi forſan ipſe Iudex, etiam ſi ad inſtantiam partis procedat,ſe ingere-
35 ret † taliter pro ſua iuriſdictione, quod videretur aſſumere officium partis,tenendo eius opinionem,quia tali caſu,cauſa diceretur ſua propria, & efficeretur ſuſpectus, iux. diſpoſitionem d. l. vnic. atque ita expreſſè tenent Panor.in d.c.ſuper literis nu. 10.verſ.ſextus caſus,vbi etiam Fely. nu.26.idem Panor. ad propoſitum omnino videndus, in c. conquerente nu.3. & 11.de reſti.ſpoliat.Apoſtilla litera D. propè fin. ad Bart.in d.l.de iure ff.ad municip.& de incolis.

Ex quibus facilis erit ſolutio ad ſecundum argumentum ſupra poſitũ
36 de tex.in d. l. de iure. † In primis tamen eſt aduertendum, quod ille tex. varios habet intellectus, & lecturas, vt aduertit Bart. ibi In principio, &
37 ideo ad deciſionem † cauſarum allegari non meretur,vt notat idem Bar. in l.in ambiguo nu.2.ff. de reb. dub. Euerat.in loco à rub.n.7.Octauia.de ciſ.Pedemon.22.nu.19. Quod enim multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur,vt dicunt allegati DD.

Retento tamen eo intellectu ad quem ille tex. allegatur per Angel. vbi ſupra vt refert Fely.in d.c. ſuper literis nu.24.propè fin. Reſpondetur non obſtare; longe enim diuerſus eſt caſus d.l.iure,à noſtro caſu.Si quidẽ ibi agitur de duabus Ciuitatibus cõtendentibus ſuper incolatu alicuius ciuis, ſuper quo neutra ipſarum aliquod ius,aut quaſi poſſeſsionem docebat, & ſic ne ipſis ciuem hunc vindicare volentibus ſcãdalum aliquod contingeret, recte reſponſum fuit, Prouinciæ Præſidem de hac differentia cognoſcere debere.

Quod ſecus eſt in caſu noſtro, vbi Sæcularis Iudex citauit, vel carcerauit Clericum,& ſic mirum nihil ſi ratione huius præuentionis, ad eum cognitio cauſæ, ideſt articuli remiſsio-
38 nis pertineat,Præuentionis † enim non modica eſt vis,& efficacia, vt reſoluit Farina.in pract.crim. tit.de in-

quiſitio q.7. nu.52. cum ſeqq. Boſſi. de for. compet. nu. 108. Diligentiaq; præuentionis damnoſa eſſe non debet Iudici citanti, aut capienti argu. tex. in l. in compenſationibus 8. ff. de compenſatio, & conſiderauit Farina. vbi ſupra n.53. verſ. ſublimita ſecũdo

39 Et ad d. gloſ. verb. copia † in c. ſtatutum de reſcript. in 6. Reſpondetur procedere, quando partibus contendentibus ſuper iuriſdictione, Iudex ita ſe ingerit, quod videtur, partis cauſam aſſumere, tunc enim redditur ſuſpectus, & ſic cognoſcere non debet, iuxta ea, quæ paulo ante dicebamus ad primum, atque ita reſpõdent Abb. Panor. in d. c. ſuper literis d. nu. 10. verſ. ſextus caſus, & in d. c. conquerẽte nu. 11. de reſti. ſpoliat. Fely. in d. c. ſuper literis d. num. 26. verſ. ſed dic quod, vbi propterea ſubiungit, quod quando partes diſputant inter ſe ſe, debet Iudex eis dimittere diſputationem, & poſtea iudicare, an ſit competens. Secus tamen quando ex officio procedit, quia licet ſit loco partis, & Iudicis, tamen cognoſcere poteſt, an ſua ſit iuriſdictio. Vnde reſoluendum eſt optimè præſuppoſuiſſe Carauitã hic, Iudicem Laicum citantem, vel capientem Clericum poſſe cognoſcere de exceptione fori declinatoria, & an ſua ſit iuriſdictio.

Circa eiuſmodi autem cognitionẽ ſemper Iudex animaduertere debet, quod dato termino, & adhibita cauſę cognitione, expreſsè pronunciet ſu-

40 per dicta exceptione † fori declinatoria, aliàs enim proceſſus erit nullus etiam ſi pars non appellauerit, vt videtur ſentire glo. verb. ſciatur, ibi, aut eſt dubium, & tunc, &c. in d. l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. & fuit originalis doctrina Innoc. licet diuerſimodè intellecta in c. 2. nu. 1. verſ. ſed ſi poſtquam extr. de dilatio, & eam ſequitur pręceptor Bar. ſi ad propoſitum maturè conſideretur, in d. l. 2. nu. 17. verſ. ſecus ſi exceptio, iuncto verſ. ſed ſi exceptio, quem ſequitur Paul. Caſtr. ibi n. 10. & alias multas authoritates ad idem allegat Fely. in c. ſuper literis nu. 34. de reſcript. Vant. in tract. de nullit. tit. qualit. ſent. & proceſſ. qui dic. num. 7. Quid quid dicat Pract. Papien. in form. interloc. ſuper incomp. iud. in gloſ. 1. nu. 3.

41 Et quamuis idem Felyn. † in c. ſub orta nu. 7. verſ. quartus caſus de ſenten. & re iudic. dicat, ſupradictam Innocentij doctrinam intelligendam fore parte abſente, & exceptionem nõ opponente, ſecus tamẽ quando pars eſſet præſens, & opponeret fori declinatoriam, quia tunc ſufficeret tacitè pronunciare, procedendo ad vlteriora, vt latè proſequitur Fely. ibi ex doctrina Angel. in d. l. 2. à prima opinione recedendum nõ eſt, tum quia omnes ſupradicti DD. loquuntur, caſu quo pars eſt pręſens, & opponit dictã declinatoriam, vt in noſtris terminis & concludunt, expreſſam pronunciationem neceſſariam eſſe, ex ratione, quam ponit Caſtr. ibi, tum etiã, quia praxi quotidiana ita receptum eſt, vt Ego ſæpius in Regia Audientia Apulij, & in M. C. practicaui, & ita etiam obſeruari in S. C. refert nouiſſimè Muſcatel. in pract. ciuil. 5. p. glo. verb. reſeruatis nu. 37. in fin. Reſoluendum eſt igitur, dato termino ſuper allegata fori declinatoria, & adhibita cauſę cognitione ſuper ea, expreſſè pronunciandum eſſe, aliàs proceſſus erit nullus, & ad c. ex parte el 2. de appellat. quod contrarium probare videtur, Reſpondet Paulus Caſtr. vbi ſupra.

Sed dubitari poteſt, quid ſi in dicta ſententia ſuper allegata exceptione fori declinatoria, Iudex declarauit pro ſua iuriſdictione, faciendo ſe cõpetentem, & pars appellauit ab eiuſ-

42 modi decreto; An appellatio † liget Iudicis manus, quominus poſſit ad vlteriora procedere, ante inhibitionẽ. Cuius quæſiti difficultas duas contīnet partes, prima eſt, an in ſupradicta ſpecies pars, q̃ ſuccumbit poſſit appellare. Secunda eſt, an eiuſmodi appellatio

latio

-latio liget Iudicis manus quo minus poſſit ad vlteriora procedere. Quia
43 † multum differt, quod ab interlocutoria poſſit appellari, vel quod facta appellatione ſtatim ante inhibitionem ligentur manus Iudicis, vt optima ratione probat Muſcatel. in ſua praxi ciuil. lib.2.p.1.gloſ.1. nu.190.

Quoad primam partem reperio, à
44 decreto † quo Iudex ſe declarauit competentem appellari poſſe, ita determinat Guid. Pap. deciſ. 10. in prin. Anto. Sola in Conſtit. Sabaud. tit. de appellatio. & in quib. caſ. gloſ. 6. num. 2. Menoch. de adipiſc. poſſ. Remed. 4. num. 822. Dom. Regens Valenzu. conſ.84.num.37. & ex Regnicolis Carauit. ſuper Rit.259. nu. fin. Petr. Barboſ. in l.ſi quis ex aliena num. 89. ff. de Iudic. etiam ſi Iudex reiciat tacitè exceptionem incompetentiæ, procedendo ad vlteriora ſecundum Steph. Gratia. diſceptatio. forenſ. tom.1. cap.76. nu.16.

Quoad ſecundam partem, An ſcilicet per eiuſmodi appellationem
45 † ligentur Iudicis manus ante inhibitionem, Carauit. d. num. fin. ex Curti. Iunio. & alijs affirmatiuam partem ſequitur, ſaltem caſu quo remiſſio petitur, & incompetentia allegatur non per inquiſitum, ſed per alium extraneum, vtputa Baronem, vel alium Iudicem inquiſiti, ita vt tali caſu eiuſmodi ſententia habeat vim diffinitiuæ, iux. tradita per Marant. in Specul. 6. par. verb. & demum fertur ſententia num.43. & hinc inoleuit practica, quod quando per Iudices Eccleſiaſticos petuntur huiuſmodi remiſſiones in M. C. & appellant à decretis huius articuli, committuntur cauſæ in Sacro Conſilio, prout in ſententijs diffinitiuis, & non fiunt ad relationem M. C. vt in interloquutorijs Quidquid dicat Muſcatel. vbi ſupra. Cuius opinio nec practicatur, nec per DD. num. 194. per eum allegatos probatur.

Maior tamen difficultas eſt, An eiuſmodi appellatio, per inquiſitum, qui petijt remiſſionem, interpoſita, liget Iudicis manus ante inhibitionem. Et quidem attento Iure Ciuili negotium videtur expeditum, ſecundum Carauit. vbi ſupra, qui videtur ſentire, decretum in prædicto caſu eſſe interloquutorium. Appellatio au-
46 tem † à ſententia interlocutoria nō ſolum non ligat manus Iudicis à quo Iure Ciuili, ſed nec interponi poteſt regulariter l. ante ſententiæ C. quor. appellat. non recip. & Regulæ huius rationem ponit Ioa. Petr. de Ferrar. in pract. Papien. in form. appellat. à ſent. interl. in gloſ. in verb. in his ſcriptis num. 6.

De Iure autem Canonico (quod
47 in hac parte † obſeruatur in Regno, vt notat Muſcatel. vbi ſupra nu.42.)
48 Regula eſt, quod appellatio † ab interlocutoria non ligat manus Iudicis ante inhibitionem, tex. in cap. non ſolum ad fin. de appellatio. in 6. illumque exornat Marant. in Specul. 6. par. verb. & quandoque appellatur num. 172. cum ſeqq.

Huiuſmodi tamen regula illam (inter alias) patitur limitationem ſecundum Marant. vbi ſupra num. 209 Vt ſcilicet non procedat, quando Iu-
49 dex à quo † detulit appellationi, quia tunc ſibi ipſi ſe inhibet, & ligat manus cap. cum appellationibus §. ſi vero Iudex de appellatio. in 6. Rot. Roman. deciſ. 8. alias 70. de appellatio. in noniſſ. Et dicit indubitatum Muſcatel. vbi ſupra nu. 182.

Stylus autem Mag. Cur. Vicar. eſt, quod prolato eiuſmodi decreto, quo eadem M. C. declarat ſe Iudicem competentem, quando inquiſitus petijt remiſſionem, & ipſe infra legitima tempora appellat, defertur vtique tali appellationi, atque ita ſimiliter memini obſeruari in Regia Aprutina Audientia.

50 Vnde quamuis deferre, † vel non deferre appellationi ab interloquutoria, videatur eſſe in arbitrio Iudicis

à quo, iuxta notabilem theoricam Bart. in l. eius qui num. 5. ff. de appellatio. recipien. & in l. intra vtile num. 2 ff. de minor. Franciſ. Turzan. vt refertur tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 21. de appellatio. num. 77. & poteſt ponderari tex. in d. cap. cum appellationibus. Quia tamen in M. C. adeſt dictus ſtylus, & conſequenter in omnibus alijs Tribunalibus Regni, deferendi eiuſmodi appellationibus, erit abſque dubio obſeruandus ad text. in l. minimè ff. de legib. & ſty-
51 lus † Curiæ pro lege obſeruandus eſt, cap. quam graue 6. de crim. falſ. Carauit. ſuper Rit. 72. num. 9. cum ſeqq. Cauens. ſuper Rit. 1. num. 8. 9. & 10. Octauia. deciſ. Pedemont. 22. à num. 6. ex quibus breuiter habes, quid in ſupradicta quæſtione tenendum ſit.

Tandem dicit Carauit. hic, quod cùm in eiuſmodi cauſæ cognitione procedatur iudicialiter, per dationem termini, & ſententiam, erit neceſſaria partis citatio, ex vulgata l. de vnoquoque ff. de re Iudic. ſequitur Barboſ. Carauitam referens in l. Titia nu. 32. ff. ſolut. matrim.

Ad Carauit. num. 7. 8. & 9.

Ponit Carauita in his numeris praxim obſeruandam in actu remiſſionis Clerici, & concludit, faciendam eſſe cum fida cuſtodia, ne remiſſus aufugiat, dicitque non poſſe dari certam regulam in eiuſmodi articulo, ad cognoſcendum, quæ nã
52 dicatur fida † cuſtodia, ſed relinqui Iudicis remittentis arbitrio, qui prudenter conſideratis, delicti, perſonæ, loci, & temporis circumſtantijs, cognoſcat, & determinet, an manibus ligatis, vel cum cathena in collo, vel cum ſolis ſeruientibus remiſſus ſit tutè cuſtoditus. Tales enim poſſunt eſſe ſupradictæ circumſtantiæ, quod cum ſolis ſeruientibus dicatur remiſſus mitti cum fida cuſtodia, & aliquando tales, quod ſit neceſſaria cathena in collo, & adhuc maior cuſtodia.

53 Semper tamen Iudex, † qui remittit animaduertere debet, ne circa hunc actum, modum excedat, procurando forſan, quod fiat cùm dedecore, & ignominia Clerici remiſſi, quia vt dicit Carauit. hic tenebitur Iudex, taliter Clericum remittens, lege Iulia de vi. Et exiſtimo, quod non erit tutus ab excommunicatione, ſi quidem imponit pœnam Clerico ſi-
54 bi non ſubdito, cùm verecundia, † & pudor ſpecies ſint pœnæ iux. tex. in cap. cum dilecti 18. de accuſatio. & in can. quem pœnitet 88. §. oportet enim de pœniten. diſt. 1. Boer. deciſ. 303. num. fin. in fin. per Carauit. allegatus, oprimè Paris de Puteo in tracta. de Sindicat. verb. remiſſio cap. 1. per totum Petr. Bellug. in Specul. Princip. rub. 11. §. videamus num. 9.
55 & inde fit, actum † remiſsionis Clerici, per Sæcularem Iudicem, abſque ignominia, & dedecore expleri debere, vt vltra allegatos per Carauit. hic, reſoluit Ioan. Anto. de Nigr. in d. Bulla extrauag. Clemen. VII. in verb. priuilegio num. 288. ſequitur Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 36. num. 48. & facit eleganter tex. in cap. vt famæ 35. in fin. de ſenten. excommun.

Ad Carauit. num. 9. in fin. & num. 10.

Tangit in præſenti Carauita quæſtionem quandam forenſi vſu ſatis frequentem. An ſcilicet re-
56 miſsio † ſit facienda, caſu quo in proceſſu non apparet, remittendum commiſiſſe delictum, concluditque cum negatiua, & rectè. Sed certe quæſitum videtur in ſe difficile, ſuppoſito, quod remiſsiones inquiſitorum nunquam tractantur, niſi conſtituto in carceribus inquiſito, de cuius remiſ-

-remiſsiore agitur, ſecundum Foller. in practi. crimin. verb. audiantur excuſatores num. 39. in fin. & num. 63. in fin. & denotat pragm. 1. ibi, capiat, & remittat, vbi Rouit. num. 46. ſub rub. vbi de delict. quis conuen. debeat

57 Captura † autem, ſeu carceratio nunquam fit, ſaltem de iure, niſi legitimis præcedentibus indicijs, vt ex pluribus tenet Farinac. in pract. crim. tit. de carcerib. & carcerat. q. 27. nu. 112. Quomodo igitur poteſt tractari de remiſsione, niſi eo carcerato, & non potuit carcerari, niſi legitimis contra eum præcedentibus indicijs.

Quare animaduerte, quod carcerationes ſæpiſsimè fiunt de facto à Biroarijs, & aliquando à Iudice, quia quamuis verum ſit, quod captura non debet fieri, niſi legitimis præcedentibus indicijs, ſecundum communiorem, & tutiorem opinionem, ſunt

58 tamen qui putant, poſſe Iudicem † pro ſuo arbitrio, etiam ſine indicijs ad capturam procedere, quos refert Farinac. d. q. 27. num. 115. cum pluribus ſeqq.

His igitur, & alijs ſimilibus caſibus poteſt contingere, quod contra captum, de cuius remiſsione agitur, non adſint indicia, ex quibus conſtet eum commiſiſſe illud delictum, & tunc concludit Carauita, Clerici remiſsionem ad Iudicem Eccleſiaſticum faciendam minimè fore, pro qua opinione allegat Boſsium in tit. de for. competen. num. 50. & Gugliel. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelaſiam deciſ. 2. num. 147. ad fin. de teſtam. vbi expreſsè loquitur de Clerico remittendo, quibus addo Guid. Pap. deciſ. 202. num. 1. quem, & alios refert, & ſequitur Auendan. de exequen. mandat. 2. par. cap. 7. num. 6. Anto. Gamma deciſ. Luſitan. 363. num. 4. Theſaur. deciſ. Pedemon. 90. num. fin. ad fin. quos ſequendo refert Barboſ. in l. hæres abſens §. proinde in articulo de for. delict. num. 74. Camill. Borrel. in additio. ad Bellug. rub. 11. §. ex quo prædiximus limitat. 16. Petr. Foller. in conſti. Capitaneorum num. 63. & eſt optima gloſ. verb. de more in Clement. Paſtoralis §. quod ſi punitio, de ſenten. & re iudic.

Et hinc dixerunt DD. circa huiuſmodi fundamentum, an ſcilicet re-

59 mittendus † commiſerit illud delictum, de cuius remiſsione tractatur, eſſe adhibendam cauſæ cognitionem per Iudicem remittentem, vt dicit d. gloſ. verb. de more, quam ſequũtur Zabarel. num. 16. & Imol. num. 66. ibidem Couar. in practi. quæſtio. cap. 11. nu. 8. Chaſſen. in conſuetud. Burgun. rub. 12. §. vnic. num. 6. cum quibus conueniunt quaſi omnes ſupra allegati interpretes, quibus adde Paul. Caſtren. in l. interdum in prin. num. 4. ff. de publica. & vectigal.

Et quando eiuſmodi cauſæ cogni-

60 tio per Iudicem † remittentem aliter fieri non poteſt, tenuerunt multi ſufficere, quod Iudex, qui remiſsionem petit, tranſmittat aliqualem fidem, ſeu informationem inquiſitionis repertæ contra remittendum, ſecundum pulchram diſtinctionem Imol. in d. Clement. Paſtoralis d. nu. 66. Oldra. conſ. 124. quod remiſsio. num 4. quem ſequitur Chaſſen. d. nu. 6. Camill. Borrell. d. limitatio. 16. Petr. Barboſ. vbi ſupra d. nu. 141.

Et quamuis aliqui ex allegatis DD. exiſtiment, eiuſmodi delicti informationem contra remittendum debere eſſe plenam, & concludentem veritas eſt, quod (ſaltem in Regno)

61 ſufficit aliqualis † informatio, ideſt, quod remittendus appareat aliqualiter indiciatus, vt ſenſit Foller. in d. conſti. Capitaneorum d. num. 63. & præagnouit etiam de iure communi. Imol. d. num. 66. & de iure Caſtellæ idem tenet Auendan. d. num. 6. Guid. Pap. d. deciſ. 202. num. 1. nec diſſentit Boſsi. d. num. 50. & reſoluit Couar. d. cap. 11. num. 8. ad fin. Henriq. Boueri. in ſuis ſingul. verb. remiſſio nu.

ſio num. 1. Et prima opinio, quæ habet, probationem debere eſſe plenam,& concludentem, procedit quãdo remiſsio petitur per Iudicem vnius Regni ab alio diuerſi dominij, vel Regni, vt conciliando has opiniones tenet Anto. Gamm. d. deciſ. 363. num. 4. ad fin. in hoc autem Regno abſque dubio practicatur opinio Follerij d. nu. 63.

Ex qua exiſtimo, habuiſſe originẽ
62 quotidianam praxim † Magnæ Curiæ,& aliorum Tribunalium ſuperiorum, quæ non concedunt Brachium Officialibus Baronum, & aliorum inferiorum Tribunalium, niſi ipſi Iudices, qui brachium implorant faciant fidem, ſaltem de contumacia legitimè contracta per eum, quem capere intendunt, iux. notata per Bart. & Fulgoſ. in l. 1. vterque num. 1. C. vbi de crimin. agi oport. optimè Bolsi. d. num. 50.

Ratio autem, propter quam in hi-
63 ſce remiſsionibus † eſt adhibenda ſupradicta cauſæ cognitio, ſaltem ſummaria eſt, Ne Iudex remittens ſit cauſa, ſeu miniſter, quod is, qui remittitur, indebitè moleſtetur, ſecundum iniuſtos appetitus illius Iudicis qui remiſsionem petit, vt ſenſerunt Felyn. in cap. fin. num. 9. ad fin. de for. compet. quem refert Boſſ. d. num. 50. & ob hanc rationem, opinionem hanc eſſe ſatis æquam dicit Imol. in l. interdum §. 1. num. 3. ff. de publica. & vectigal. ſequitur Cæpol. conſ. 58. Paulus Faber num. 14. inter crimin. quem ad idem refert Philipp. Prob. in additio. ad Monach. in cap. Romana §. contrahentes nu. 5. de for. compet. in 6. Cum quibus conuenit quod dicit Ariſtot. lib. 3. de anim. cap. 10. tex. 50. & 51. Appetitus, inquit, cùm mouet, non in eo ducem rationem ſequitur: Cupiditas enim appetitus eſt quidam; At mens quidem omnis certa eſt, appetitio autem, ac viſio, tum recta eſt, tum non recta; & Ciger. lib. 1. officio. ait, appetitus omnes contrahendi, ſedandique ſunt, excitandaque eſt animaduerſio, & diligentia, vt ne quid temerè, & fortuito, inconſideratè, negligenterque agamus & Diu. Thom. ſuper lib. 3. politic. Ariſtot. lectio. 7. dicit, quod appetitus malus, & peruerſus peruertit Iudicium de ſe ipſo, & quod homo, vt in plurimum, habet peruerſum appetitum reſpectu ſui ipſius, & Plutar. in libell. quem inſcribit Bruta animalia ratione vti, ſeu Gryllus, dicit, nociuã eſſe appetitionem, quæ neque à natura, neque à neceſsitate oritur, ſed à recto, ob imperitiam deuiat. Ne igitur iniuſti appetitus Iudicis remiſſionem petentis officiant ei de cuius remiſsione agitur, eſt adhibenda per remittentem ſummaria ſaltem cauſæ cognitio ſuper crimine delato vt ſupra diximus.

Ex qua forſan ratione dependet
64 ſimiliter, quod remiſsiones † non fiunt in leuibus delictis, ſed ſolum in grauioribus Philipp. Franc. in d. cap. Romana §. contrahentes num. 9 de for. compet. in 6. Additio littera C. ad d. deciſ. 202. Guid. Pap. optimè Chaſſen. d. §. vnic. num. 9. & fuit de mente Petri de Bellapert. in authen. qua in prouincia col. penult. verſ. plus credo C. vbi de crim. agi oport. quem ſequitur Cynus ibi num. 14. in fin. Camill. Borrell. vbi ſupra in 4. limitatio. Couar. in d cap. 11. num. 7. verſ. octauo remiſsioni Intrigl. deciſ. 49. num. 23. Gaſpar Caballi. milleloq. 596. Hort. Caualc. de brachi. regi. 4. par. num. 149. & dicit communem Aufrer. in additio. ad Cappell. Tholoſ. deciſ. 320. ante num. 1. Iuſtæ
65 † enim cauſæ, & rationes faciendi remiſsiones in grauioribus delictis (quas ponit Gregor. Lopez in l. 1. tit. 29. partit. 7. in gloſ. verb. *debe fazer*. in verſ. quia militare videntur, & plenius Couar. d. cap. 11. nu. 3. Auendan. d. cap. 7. num. 5. Peguer. deciſ. Catalon. 66. num. 2.) ceſſant in delictis leuibus, & ſic mirum nihil, ſi in eis ceſ-

cis ceſſet remiſſio, ex vulgatis iuribus, vt ſic arguendo reſoluit Foller. in d. conſtit. Capitaneorum num. 61 ſicquè iniuſtè, & abſque cauſa, & ratione peteret Iudex remiſſionem in delictis leuibus, proptereaquè Iudex à quo remiſſio petitur non debet in his caſibus exequi iniuſtos, & irrationabiles appetitus Iudicis remiſſionem petentis, vt ſupra diximus.

Ex qua etiam ratione infero, re-
66 miſſionem † prædictam faciendam non eſſe, quoties per eum petitur, de cuius violentia, crudelitate, & ſæuitia dubitatur, vt puta, quia eſſet ſolitus malè tractare inquiſitos, iuſtè enim timetur violentia irrationabilis, iux. tex. in d. clement. Paſtoralis verſ. eſto igitur, quod Rex de ſenten. & re iudic. Specul. in tit. de ſponſa. & matrim. §. 5. num. 7. & §. 6. num. 5.
67 cum ſeqq. eſt enim crudelitas † vitium humanum excedens modum puniendi culpas, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 159. art. 1. & Senec. in lib. 2. de Clement. ad Neronem, dixit, quod Crudelitas nihil aliud eſt, quàm atrocitas animi in pœnis exigendis. Crudeles vocabo (inquit) qui puniendi cauſam habent, modum non habent. Pro menſura enim peccati debet eſſe plagarum modus, vt habetur Deuthero. cap. 25. quibus concinit Ouid. Epiſtol. 7. de ſæuitia loquens, Didonis nomine contra Aeneam.

Te lapis, & Montes, innataque rupibus Alpis.
Robera, te ſæua progenuere feræ.

Et annecti poteſt adagium de Phalaridis imperio, de quo Paul. Manut. in adag. Phalaridis imperium, & Amutathes Turcarum Imperator dicebat, Crudelitate, & odio nihil proſici apud mortales, vt refert Ioann. ChoKier. in theſaur. aphoriſm. politic. lib. 2. cap. 12. & propter nimiam ſæuitiam, & crudelitatem priuatur
68 Baro † ſua iuriſdictione, vt notat Fulgoſ. in l. 2. num. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. quem ad idem refert Ioan. Franciſ. de Apont. deciſ. 16. num. 34. Timore igitur crudelitatis, & ſæuitiæ Iudicis remiſſionem petentis, iuſtè, & legitimè denegatur remiſsio, vt in terminis tenet Camill. Borrell. in d. additio. ad Bellug. limitatio. 9. quem ſequitur Peguer. d. deciſ. 66. num. fin. Ne ſcilicet (vt ſupra dicebamus) Iudex à quo remiſſio petitur, iniuſtos, irrationabileſque petentis exequatur appetitus.

Ex quibus omnibus fortius roborantur duæ reſolutiones, quas ponit hic Carauita. Prima eſt, vt ſupra tetigimus, Iudicem Laicum non teneri Clericum remittere ad Eccleſiaſticum, ſi conſtiterit iniuſtè detineri, ideſt nullum commiſsiſſe delictum, vel adeo leue, quod non admittit remiſsionem, iuxta ea, quæ paulo antea diximus, ne ſcilicet ſine cauſa à Iudice Eccleſiaſtico vexetur, proptereaquè tali caſu dictum Clericum relaxandum fore, & dicit relaxan-
69 dum, quia coram Laico Iudice † nulla in Clericum cadit abſolutio, vel condemnatio, vt ex Bald. notat Carauit. in præſenti, & latiſsimè proſequitur Aufrerius in repertitio. Clement. 1. de offic. ordin. q. 11. per totam, & facit tex. in l. nemo, qui condemnare 37. vbi Deci. num. 2. & Cagnol. nu. 1. ff. de reg. iur.

Sed profectò huiuſmodi Carauitæ ratio, non videtur congruere cum dicto, dicit enim, quod quando Clericus per Laicum Iudicem iniuſtè, & ſine cauſa detinetur, non eſt remittendus ad Eccleſiaſticum, ſed relaxandus, & reddit rationem, quia ſicut Iudex Laicus non poteſt Clericum condemnare, ita neque poteſt abſoluere, ſed debet relaxare, quæ ratio non adæquatur dicto, quia quoties aliquis, ſiue Clericus, ſiue Laicus ſit, iniuſtè, & ſine cauſa detinetur, non indiget abſolutione, quia abſolutio præſupponit vinculum criminis, vt patet ad ſenſum, & ſic quemadmodum vbi non adeſt crimen

men non cadit condemnatio, ita pariter neque abſolutio, quia abſolutio & condemnatio à pari procedunt d. l. nemo qui condemnare, cum notatis ibi per Scribentes, nulla conſtituta differentia inter Clericum, & Laicum, ergo qui iniuſte, & ſine cauſa detinetur, ſiue Clericus, ſiue Laicus ſit, non debet remitti, neque abſolui, quia non adeſt delictum, ſed relaxari

Quare exiſtimarem, Carauitam
70 † virum doctiſſimum ſupplendum fore, vt ſcilicet dicta ratio abſolutionis habeat locum quoad Clerici relaxationem faciendam per Laicum Iudicem, non quando ille iniuſtè, & ſine cauſa detinetur de facto, vt paullo antea probauimus, ſed quando detinetur pro crimine, adeo leui, quod non meretur remiſſionem, vt ſupra diximus. Tunc enim quia delicti leuitas remiſſionem non admittit abſolutio autem, cùm adſit delictum licet leue cadere poterat, niſi repugnaret defectus iuriſdictionis, & poteſtatis, propterea fit relaxatio, quæ eſt medium inter remiſſionem, & abſolutionem.

Secunda reſolutio, quam ponit Carauita in præſenti, eſt circa Barones Regni, dicit enim quod in prædicta ſpecie, quando nimirum aliquis Vaſſallus detinetur, ſine cauſa, & abſque delicti ſuſpitione, non de-
71 bet remitti † ad eius Baronem, propter timorem vexationis, & crudelitatis, quibus ſolent aliqui Barones (ne dicam omnes) in Vaſſallos inſæuire; Quæ quidem reſolutio iuſtiſſima, & æquiſſima eſt, ex rationabilibus fundamentis ſupra adductis, & ſecundum eam Ego ſemper votaui in M.C. & ita fuiſſe obſeruatum in præteritum refert doctiſsimus Dominus Scipio Rouitus in d. pragm. 1. nu. 40. vbi de delict. quis conu. deb. vbi ponit formulas decretorum in his caſibus faciendorum, ſubdit tamen poſteà fuiſſe introductum, vt Vaſſalli, & eorum cauſæ remittantur ad Barones, etiam ſi contra Vaſſallum nihil conſtet de delicto, quia in hoc etiam verſatur intereſſe iuriſdictionis Baronalis, declarare ſcilicet per ſuum Iudicem, quod non adeſt delictum, & dicit vtroque modo iudicari, & Dominus Carolus de Tapia, ob eius doctrinam, & prudentiam, aliaſque plures illuſtres animi dotes digniſsimus in ſupremo Italię Conſilio, apud Catholicum Regem noſtrum, Regens, & Dominus meus colendiſsimus, quem refert idem Rouit. d. num. 40. dicit in ead. prag.
1. num. 6. quam collocauit in ſua compilatione iuris Regni lib. 3. fol. 38. in S.C. factas fuiſſe remiſsiones Vaſſallorum ad eorum Barones, etiam ſi Vaſſallus pro cauſa, pro qua remittitur veniat relaxandus, fatetur tamen duram videri aliquibus dictam praxim, & ita eſt profectò, eiuſque fundamentum dicerem Ego ſi liceret. Cætera autem, ad remiſsionis materiam pertinentia, videnda ſunt apud præallegatos DD. præſertim quo ad ius Regni apud dictos Dominos Tapiam, & Rouitum in d. prag. 1.

Ad Carauit. num. 11. & 12.

DE materia per Carauitam hic propoſita diffusè egimus ſupra in ſolutione tertij principalis argumenti, & ſic ed ea, quæ ibi dixi me refero.

Ad Carauit. num. 13. 14. & 15.

PLenè ſatis proſequitur Carauita hic materiam expenſarum faciendarũ circa remiſsionem Clerici, de qua videndus eſt etiam Couar. practi. queſt. cap. 33. num. 5. & Foller. in pract. crimin. canoni. vltim. par. in miſcellan. num. 50. & multos de hoc articulo tractantes congerit Cened. in collect. ad ius cano. collect. vlt. n. 3

Ad Carauit.num.16. & 17.

DE quæſtione hic per Carauit. propoſita egimus ſupra in 1. par. num. 350.

Ad Carauit.num.18.

QVærit Carauita in præſenti,qui nam veniant appellatione Clericorum, ad effectum, ſcilicet gaudendi fori priuilegio, & practicandi noſtrum tex.Et quamuis ſupra in 1.par.num. 55. remiſſiuè articulum hunc tetigerimus; Quia tamen circa Religioſorum cauſas ſolet hæc quæſtio in Magna Curia ſæpiſſimè agitari,& multæ difficultates ex terminorum confuſione ſolent oriri; Ideo ſuper ea ex Doctorum dictis aliqua breuiter colligere duxi pro materiæ ornatu, & articuli reſolutione, cùm alias ipſa ſit latiſſima,& in diuerſis locis ſparſa.

Aduerto igitur, quod Religioſo-
72 rum † nomen eſt latiſſimum, ſi retro originem intuemur,Cicer.enim in Orat.31.quæ eſt pro Cn.Planci.Religioſos appellat omnes eos homines,qui meritam Dijs immortalibus gratiam iuſtis honoribus, & memori mente perſoluunt, & ante eum Plat. in Euthyph.ſeu de ſancti.ſic de Religione ad propoſitum dialogizatur Soc. At quid tandem erunt hæc noſtra dona Dijs oblata? Euth.quid putas aliud quàm honorem, venerationem,& vt modo dixeram gratiam, & Colotes Epicurij diſcipulus ſic de religione dixit. Quamobrem Lycurgus Lacedemonios,& Numa Romanos,& Ion antiquus Athenienſes, & Deucalio Græcos ferè Vniuerſos Dijs conſecrauerunt Votis, Sacramentis,Vaticinijs, hominibuſque eos ob ſpem, ac metum Dijs deditos obnoxioſque reddentes, vt refert Plutar.in libell.aduerſ.Colot.ante fin.& meminit Tacit.lib.3. Annal. & ſic Religio(vnde Religioſi dicuntur) latè ſumpta definitur, vt ſit recta mens de diuinis, vt ex Arnob.notat Petr.Gregor.Tholoſ. de republ. lib.
73 12.cap.1.num.2.Religioque † ſola homines facit à belluis differentes, vt Lactant.notat lib.3. cap.10. Vnde Ouid.lib.3. faſt. de Salijs, ſeù Martis Sacerdotibus, à Numa inſtitutis, agens, nòn incongruè ad propoſitum cecinit.

Principio nimium promptos ad bella Quirites.
Moliri placuit Iure, Deumque metu,
Iure datæ leges, ne fortior omnia poſſet.
Cæptaque ſunt pure tradita ſacra colis.

Et de hac religione ſic latè ſumpta loquitur Pompon.in l.2.ff.de iuſt. & iur. vbi eruditè Ioan. Corraſ. & hinc gloſ.verb.quam in l.1. C.de Summ. Trinit.& Fid.Cathol.dixit,quod Religio eſt ius quoddam ſuperioris naturæ, quæ curam,cerimoniamque nobis affert,Religioſos itaque ſic generaliter loquendo omnes homines dicemus, qui alicuius ſuperioris numinis obſequio, & veneratione tenentur.

74 Strictiùs tamen, & proprius † illi dicuntur Religioſi, quorum animæ ad vnius veri, & ſolius Dei cultum animo ſeruiendi religantur, ſecundum Religionis definitionem,quam tradit Iſido.lib.18.Ethymolog. & illud quod præcepit Dominus Populo ſuo; Reuertimini, inquit, à vijs veſtris peſſimis,& cuſtodite præcepta mea, & ceremonias, iuxta omnem legem quam præcepi Patribus veſtris,&c.vt habetur lib. 4. Reg. cap. 17. Hæc eſt Religio Chriſtiana,iux. illud Iacob.Apoſt.in ſua Epiſt. Canoni.cap.1.ad fin.Religio,ait,munda, & immaculata apud Deum, & Patrem hæc eſt, Quam paucis verbis comprehendit Paul.Apoſt.ad Roma. cap.10.

cap.10.Quia ſi confitearis, inquit,in ore tuo dominum Ieſum,& in corde tuo credideris, quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis ſaluus eris, & Lactan.Firmi.lib.6.de ver. cult. cap. 2. ſic ad propoſitum ſcripſit. Non enim Religio cæleſtis conſtat ex rebus corruptis, ſed ex virtutibus animi,qui oritur è cœlo. Hic verus cultus eſt, in quo mens colentis ſe ipſam Deo immaculatam victimam ſiſtit. Ad huncque Dei cultum (qui proprius eſt religionis effectus) pertinet ni fallor illud Pythagor.ſymbolum diuino quodammodo ſpiritu prolatum. Honora, inquit figuram, & Aram; Figuram, & prætium tuum denariornm.Quorum verborum arcana miſteria doctiſſimè explicat,& ad noſtram Chriſtianam Religionem accommodat Anto. Alij. in explan. ſymbol.Pythag.quem ad pœnam habeo. Quiſquis igitur præceptis cæleſtibus obtemperauerit hic cultor eſt religioſus veri Dei, vt D. Proſper Epiſcop. Regin. Epigram. 20. de præm.relig.Chriſtianæ his verſib.ſignificauit.

Hac deſiderij Deus eſt pietate colendus.
Iuſtitiæ, vt merces tota ſit ipſe Deus
Nam ſperans alio ſe munere poſſe beari
Non quod poſcit,amat:ſed quod habere cupit.

75 Sicque ad religionem † ſolam pertinet Chriſtianam,iuſtum, & debitum cultum Deo deferre, & latè probat Azor.inſti.moral. lib.9. cap. 10. in prin.par.1.Sayr.in lib.quem inſcribit,Clauis Reg.lib.4.cap.3.ipſamque ſolam obſeruari iubent Cęſares Gratia. Valenti. & Theod. in l.1.C.de Summ.Trin.& Fid.Cathol. & latius habetur.in titulis de Sum. Trinit. & Fid.Cathol.extr.& lib.6.Quia nimi-
76 rum Religio † Chriſtiana eſt vera, & propria religio, Cæteræ verò veluti meretrices ſunt,quo nomine dictę ſtultæ, inanes, falſæ, & impiæ, vt ſignificauit viſio illa Ioan. Apocalyp. cap.17.Et vidi,inquit, mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam plenam nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem, & cornua decem, & mulier erat circundata purpura,& coccino, & inaurato auro, & lapide pretioſo,& margaritis,habens poculum aureum in manu ſua plenũ abominatione, & immunditia fornicationis eius, &c. Cuius viſionis authoritate vſus eſt ad literam Andr. Alciat. ad fictam religionem ſignificandam,Emblem.6.mulierem forma prædicta depingens, eiuſque ſignificatum his carminibus declarans, quæ eruditè explicat Claud. Mino. ibi.

Regali reſidens Meretrix Pulcherrima ſellæ,
Purpureo inſignem geſtat honore peplum,
Omnibus, & latius pleno è cratere propinat:
At circum cubitans ebria turba iacet.
Si, Babylona notant: quæ gentes illicit forma.
Et ficta ſtolidas religione capit.

Et Aurel.Pruden. contra Symmach. lib.poſterio.ſic ad propoſitum ait.

Non tamen inficior, duplex occurrere nobis
Semper iter,geminis mortalia partibus ire
Quum dubitant, quo nam ferat ignorantia greſſum
Altera multi fida eſt, At ſimplex altera, & vna
Vna Deum ſequitur,Diuos colit altera plures,
Et tot ſunt eius diuortia,quot templorum
Signa,quot aereis volitant phantaſmata moſtris.

Vnde Franc.Petrarc.lib.1.de remed. vtriuſ.fort.dialog.13. ſic ad propoſitum ait,Religio optima,ac perfecta vna eſt ſupra Chriſti nomen, ſupraque

que

que Petram firmiſſimam fundata.
Reliquæ omnes ſuperſtitiones va-
næ, & deuia, & errores ſunt, qui-
bus eſt iter ad tartarum, atque ad
mortem, non hanc momentaneam
ſed æternam.

77 In hoc igitur ſenſu Chriſtiani †
omnes dici poſſunt religioſi can. non
liceat 44. diſtin. Imol. in cap. Eccle-
ſia Sanctæ Mariæ num. 1. de conſtit.
& notat Petr. Gregor. Tholoſ. d. lib.
12. de repub. cap. 2. num. 7. & facit
tex. in can. ſi qua iudicia 28. diſtin.
gloſ. verb. religioſi in cap. ex multa
de vot. & vot. red. Sebaſt. Medic. in
ſumm. omni. virtu. tit. 8. q. 13. Ioan.
Andr. loc. ſtatim allegan.

78 Clerici † etiam magis propriè di-
cuntur religioſi, quia magis quàm
alij Laici Chriſtiani ſunt dediti di-
uino cultui ad tex. in can. nullus
218. 1. q. 1. gloſ. d. verb. religioſi
Archidiac. in cap. vt officium num.
10. de hæretic. in 6. vbi etiam Ioan.
Andr. num. 2. Domin. de Sanct. Ge-
min. in eod. cap. vt officium §. verum
num. 7. & allegat tex. in can. denique
4. diſt. Felyn. in cap. licet num. 8. de
offic. ordin. Sebaſtia. Medic. d. q. 13.
idem Felyn. in cap. tua nos num. 1.
de iure iur.

Magis verò propriè, & ſtrictè
79 Religioſi † dicuntur, qui emiſerunt
tria vota ſolemnia in aliqua religio-
ne approbata, eius habitum ſuſci-
pientes ad text. in cap. cùm ad mo-
naſterium 6. in fin. de ſtat. reg. Cle-
ment. exiui §. cùm igitur de verb.
ſignif. Concil. Trident. ſeſſio. 25. cap.
1. Hoſtien. in ſumm. de regul. &
tranſ. ad relig. num. 6. in fin. Gemin.
vbi ſupra num. 8. Felyn. in d. cap.
tua nos num. 1. verſ. in quibus locis
Panorm. in cap. dilecta num. 4. de
maiorit. & obedien. & in cap. cauſam
quæ el 1. num. 2. de iudic. Philipp.
Franc. in d. cap. vt officium num. 4.
Imol. in Clement. 1. num. 1. de re-
ligioſ. domib. Sebaſtia. Medic. d. q.
13. & Deci. ſequitur Panormita-
num in d. cap. Eccleſia Sanctæ Ma-
riæ num. 13. Gregor. Lopez in l. 2.
tit. 7. parti. 1. Fernan. Vaſq. contro-
uerſ. illuſtr. lib. 3. cap. 55. num. 50.
Rot. Roman. deciſ. 191. num. 8. par.
1. in nouiſſ. diuerſ. Petr. Gregor.
Tholoſ. in ſyntagm. iur. vniuerſ. lib.
15. cap. 14. num. 20. doctiſſimè Do-
min. Regens Carol. de Tapia in
Authen. ingreſſi verb. monaſteria
cap. 1. num. 11. Didac. Spin. in
Specul. teſtament. gloſ. 12. princip.
num. 1.

80 Tria igitur vota † ſolemniter de-
bet emittere, & profiteri quilibet
religioſus, adhoc vt propriè, & ve-
rè ſit talis, quia in eis conſiſtit per-
fectio, & ſubſtantia religionis, nem-
pè in obedientia, Paupertate, & ca-
ſtitate, vt dicunt allegata iura, & au-
thoritates, & præſertim Concil. Tri-
den. d. cap. 1.

81 Obedientia † enim maxima vir-
tus eſt, & maior quocumque homi-
nis ſacrificio iuxt. illud Reg. 1. cap.
15. Numquid vult Dominus olocau-
ſta, & victimas, & non potius, vt
obediatur voci Domini? & Eccle-
ſiaſt. cap. 4. Multo enim melior eſt
obedientia, quàm ſtultorum victima,
Quia per ſacrificium occiditur alie-
na caro, per obedientiam propria
voluntas opprimitur, & mactatur, vt
dicit Diu. Gregor. lib. vltim. moral.
cap. 12. & refertur in can. ſciendum
8. q. 1. Per obedientiamque factus eſt
Paulus Apoſtolus vas electionis,
dùm dixit Domine quid me vis face-
re, vt refertur in Acti. Apoſtol. cap.
9. Ideoque ipſe ingentem obedien-
tiæ fructum ſentiens cap. 13. ad He-
breos dicit, obedite Præpoſitis ve-
ſtris, & ſubiacete eis, Quia vt D. Au-
guſt. teſtatur lib. 14. ad Catin. cap.
12. obedientia in anima rationali eſt
quodammodo mater, & cuſtos om-
nium virtutum Franc. Piccolom. in
ſua moral. philoſoph. grad. 3. cap. 1.
& ſic ſine obedientia quiſquis infide-
lis eſſe conuincitur d. can. ſciendum

in fin. Et è contra tanta eſt obedientiæ gloria, & apud Deum merces copioſa, vt ſi ieiunaueris diebus ac noctibus, & orationem feceris, ſi in ſacco fueris, vel in cinere, & obedientiam non habueris, omnia perdidiſti, vt ait idem Auguſt. in ſermo de obedienti. extantque ad propoſitum infinitæ vtriuſque teſtamenti authoritates, quibus huius virtutis excellentia extollitur, & commendatur, & eius exemplum tribuens nobis Chriſtus Dominus humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem D. Paul. ad Philipp. cap. 2. teſtante, & dùm in horto oraret ſanctam obedientiam nos docuit, dicens ad Patrem, Pater mi ſi poſſibile eſt tranſeat à me Calix iſte, verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu, vt habetur Marc. cap. 14. & Luc. cap. 22. Inde Senec. in lib. de vit. beata dixit, quod Deo parere libertas eſt, & Franciſc. Piccolom. vbi ſupra cap. 12. ſic de fructibus obedientiæ concludit, ea enim eſt rerum ſalus, virtutum neruus, humanarum actionum ſpiritus, regula noſtræ ſalutis, & via ad ſummum bonum, ea conuenit omni conditioni, & ſtatui rerum, præſertim autem viro ciuili, Iuueni rectè inſtituendo, homini ad virtutem propeſanti accommodatiſſima eſt, & ſic Plutar. in Ariſtid. Non turpe, inquit, ſed honeſtum, atque ſalutare eſt parere, & obtemperare prudentibus Ariſto. propterea polit. lib. 7. Inter ſex requiſita, ſine quibus republica ſubſiſtere non poteſt, vnum dixit eſſe arma, Nam qui ſimul, ait, in communione viuunt, neceſſarium eſt ipſis habere arma, quibus & Magiſtratibus parere inobedientes compellantur, & Cice. lib. 3. de legib. Nec vero, inquit, ſolũ obtemperent (ſubaudi Ciues). obediantque Magiſtratibus, ſed etiam vt eos colant diligantque præſcribimus & Plau. in Stich. act. 1. ſic de obedientia loquitur.

Pati.
Nos oportet, quod ille facit, cuius poteſtas plus poteſt.

Et Stati. lib. 3. ſylua. in lachrimis Hetruſc. ſic ad propoſitum ait.

Quid enim terriſq; poloq;
Parendi ſine lege remanet?

Et paulò inferius.

Sed habent, & numina legem
Seruit, & Aſtrorum velox chorus, & vaga ſeruit
Luna, Nec iniuſſæ toties redit orbita lucis.

Et Aurel. Prudenti. in præfatio. nou. & veter. inſtru. ſic proprius ad propoſitum cecinit.

Attamen, vel infimam
Deo obſequelam præſtitiſſe prodeſt.

Et Alcim. Auit. de orig. mund. Deum optimum Maximum eius creatorem introducit ſic de obedientia ad Adamum loquentem.

Hæc quæ mundi coram pulcherrima cultus,
Incrementa vides, ornatum extenſa per orbem
Solus habe, ſoliſque prior dominare fruendo:
Tu mihi, cuncta tibi famulentur; Maximus ordo
Te parere pio, tibi qui dedit omnia, patri.

82 In obedientiæ † enim virtute, & fundamento rerum omnium ordo, & contextura conſiſtit, ſine qua nihil aliud eſſe vniuerſum niſi chaos, & confuſio, vt ſignificauit Ouid. Metamorf. lib. 1. in prin. hominibus tamen maximè decet, vt ex ſuperioribus cõſtat, & ſic ſuperioris præceptum maxima obedientia eſſe exequendum, docuerunt paſſim iura noſtrã, cum in hoc conſiſtat ſumma totius iuriſprudentiæ can. ſi Dominus 93. can. qui reſiſtit 11. q. 3. cap. ſolitæ de maiorit. & obedien. l. deſertorem §. in bello vbi optima gloſ. verb. cæſeri ff. de re. milit. l. liber homo 37. in princ. ff. ad leg. Aquil. l. non videtur

128. §.

128. §. qui iuſſu vbi gloſ. ff. de reg. iur. l. liberorum 11. §. non ſolent in fin. ff. de his, qui notant infam. Seba. Medic. vbi ſupra q. 63. Vnde D. Auguſt. in ſermo. de obedien. dicit, quod Monachus, qui non obedierit Prælato, melius eſſet ei, ſi vxorem duxiſſet ſubiungitque rationem, dicens, propterea venimus in monaſterium, vt libertatem ſæculi perdamus, & ſeruitutem Chriſti accipiamus, & facit tex. in can. ſi quælibet culpa 20. §. Abraam quoque 22. q. 3. & in can. ſi non licet 9. §. quaſdam vero 23. q. 5. & multa alia doctiſsimè congerit Dom. Regens Tapia in d. Auth. ingreſsi verb. ipſo ingreſſu cap. 1. de ſacroſ. eccleſ. ad probandum quantum ex omni parte congruat religioni obedientiæ virtus.

Secundum ſubſtantiale Religionis, eſt Paupertas; eſt autem Pau-
83 pertas † duplex ſecundum D. Thom. lib. 2. contra Gent. cap. 131. Neceſſaria ſcilicet, & voluntaria; & licet illa meritoria eſſe poſſit ſi patienter ſuſtineatur, iux. illud Prouerb. cap. 19. Melior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate ſua, quàm diues torquens labia ſua, & inſipiens, & Eccleſiaſt. cap. 13. Bona eſt ſubſtantia cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſsima paupertas in ore impij, & inde Senec. in Epiſt. 123. in fin. Paupertas, inquit, nulli malum
84 eſt, niſi repugnanti. Hæc † vero voluntaria nimirum in inopia mentis, non in quantitate poſſeſsionis conſiſtit, ſecundum D. Gregor. in homil. 18. ſuper Ezechiel. & Senec. Epiſt. 2. in fin. dùm ait, Cui enim cum paupertate bene conuenit diues eſt. Non qui parum habet, ſed qui plus cupit pauper eſt, Et hæc quidem voluntaria paupertas longè ſublimior, atque excellentior eſt, quàm neceſſaria, ſiquidem in Chriſto Domino eſt conſecrata, iuxta illud Paul. 2. ad Corinth. cap. 8. ſcitis enim gratiam Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos, egenus factus eſt, cùm eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis, & Math. cap. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet. Illiuſque præmium promiſit Dominus, Beati, inquit, pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum, Matth. cap. 5. eſt ſi quidem Paupertas res ſancta, & à Deo procedens, iuxta illud Prouerb. cap. 14. qui calumniatur egentem exprobat factori eius, honorat autem eum, qui miſeretur pauperis, & Diu. Gregor. in 1. Reg. cap. 2. Dominus itaque, inquit, facit pauperes, quia cum æterna electis bona inſinuat, eò ſe pauperiores tenent, & paulò inferius, Egeni quoque rebus, & pauperes ſunt, qui propter Euangelium ea quæ in ſæculo habere poterant cunctanter reliquerunt, & Caſsiodor. ſuper Pſalm. 71. ad ſignificandum paupertatem hanc à Deo eſſe, Pauperes, ait, Dei ſunt, qui mundana ſuperbia derelicta humilitati ſe per omnia tradiderunt, & Honor. Fortunat. ad ſignificandam paupertatis propinquitatem cum Deo, ſic in excerpt. de miracul. Sanct. Martin. eleganter ait.

Dum chlamydem Martinus inops diuiſit egeno
Chriſtus ea memorat ſi bene rectè tegi
Diues paupertas Dominum quæ texit amictu
Cui Deus occurrit, qui dedit aſtra faber.

85 Hancque paupertatem † à Deo proficiſci, ideoque ſanctam, & venerandam eſſe, non ſolum Catholici, ſed & Ethnici ſapientes cognouerunt, Senec. enim in Epiſtol. 20. ſic ad propoſitum dixit. Non eſt autem vel ob hoc vnum amanda pau-

pertas, quod à quibus ameris oſtendit? Huc ergo cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remiſſurus, vt contentus ſis temetipſo, & ex te naſcentibus bonis. Quæ poteſt eſſe fœlicitas Deo proprior? Et paulò inferius. Magnus eſt ille, qui in diuitijs pauper eſt, ſed ſecurior qui caret diuitijs, idem quaſi ad verbum dixit ad propoſitum Dn̄. Hieronym. in Epiſt. ob hoc maxime amanda eſt paupertas, quia à quo amaris oſtendit, &c. & Apulei in Apolog. 1. ad ſignificandam pauperis ſimilitudinem cum Deo ſic ait. Didici ea te præcedere maxime Deos hominibus, quod nulla re ad vſum ſui indigeant. Igitur ex nobis cuiquam minimis opus ſit, cum eſſe Deo ſimiliorem, & idem Senec. Epiſtol. 18. Nemo, inquit, alius eſt Deo dignus, quàm qui opes contempſit. Hoſque pauperes, & opuum contemptores à Dijs maxime diligi ſignificauit Plaut. in trinumm. act. 4. dum ait.

Hoc Dijs dignum eſt, ſemper mendicis modeſti ſint.

Cui conuenit Horat. odar. lib. 4. od. 8. qui dicit.

Rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus ſapienter vti,
Duramque calet pauperiem pati.

Vnde prouenit, Paupertatem ingentes producere virtutes, iux. illud Plutar. apud Stobeu. ſermo. 93. Fames nunquam produxit adulterium, nec pecuniarum inopia Luxuriam. Paupertas brutis quædam eſt temperantia, & compendioſa legum obſeruatio, & Franciſcus Petrarc. de remed. vtriuſque fortu. lib. 2. dialog. 8. ſic ad idem Dol. Domum meam occupat. Paupertas Rat. Iam nullus tibi ſuperbiæ locus erit, nec inuidiæ, nec damnis inſignibus, nec damnorum metui, nec ſuſpitionibus mille, nec inſidijs, nec nauſæ, nec podagræ diuitum hoſpitibus, quibus excluſis habitatura latius tecum quies, & tranquillitas, & virtus, cui eo plus loci erit, quo fortunæ minus, & Iuuenal. Satyr. 6. ſic paupertatis laudes proſequitur, eiuſque excellentiam, & vberrimos fructus extollit.

Præſtabat caſtas humilis fortuna latinas
Quondam, Nec vitijs contigi parua ſinebat
Tecta labor, ſomnique breues, & vellere Tuſco
Vexatæ, duræque munus, ac proximus vrbi
Annibal, & ſtantes Collina in turre mariti.
Num patimur longæ pacis mala ſæuior armis
Luxuria incubuit, victumque vulſcicitur orbem
Nullum crimen abeſt, facinuſque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit.

Et ſic quaſi ad literam refert Tit. Liui. lib. 1. in princip. ibi, ac tamdiù paupertati, ac parſimoniæ honos fuerit, &c.
Et Claudia. in Rufin. lib. 1. ſic continuando ait.

Semper inops, quicumque cupit, contentus honeſto
Fabritius paruo ſpernebat munera Regnum.
Sudabatque graui Conſul Serranus aratro,
Et caſa pugnaces Curios anguſta tegebat,
Hæc mihi paupertas anguſtior, hæc mihi tecta

Culmi-

Culminibus maiora tuis, &c.
Et paulò inferius.
Viuitur exiguò melius: naturæ beatis
Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognoue-rit vti.

Nec deſunt in iure noſtro authoritates, quibus paupertatis excellentia extollitur, & commendatur, & eius proximitas cum Chriſto ſignificatur vt in Can. gloria Epiſcopi 71. verſi neque vero, ibi, cùm paupertatem domus ſuæ pauper Dominus dedicarit, & paulò inferius, ibi, Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur 12. q. 2. facit tex. in Can. Clericus 12. q. 1. Can. Sacerdos 1. q. 2. Can. expedit 12. q. 1. & aliqua dicit Chaſſan. in Catalog. Glor. Mund. p. 12. conſideratio. 28. in prin. & Tiraq. de priuileg. piæ cauſ. in præfat. num. 9. ex D. Laurent. dixit, quod pauperes ſunt Theſaurus Chriſti, & quod relicta pauperibus computantur inter relicta ad pias cauſas, & ſic habent locum omnia priuilegia piæ cauſæ, de quibus plenè agit in eo tra-
86 ctatu, & multa † alia paupertatis priuilegia cumulant Archid. Gemini. Turrecrem. & Præpoſ. in Can. pauper. 11. q. 3. ſequitur Matheſil. ſing. vlti. Nouar. in prax. priuileg. miſerab. perſon. priuileg. 72. & 73.

Quibus obiter addo aliud ſingulare, & in praxi quotidianum, quod ſci-
87 licet vbicunque is, qui fideiubere † tenetur, ob paupertatem impeditur, loco fideiuſſoris admittitur ad cautionem iuratoriam, vt reſoluit Andr. Gayl. obſeruatio. 47. num. 8. lib. 2. ſequitur Dom. Præſid. de Franch. deciſ. 497. à num. 5. & quamuis videantur loqui in cautione ab vſufructuario præſtanda, id generaliter in omni caſu procedere tenet Surd. deciſ. 141. num. 7. & ab omnibus ita teneri affirmat Fontanell. de pact. nuptial. 1. par. clauſul. 4. gloſ. 18. par. 4. num. 75. & quotidie practicatur in Magna Curia cum habilitatis, ſeù liberatis in forma, qui conſtito de paupertate per fidem Aduocati pauperum admittuntur ad talem qualem. Aliaque multa ad paupertatis excellentiam cōgerit Dom. Regens Tapia in d. Auth. ingreſſi, verb. ipſo ingreſſu cap. 3. C. de ſacroſ. eccleſ.

Tertium ſubſtantiale Religionis
88 eſt Caſtitas, quæ † definitur, vt ſic virtus retinens mundiciem animi, & corporis cum voluntate Dei congruentem, & vitans omnes libidines, à Deo prohibitas.

Quæ definitio deſignat duplicem
89 † eſſe Caſtitatem. Prima eſt quę conſiſtit in mundicie animi, & corporis, ſine vllo ſeminis abuſu, ſine commixtione, & contaminatione corporum, ſine impudicis cogitationibus, & ſine vllis immundicijs libidinum. Quod contingit, quando mens humana couiungitur cum Chriſto quadam ſpirituali coniunctione abſtinendo ſe à dictis immunditijs, & hæc dicitur caſtitas ſpiritualis, ſeù cœlibatus iux. illud Paul. Apoſtol. ad Corinth. 1. cap. 7. & mulier innupta, & virgo cogitat quæ domini ſunt, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu, & ad Corinth. 2. cap. 11. deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto, & 1. Petr. Apoſt. cap. 1. Animas veſtras caſtificantes in obediētia charitatis, proſequitur Sebaſt. Medic. in Summ. omn. virtut. tit. de temperantia q. 19. & hæc caſtitas poteſt dici ſoror Angelorum, iux. illud Saluatoris noſtri apud Math. cap. 22. in reſurrectione enim neque nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in Cœlo, Sanct. Cyprian. in lib. de virgin. Et ſine ea aliæ virtutes ſunt imperfectæ, vt dicit tex. in can. hoc ſolum 33. q. 5. gloſ. verb. conſtitutam in §. ſi autem aliquis in Auth. quom. oport. Epiſcop. & de hac ſpirituali caſtitate loquitur D. Auguſti. dùm dicit, quod non ſolum tactu, ſed etiam affectu, & aſpectu amittitur, vt refertur in Can. non ſolo 32.

q.5. & hinc fit quòd eiuſmodi ſpiri-
90 tualis animi caſtitas † non amitti-
tur per violentiam corpori illatam
Can. 1. Can. propoſito ead. cauſ. & q.
& hoc innuit Senec. lib. 4. de benefic.
Non immeritò, inquit, in numero
peccantium refertur, qui pudicitiam
timori præſtitit, & non ſibi. Vnde
eleganter Cic. lib. 2. de legib. Caſtè,
inquit, iubet lex adire ad Deos, ani-
mo videlicet in quo ſunt omnia,
nec tollit caſtimoniam corporis: ſed
hoc oportet intelligi, cùm multum
animus corpori præſtet, obſerueturque
vt caſto corpore adeatur multo
eſſe in animis id obſeruandum ma-
gis, & ſic Pruden. in Pſychomac. in
pudicit. & libidi. pug. victricem pudi-
citiam, ita loquentem introducit.

Hoc tibi habe, exclamat victrix
Regina, ſupremus
Hic tibi finis erit ſemper proſtrata
iacebis,
Nec iam mortiferas audebis ſpar-
gere flammas
In famulos, famulaſuè Dei, quibus
intima caſtri
Vena animi ſola ferbet de lampade
Chriſti.

Et Diu. Propert. epigram. 51.

Mens illæſa nihil violato corpore
perdit
Inuitam carnis vulnera non macu
lant.
Nec crimen facti recipit non mix-
ta voluntas,
Velle magis facinus, quam tolera-
re nocet.

Et ſenſit Horat. ſatyr. 6. lib. 1.

Quid multa? pudicum
(Qui primus virtutis honos) ſerba
uit ab omni
Non ſolùm facto, verum opprobrio
quoque turpi.

Et tanta eſt huius virtutis excellen-
tia, & vis, quæ ſola cum fiducia poſſi-
bilis eſt hominum animas Deo præ-
ſentare, vt dicit tex. in §. ſanci-
mus igitur, in Auth. de Lænon. Col-
lat. 3. gloſ. verb. pudicos in proœm.
91 Decretal. in prin. Eſt tamen rara, †
& non vbique obuia iux. tex. in Can.
quia ſanctitas ad fin. 50. diſt. Quia
ſemel deperdita recuperari non po-
teſt Can. ſi Paulus verſ. caue quæſo
32. q. 5. & facit illud Ouid. in Epiſtol.
Acnonis ad Parid.

Nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia eſt: deperit illa
ſemel.

Et ſic dicitur Dei inſpiratione habe-
ri, ad tex. in Can. de his, ibi quibus
ſi gratia caſtitatis Deo inſpirante
placuerit 28. diſt. & ideo debet eſſe
chara, & magni habenda, quia omne
92 † rarum eſt charum gloſ. verb. mira-
culum in §. quantumcumque in
Auth. de conſul. collat. 4. Propterea-
que tanquam res adeo chara, & æſti-
mabilis habet ſuos cuſtodes, pudo-
rem, ſcilicet, & verecundiam, iux. il-
lud D. Gregor. moral. lib. 14. cap. 13.
ad fin. In quibus, inquit fit, vt mala
maiora corrigant per bona minima,
ſcilicet per exteriorem verecundiam
interiorem culpam, & D. Ambroſ. in
lib. de virgin. vbique in virgine, in-
quit, comes ſingularum virtutum eſt
pudor, hic indiuiduus debet eſſe vir-
ginitatis, ſine qua non poteſt eſſe vir
ginitas, & proſequitur Franc. Pico-
lom. de virtutib. moral. grad. 4. cap.
32. Marſ. Ficin. in argumen. ad Plato.
in Laches. vel de Fortitud. Sebaſt. Me
dic. in ſumm. omni. virtu. tit. de tem-
perantia q. 21. Tiraq. in l. 9. connub.
p. 9. gloſ. 1. num. 154.

Secunda caſtitatis ſpecies eſt con-
93 iugalis, quæ † conſiſtit in ſeruando
ordinem à Deo in matrimonio mi-
rabiliter inſtitutum, quod enim &
ſocietas coniugalis ſit caſtitas mul-
tis probari poteſt teſtimonijs, Pri-
mum quod miranda ſapientia coniu-
gium inſtituit, & ſanciuit, vt habetur
Geneſ. cap. 2. immiſit ergo Dominus
Deus ſoporem, &c. Non inſtituit au-
tem dominus, nec approbat in coniu-
gali commixtione peccata pugnan-
tia cũ caſtitate, & ſignificauit Paul.

Apoſt.

Apoſt.ad Hebr.cap.13. honorabile, ait, connubium in omnibus, & thorus immaculatus,fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus, & ad Theſalon. cap.4. Hæc eſt enim, ait voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum, vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, & ad Epheſ.5.viri,inquit,diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam,& D. Auguſtin.de bon.coniug.cap.8.vol.6. ſic ad propoſitum ait, ſicut bonum erat quod Martha faciebat, occupata circa miniſterium Sanctorũ,ſed melius quod Maria audiens verbum Dei; ita etiam bonum Suſannæ in caſtitate coniugali laudamus, vt refert Sebaſti. Medic. in ſumm. peccat. capital. tit.de luxur.q.3.vbi ex eadem authoritate probat, caſtitatem cælibatus eſſe perfectiorem,& excellentiorem, quod antea dixerat Paul. Apoſt. ad Corinth. cap.7. ad fin. igitur, ait,& qui matrimonio iungit virginitatem ſuam bene facit, & qui non iungit melius facit Can. ſic enim 9. §. quidat 28.q.1. gloſ. verb. tutius in cap. commiſſum de ſponſal.quam veritatem, & Ethnici videntur agnouiſſe, iux.illud Horat.epiſt.1.lib.1.

Nihil ait eſſe prius,melius nil cælibe vita.

Et contrarium aſſerere eſt errore Sancta Mater Eccleſia damnatus, vt in Conci.Triden.ſeſſio.24. can.10.

Nec damnat aliquis in tam grauibus rebus aliquos allegaſſe Ethnicos authores,quia (vt dixit D. Auguſti. lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 40.) Philoſophi antiqui ſi qua fortè vera, & fidei noſtræ accomoda dixerunt, non ſolum formidanda non ſunt,ſed ab eis etiam,tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vendicanda.

Ex omnibus igitur iam dictis conſtat quanto iure, & ratione à Sanctis Patribus,& Sacris Concilijs diſpoſitum fuerit, Religionis perfectionem, & ſubſtantiam conſiſtere in ſupradictarum trium virtutum profeſſione, & ſolemni voto, vt dicitur in d. cap. 1.Concil.Trid.ſeſſio.25. & alijs iuribus ſupra num. 79. allegatis, & materiam latè proſequitur Azor. in inſtit. moralib. tom.1. lib.12. cap.4. cum pluribus ſeqq. & qui eiuſmodi tria ſubſtantialia ſolemniter vouent, & profitentur dicuntur proprijſſimè, & ſtrictè Religioſi, vt diximus ſupra d.num.79.

94 Religionis † autem ſic propriè, & ſtrictè ſumptæ quatuor ſunt ſpecies, quæ diſtinguuntur ſecundum diuerſa inſtituta, & regulas,quibus ad vnum finem; perfectionem nimirum diriguntur. Certum eſt enim,quod quælibet religio,vltra profeſſionem obedientiæ,paupertatis,& caſtitatis,habet alia vota, & præcepta,quibus inter ſe diſtinguuntur,vt inſinuat Concil.Triden.d.cap.1.Boer. in tract. de ſtat.& vit.Eremit.nu.7. ad fin. Petr. Gregor.Tholoſ.in Syntag. iur.vniu. lib.15.cap.14.num.25.

Prima igitur ſpecies eſt Monachorum,ſecunda Canonicorum Regularium,Tertia Fratruum Mendicantiũ, Quarta Ordinum Militarium, prout ita diſtinguit Pater Ioan. Azori. vbi ſupra d.lib.12. cap.19. in princ. Qui adeo doctè, & diſtinctè ibi, & in pluribus capitibus ſeqq. materiam proſequitur,quod temerarium eſſet aliquid addere, vel minuere prætendere.

95 De prima ſpecie nempè Monachorum,& de pluribus quæſtionibus ad eam pertinentibus agit d.cap. 19. cum duobus ſeqq. & nonnulla notatu digna ponit etiam Franc. Duaren.de ſacr.eccleſ.miniſtr.lib.1. cap. 26. cum duobus ſeqq. Dom. Carol. de Tap.in d.Auth,ingreſſi verb. Monaſteria cap.16.& 18. Dicebantur
96 autem Monachi,† verbo græco,homines à cæterorum conſortio ſegregati,& quietam,tacitamque vitam

duriſ-

duriſſimè, & laborioſiſſimè in montibus, & ſaltibus, ac ſpeluncis degentes certis legibus, & inſtitutis, idemque Eremitæ, & Anachoritæ vocari ſoliti, vt dicunt allegati DD. & apud Hiſpanos appellantur *Monges*.

97 Secũda Religionis † ſpecies eſt illa, quæ dicitur Canonicorum Regularium, quam ab Apoſtolis inſtitutam, & à D. Auguſtino reformatam tenent Azor. vbi ſupra d. lib. 12. cap. 22 & Dom. Carol. de Tap. d. verb. Monaſteria cap. 2. qui latè tractãnt de materia.

98 Tertia Religionis † ſpecies eſt illa quæ dicitur Fratruum Mendicantiũ. quibus per Regulam, vel Conſtitutiones prohibitum eſt, fundos, prædia, poſſeſſiones, & annuos redditus, ſeù alia immobilia poſſidere; ſed ex eleemoſinis ſibi datis, vel oſtiatim quæſitis victum, & alimenta comparant, ideoque Mendicantes dicuntur, quia incerta mendicitas eis victum tribuit gloſ. verb. mendicantes in cap. ex eo. de exceſ. prælat. in 6. cap. 1. de religioſ. domi. in 6. gloſ. verb. mendicantes in cap. quorũdam de electio. in 6. Azor. vbi ſupra cap. 23. vbi diffusè tractat materiam. Quomodo autem Fratres Mendicantes differant à Monachis notant Duaren. d. lib. 1. cap. 23. & allegat Panorm. in cap. cauſam quæ el 1. nu. 2. de iudic.

99 Quarta ſpecies Religionis † eſt Ordinum Militarium. Eiuſmodique Religioſi Militares dicuntur, qui ſupradictis tribus Religionis Votis adſtricti, formulam aliquam viuendi Eccleſiæ authoritate approbatam profeſſi, cum hoſtibus fidei, & religionis Chriſtianæ bella, ſiue naualia, ſiue terreſtria committunt, ſecundum Azor. vbi ſupra lib. 13. cap. 3.

Ex quibus quatuor Religionis ſtrictè, & propriè ſumptæ ſpeciebus, ſeù fontibus oriuntur, & procedunt aliæ quamplures in Religionis Chriſtianæ maximam vtilitatem, ingentemque eius ſplendorem, & ornamentum, de quibus latiſſimè, & deſertiſſimè tractãt præallegati DD. ideoque circa id amplius non me extendo. Reſolutiuè tamen procedendo ex omnibus ſupradictis conſtituo, verè, & propriè religioſum eum dici, qui prædicta tria ſubſtantialia vota legitimè profeſſus fuerit. Adeo, quod Panorm. in cap. dilecta num. 4. de maior. & obedien. dixit, quod illi qui non promittunt omnia iſta tria vota, ſed aliquod ipſorum, non ſunt propriè Religioſi, nec dicuntur habere regulam, ſed potius quemdam viuendi modum, licet talis viuendi modus ſit à Summo Pontifice approbatus, gloſ. verb. obedientiam in Clemen. 1. de religioſ. domi. gloſ. verb. tertio in Clemen. cum ex eo de ſent. excom. Specula. in tit. de ſtat. Monach. num. 41. Rot. Roma. deciſ. 191. num. 4. p. 1. in nouiſſ. diuerſ. Calderi. conſ. 7. An fratres de penitentia num. 2. de Iudi. & for. compet. Gregor. Lopez in l. 1. tit. 7. par. 1. in gloſ. 1. Dida. Spin. in Specul. teſtám. gloſ. 12. prin. nu. 2.

Ex qua reſolutione primo infero, quod quamuis verè, & propriè Reli-
100 gioſi † gaudeant fori priuilegio, vt notat Anto. de Butr. in cap. 2. num. 6. verſ. & generaliter omnes de for. compet. quem ibi ſequuntur Ioan. de Anan. num. 2. & alij, & poteſt ponderari idem tex. & facit tex. in Concil. Trident. ſeſſ. 6. in decret. de reformat. cap. 3. & ſeſſ. 25. de regul. & Monial. cap. 14. incipit Regularis, Petr. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 11. §. videndum num. 5. in fin. Farina. in practi. crimin. tit. de inquiſitio. q. 8. num. 46. ampliatio. 20. Religioſus
101 † autem qui non fuerit profeſſus ſupradicta tria vota, qui ideo verè, & propriè religioſus non eſt, fori priuilegio gaudere minimè poterit, cùm priuilegia exemptionis ſint propriè, & ſtrictè intelligenda, gloſ. notab. verb. Cleri. in cap. per exemptionem vbi Philip. Franc. nu. 5. de priuil. in 6.
102 Et hinc fit, quod fratres † Ter-

tiarij,

tiarij,ſeu de pænitentia, qui etiam
ſolent continentes appellari, non
gaudent fori priuilegio, vt reſoluit
Calderi.d. conſ.7. ſequitur Zabarell.
in d.Clemen.ſuper eo, vbi etiam An
char.vterque num.5.de ſent.excom.
idem Anchar.in reg.ea quæ nu. 20.
de reg.int. in 6. & multa ad propoſi-
tem allegat Gregor. Lopez in d.glo.
1.& cum Calderi. videtur tranſire
Felyn. in cap. non dubium num. fin.
in fin.de ſent.excomm.declarat opti
mè Maria.Soccin.in cap.1. num.12.
de for. compet. vbi dicit,multum in
hac parte poſſe conſuetudinem, &
pluribus relatis ſequitur Augu.Barb.
de offi.& poteſt.Epiſc.alleg.12.n.41.
p.2. Calderini autē opinionē limita-
bis,vt ipſe etiam dicit,quando in cō-
trariū adeſſet Summi Pontificis priui
legium,& ſequitur Zabarel. d. nu.5.
103 Qui autem ſint iſti fratres † Ter-
tiarij,vel de tertio ordine, ſeù de pæ-
nitentia declarat gloſ.1. in Clemen.
1.de religioſ.domi.& in d.Clement.
cum ex eo. Domi.Carol.de Tapia in
d.verb.Monaſteria cap.54.num.6.&
ſeq. Azeue.in l.1.num.1.tit.14.lib.6
nou. recopil.

Secundo ex eadem reſolutione
infero. Neque oblatos gaudere fori
priuilegio,quia ſcilicet non profiten
tur prædicta tria ſuſtantialia vota. Et
quia circa huiuſmodi articulum ſunt
in iure aliqua nomina,quibus Oblati
ſignificantur, vnde ſolet oriri aliqua
confuſio, Ideo eſt ſciendum, quod
104 Oblati † aliquando vocantur Deo
deuoti,quandoque confratres, inter
dum Oblati, aliquando donati, &
Oblati,aliquando de familia Eccleſię
nonnunquam perpetuo Oblati, ali-
quando donati,& Oblati,& interdum
conuerſi profeſſi, vt dicit Calderi.
conſ.vlti.de regular. quem ſequitur
Dom. Tapia vbi ſupra verb. ſua cap.
10.num.1.

Strictè tamen, & propriè loquen-
do differunt inter ſe Cōuerſi,& Obla
105 ti. Nam Oblati † dicuntur, qui ſe
& ſua Monaſterio dedicarunt, nulla
facta profeſſione, retinendo propriū
habitum Laicum, vel etiam aſſumen
do aliquem habitum ſimilem, ſaltem
in colore religioni illi,cui ſe obtule-
runt, & habendo aliquem viuendi
106 modum. Conuerſi † vero dicuntur
illi,qui in aliqua religione trium vo-
torum ſolemnem profeſſionem emi-
ſerunt accipiendo habitum illius Re
ligionis, aliquantulum tamen diuer-
ſum ab alijs religioſis Clericis illius
ordinis,quos in Hiſpania *Motilones*,
ſeu *Donados* appellamus, ita colligi-
tur ex Maria. Soccin. in tracta. de
oblation.libell.8.num.21.Boer.dec.
20. num. 5. Domi.Tapia vbi ſupra
num.3. Quintil. Mandoſ. in additio.
ad Lap.allega. 129.lit.b.& c. Couar.
in cap.Alma mater 2.p.§.2.num.fin.
de ſent.excom.in 6. Azeued. vbi ſu-
pra à num. 5. cum ſeqq. & ſic patet
quod Oblati,& Cōuerſi ſtrictè loquē
do differunt in effectu, per ſolemnē
profeſſionem, licet nomina ipſorum
aliquando confundantur, & promi-
ſcuè accipiantur.
107 Conuerſos † igitur, qui profeſſio-
nem emiſerunt, cùm per eam ſint
vere religioſi, vt ſupra reſolutum
extat, gaudere fori priuilegio nulli
dubium eſt,cùm illud competat reli-
gioſis cap. non dubium cap. Paro-
chianos,cap. ex tenore de ſent. ex-
comm.& diximus ſupra num. ſe-
quitur plures allegando Auguſt.Bar
boſ.vbi ſupra num.38.
108 Circa Oblatos † tamen eſt maior
difficultas propter varietatem opi-
nionum. Quare ex mente Doctorum
hanc materiam tractantium aduerte,
quod in eiuſmodi Oblatis, qui non
faciunt profeſſionem idem operatur
perpetuitas oblationis ad effectum
gaudendi fori priuilegio, quod in
Conuerſis operatur profeſſio, vt ex
ſequentibus apparebit. Perpetuitas
autem oblationis (vnde perpetuo
Oblati dicuntur cap.per exemptionē
vbi Anchar.Franc.& Gemini. de pri-

uileg.

uileg.in 6.cap.cum & plantare §.fin. eod.apud Gregor.) conſiſtit in ſe ipſos, & ſua bona omnia Deo offerendo Zabarel. in clement. 1. num. 30. verſ.dic melius quod de decim.quem ſequitur Felyn.in cap.non dubium num.4.de ſenten.excom. Areti. in cap.2.num.6.de for.compet.poſt Panorm,ibi num.5.in fin. & eſt de mente Anchar.in d.reg. ea quæ num.20. idem Anchar. Franc. & Gemin. vbi ſupra,Facta igitur eiuſmodi perpetua & totali oblatione perſonæ,& bonorum cenſentur perſonæ Eccleſiaſticæ,& æquiparantur Conuerſis ad effectum fori,quamuis ſolemnem profeſſionem non fecerint Barboſ.vbi ſupra num. 39.

In Primis igitur eſt neceſſarium, quod ſe ipſos Deo obtulerint, & circa eiuſmodi perſonæ oblationem continetur, quod debent viuere vt religioſi, ſeruiendo illi Eccleſiæ cui ſe obtulerunt,& incedendo in habitu ſimili,ſaltem in colore illi religioni; Primum hoc requiſitum ſeruiendi religioſè in Eccleſia colligitur ex Zabarell.in Clemen.per literas num.9. verſ.& per hæc dic quod de præben. & digni. Marian. Socin.in tract.de oblatio.libell.&.num.21.verſ.ſed de prædictis dicendum Doct.Mart.de iuriſd.4.p.caſ.113.nu.fin.

De ſecundo autem requiſito incedendi ſcilicet in habitu, conueniunt Capell. Tholoſ.deciſ. 8. vbi Steph. Aufrer.Couar.d. nu.fin. verſ.Oblati vero,Anchar.d.num.20.Iul.Clar. in pract.crimin.§.fin.q.35.num. 19.& de ambobus requiſitis loquitur Carol.de Graſ.in tract. de effect. Clericat.effect.1.num.96, Petr. Bellug. in ſpecul.Princip.rubr.21.d.§.videndũ num.6.verſ.item comprehendi.Poſſet etiam prætendi in eiuſmodi perſonæ oblatione comprahendi, quod adhoc vt aliquis dicatur perpetuo Oblatus, ſit neceſſarium,quod non habeat vxorem, quia cùm vir habẽs vxorem non habeat integram ſui corporis poteſtatem cap. non debet de conſag.& affinit. non poteſt dici, quod ſit perpetuo, & omnino Oblatus,atque ita tenet Ioan.Anto. de Nigr.in cap.Regni Priuilegia nu.17.

Circa oblationem autem bonorum eſt obſeruandum, debere eſſe totalem,& cum effectu, alias enim non poterit aliquis dici perpetuo, & omnino Oblatus, ſi retineat in eius dominio partem bonorum, vel eius vſumfructum tex: optimus in Clem. 1. in fin. vbi etiam gloſ. de decim. Azeued.in l. 1. num. 6.tit. 14.lib.6. nou. recopil. Ioan. Anto. de Nigr.d. num.17. & colligitur ex mente Doctorum in d.cap. per exemptionem, & conuenit ſatis d.cap.Regni Priuilegia,Dom.Tapia in d.Auth.ingreſſi verb.ſua cap.10.num.19. Baiar.ad Iul.Clar.in pract.Crimin.§.fin.q.35. num. 21.

Tertio,ex eadem reſolutione infe-
109 ro, Equites † ordinum militarium (exceptis Hieroſolymitanis Sancti Ioannis)non eſſe verè, & propriè religioſos, & ideo fori priuilegio non gaudere, quia ſcilicet non profitentur ſupradicta tria ſubſtantialia vota religionis. Sunt quippè ordines militares in duplici differentia ſecundũ Doctorem Mart.in tract.de Iuriſdict. cap.32.num. 6. par.2.Quidam enim sũt merè Laici,qui nullius religionis regulis ligantur, vt ſunt equites aurei velleris,vulgo dicti del *Tuſon*. Equites Sancti Michaelis in Francia qui cùm ſint mere ſæculares, non eſt cur gaudeant aliquo Eccleſiaſtico priuilegio ad tex.in Can. duo sũt 12.q.1.Doct.Mart.vbi ſupra num. 3. Chaſſan.in Cathalog.Glor.Mund.p. 9.conſiderat.10. Petr.Gregor.Tholoſ.in ſyntag.iur.vniuerſ.lib.15.cap. 35.num.12.de quibus equitum ordinibus, ac de alijs ſimilibus idem tenet Azor.inſti.moral.tom.1. lib.12. cap. 6. verſ. quarto quæritur cum ſeqq.apud quos videre poteris de origine,& inſtitutis horum ordinum

Alij

Alij autem ordinis Militares ſunt Eccleſiaſtici, & horum aliqui iurant, & profitentur tria prædicta ſubſtantialia vota, Alij verò non. Qui iurant ſunt equites prædicti Hieroſolymitani, proptereaque verè, & propriè ſunt Religioſi, & Eccleſiaſticæ perſonæ, & ideo gaudent fori priuilegio d. cap. cùm & plantare, cum ſeq. de priuileg. gloſ. verb. Eccleſiaſticis in can. quiſquis 17. q. 4. ſimilis gloſ. verb. Eccleſiaſticus in cap. ſciant cuncti de electio. in 6. Felyn. in cap. 2. num. 8. de for. comper. Mart. vbi ſupra nu. 5. cum ſeq. & 4. par. caſ. 113. num. 32. Petr. Duen. reg. 99. ampliat. 5. vt refertur tom. 1. regul. iur. lib. 3. verb. clerici Auend. de exequen. mandat. 2. p. cap. 26. num. 11. ad fin. Azeued. in l. 14. num. 1. tit. 5. lib. 3. nou. recopil. Bouadil. in ſua Politic. tom. 1. lib. 2. cap. 19. num. 11. Petr. Caball. reſolu. crimin. cent. 1. caſ. 64. nu. 2. quem, & alios refert, & ſequitur Maur. Burg. in tract. de mod. proceden. ex abrup. q. 65. num. 58. cent. 1. & in hoc Regno practicatur quotidie. De origine autem horum militum, eorumque instituto, & priuilegijs tractant Petr. Gregor. Tholoſ. vbi ſupra cap. 34. Chaſſan. d. 9. p. conſiderat. 4. Dom. Tapia vbi ſupra verb. Monaſteria c. 34.

Ordines verò Militares in quibus non profitentur dicta tria ſuſtantialia vota ſunt Sãcti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ in Regno Caſtellæ, Ieſu Chriſti, & Auiſij in Luſitania, Sanctæ Mariæ de Mercede in Regno Aragonum, Monteſiæ in Regno Valentiæ, Sancti Sepulchri, Sancti Thomæ, Sancti Petri, Sancti Pauli, Lauretani, Sancti Georgij, Sancti Lazari, Liliati, Pij, & Sancti Stephani in Italia, vt dicit Doctor Mart. vbi ſupra num. 14. ſubdens num. 15. Milites horum ordinum non eſſe verè, & propriè religioſos, cùm non profiteantur dicta tria ſubſtantialia vota; & ideo non gaudere fori priuilegio; & quoad milites prædictos Hiſpaniæ, & Sancti Stephani, ita fuiſſe deciſum per Rot. Roman. & inter alios DD. allegat Anchar. in d. reg. ea quæ num. 20. de reg. iur. in 6. quibus addo Azeued. in l. 1. nu. 5. tit. 14. lib. 6. nou. recopil. Auend. d. nu. 11. ad fin.

Quam reſolutionem limitat idem Mart. nu. 18. caſu quo Summus Pontifex per priuilegium eximeret eiuſmodi milites à foro ſæculari, prout eximiſſe dicit Equites Calatrauæ, & Sancti Stephani, per priuilegium adductum à Borgni. Caualca. deciſ. 33. num. 17. p. 2. Sed parcat dominatio ſua, quia Caualcanus loquitur de Militibus Alcantaræ, & de militibus Sancti Stephani nihil dicit.

Non tamen ex eo inficio articulum, fateor enim, Summi Pontificis priuilegia in hoc caſu valida quidem eſſe, & efficacia. Subſiſto tamen in eo quod ſubiungit Mart. nu. 19. valere quidem eiuſmodi priuilegia, etiam in præiudicium Principum Sæcularium, & inuitis ipſis Militibus, vt videtur innuere nu. 21. Quia hic articulus opportuniorem requirit commoditatem.

Aduerto tamen, quod Bouadill. d. cap. 19. nu. 11. verſ. *Pero por la autoritad* dicit, Propter priuilegia à Summis Pontificibus ordinibus Sancti Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ conceſſa circa exemptionem à Sæculari iuriſdictione rem hodie eſſe claram, & expeditam; Subiungit tamen in conformitate dictorum priuilegiorum fuiſſe etiam expeditam cedulam Regiam pro obſeruantia ipſorum, quoad milites Sancti Iacobi; Quæ praxis Cedulæ Regiæ ſatis eſt contra opinionem Doctoris Martæ, dùm in conceſſione horum priuilegiorum, non requirit Principum Sæcularium conſenſum, & Alfonſ. de Azeued. in d. l. 14. num. 4. tit. 5. lib. 3. nou. recopil. dicit, in praxi vidiſſe, duos Equites, vnum Alcantaræ, & alterum Calatrauæ in cauſis criminalibus fuiſſe remiſſos ad eorum Iudices compe-

tentes

tenres dictorum ordinum, & exemptos à iuriſdictione Sæculari, non tamen dicir id fuiſſe vigore priuilegiorum Apoſtolicorum.

Azorius etiam d.tom.1. inſti.moral.lib.13.cap.3.verſ. ſecundo quæritur tractat articulum ex profeſſo, & concludit, dictos Milites Sancti Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, & ſi qui ſunt ſimiles, qui caſtitatem coniugalem promittunt, & iuxta regulæ profeſſionem proprium habere poſſunt, non eſſe propriè, & ſimpliciter religioſos, Tanquam Eccleſiaſticas autem perſonas eatenus fori priuilegio gaudere, quatenus à Summis Ponrificibus eis fuerit conceſſum, vt ait in verſ. verum enim vero.

Ex quibus omnibus colligirur, eiuſmodi Milites mero iure, & citra priuilegij prærogatiuam fori priuilegio non gaudere, atque ita in effectu videtur concludere Maſtrill. deciſ.290. & ſic in facti conringentia priuilegij tenor, & littera erit attendenda, vt dicit Caualc. d. deciſ. 33. num. 17.

Vnde cauebis à Maur. Burg. in d. tract. de mod. proceden. ex abrupt. q. 65. num. 56. cent. 1. vbi dicit, Milires Sancti Iacobi eſſe verè religioſos, ideoque gaudere fori priuilegio, quia Couartubiæ locus per eum allegatus in quo ſe fundat non reperitur, & Vaſq. non reſoluir quæſtionem, & Nauarro reſpondet Azor. vbi ſupra quod autem ſubiungit Burg. de remiſſionibus virtute Bullarum ſummorum Pontificum iam admiſſimus ſupra, quæ Bullæ non fuiſſent neceſſariæ, ſi dicti milites eſſent verè, & propriè religioſi, vt ipſe dicir.

Quarto ex eadem reſolutione in-
110 fero, Eremitas † non eſſe religioſos, neque perſonas Eccleſiaſticas, ideoque fori priuilegio minimè gaudere ſecundum Guli. de Mont. Laud. quem refert, & ſequitur Zabarel. in Clemen. per literas, nu. 9. de præb. & dignit. idem Zabarel. in cap. cùm monaſterium num. 3. de elect. Anchar. in reg. ea quæ num. 20. de reg. iur. in 6. Panorm. in cap. 2. nu. 10. de for. compet. & de iure dicit veriorem Socin. in cap. 1. num. 11. eod. tit. ſequitur Iacob. de Sanct. Georg. in l. 2. num. 12. ff. de in ius voc. Rot. Roman. deciſ. 2. de ſent. excom. num. 2. in antiquior. Steph. Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 8. nu. 2. & de poreſt. ſæcul. in eccleſi. reg. 2. num. 37. vbi dicit, hanc opinionem eſſe de iure veriorem, & ſecundum eam fuiſſe iudicatum in Curia Parlam. hancque opinionem eſſe de iure, & contrariam non eſſe communem affirmat Bellug. in Specul. Princip. rubr. 12. §. videndum num. 9. ſequirur multos alios referens Bouadill. in ſua Politic. lib. 2. cap. 19. nu. 199. quibus adde Zeuall. in tract. de cognit. per viam violen. 2. par. q. 33. fundaturque huiuſmodi opinio in diſtinctione tex. in can. duo ſunt 12. q. 1. qui rectè perpenſus, & ſincere conſideratus manifeſtè probat, ſolum Clericatum, aut religionis ingreſſum, eximere quemquam à Laicorum numero, & cætu.

Et quamuis multi DD. non contemnendæ authoritatis contrariam tenuerint opinionẽ, vt videre eſt per Boer. in tract. de ſtat. & vit. Eremit. & alios multos quos allegat Camill. Borrel. in additio. ad Bellug. vbi ſupra num. 8. lit. D. Certè nullum adducunt ſolidum fundamentum, ſed vnus alium ſequitur, & eorum aliqui contrariæ opinionis veritatem ſentientes ſolum dicunt, hanc eſſe æquiorẽ.

111 In primis enim tex. in can. † qui verè, & purè 16. q. 1. nihil probat pro hac opinione, immo poteſt pro contraria ponderari; Dicit enim, Eremitas dignos eſſe honore, quod non pertinet ad fori priuilegium, eos verò, ſubiungit, qui in Monaſterijs sũt, Epiſcopis eſſe ſubiectos. Ergo qui ſunt extra monaſteria, non ſunt Epiſcopis ſubiecti, vt denotat aduerſatiua vero, in eo tex. poſita Auguſt. Bar-

bos. de

boſ.de dictio.dictio. 365. Aug.Grat. eod.tract.dict.282. fatemur enim Eremitas in Monaſterijs exiſtentes religioſos eſſe vt ſtatim dicemus.

112 Præterea tex.in cap.† nulla ratione 93.diſt.iuncta ibi gloſ. verb. Acephalos, ſolum probat Eremitas gubernari ſub diſciplina,& prouidentia illius Epiſcopi, in cuius territorio ſunt. Qūod intelligendum eſt de diſciplina, & prouidentia, quoad ſpiritualia, non autem quoad iuriſdictionalia, ita vt Eremitæ ſint ſub iuriſdictione Epiſcopi,quam differentiam inter ſpiritualia, & iuriſdictionalia agnouit,licet ad aliud propoſitum, Doct.Mart. vbi ſupra 2.p.c.5.nu.67.

Quæ interpræratio aperte colligitur ex d.gloſ.verb verè in d.Can.qui verè,& purè,Quatenus ad probandū quod Eremitæ ſubſunt Epiſcopis, allegat tex. in d. Can. nulla ratione ſimul cum tex. in Can. ſin autem 11. q.3.& ſic hæc duo iura allegantur ad probandam vnam, & eandem ſententiam, & ſic debent intelligi ſecundū eūdem ſenſum, Tex.autem in d.Can. ſin autem manifeſte loquitur de gubernatione,& diſciplina quoad ſpiritualia,in quō ſenſu omnes de populo ſubſunt Epiſcopo non tamen ſequitur omnes de populo eſſe ſub iuriſdictione temporali Epiſcopi, ait enim tex.ſi autem vobis Epiſcopis nō obedierint omnes Præsbyteri, Diaconi, ac Subdiaconi,& reliqui Clerici,omneſque Principes tam maioris ordinis,quam inferioris,atque reliqui populi,non ſolum infames,ſed & extores à Regno Dei erunt.Quæ quidem verba de diſciplina,& obedientia iuriſdictionali, & tēporali intelligi minimè poſſunt, eam enim non habere Epiſcopos ſuper Principibus, & populis pluſquam certum eſt;ſed de diſciplina ſpirituali. Eodemque loquēdi modo vtitur Concil. Triden.Seſſi. 25.in decret. de reformat.c.3.dum ait, quod gladius excommunicationis eſt neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ ad continēdos in officio populos non tamen inde ſequitur, Populos eſſe ſub temporali iuriſdictione Epiſcoporum, quibus eſt excommunicandi ius, quamuis ſint ſub eorum diſciplina, atque ita etiam eſt intelligendus tex.in d. Can. nulla ratione.

113 Non obſtat inſuper tex.in cap.† cū monaſterium 13.de elect. vbi Eremita fuit poſtulatus in Abbatem illius Monaſterij, & à Pontifice confirmatus, ergo ſequitur eſſe perſonam Eccleſiaſticam,aliàs repugnarent termini.Nam reſpondeo cum gl. vbi verb. Eremo,quam ſequuntur Innoc.Bald. & alij de Eremitis, Monacis, & Profeſſis exiſtentibus in Monaſterijs prout hodie ſunt Camaldulenſes,ij enim tanquam verè religioſi gaudent vtrique fori priuilegio,ſequitur Fely. in c.2. nu.6. de for. compet.Zabarel.in d.c. cum Monaſterium nu.2.in prin. & agnouit Duare. de Sacr.Eccle.miniſt.lib.1.c.21.in prin.& diximus ſupra ad d.Can.qui verè,& purè,etiāſi de ſuperioris licentia à Monaſterijs exierint,& vitam duxerint Eremiticam, atque ita eſt intelligendus tex. in c.1.de exceſ.prælat.in 6.& in c.priuilegium de verb. ſig. eod. lib. optimè Barboſ.vbi ſupra nu.42.cum ſeq.

Ex qua differentia inter Eremitas Monacos,& Profeſſos, & eos qui nō ſunt profeſſi, dependet etiam ſolutio ad gl. verb.non poſſunt in l.2.ff.de in iūs voc. quæ pro hac parte allegari ſolet.Nam præterquam,quod illa gl. nihil exprimit de fori priuilegio, patet manifeſtè(iuncto eo tex.)quod loquitur de Eremitis clauſtralibus,qui ſunt ſub poteſtate,& iuriſdictione Prælati in religione, vt ſunt Camaldulenſes,& alij ſimiles, atque ita notant Bar.ibi,& melius Paul.Caſtr.vterq; nu.4. qui expreſsè loquitur de religioſis, iuxta eiuſdem tex.verb.ibi propter loci religionem.

Atque ita ſimiliter eſt intelligendus Ang.ibi nu.5.dum fundatur in eiuſdem tex.& gloſ. authoritate,& ea [illegible] P [illegible] magis

magis,quod ſubiungit,eiuſmodi Ere
mitas debere iurare continentiam,vt
notat Innoc.in d. cum Monaſterium
in fin.de elcct.quē ſequuntur alij ibi.
Quando igitur Eremita eſt ſub pote
ſtate Prælati,vt ſupra diximus, & iu-
rauit continentiam,vt Ang.Innoc.&
alij ſupponunt, mirum nihil ſi tan-
quam perſona Eccleſiaſtica,& religio
ſa iudicetur.Proptereaque Archidia.
in c.1.ad fin.de exceſſib. Prælat.in 6.
concludit, Eremitas non eſſe religio
ſas perſonas,niſi ſe dederint alicui re
ligioni de approbatis,ideſt,vt ego exi
ſtimo,ſummittēdo ſe Prælato, vt ſen
ſerunt Bar.& Paul.in d.l.2. & iuran-
do continentiam, vt dicunt Ang. &
Innoc.& ſub hac diſtinctione idem
tenent Silueſt.in ſum. verb. Eremita
q.1.quem ſequitur Nauar.in manua.
c.27.nu.79.verſ. 8. declaratio in fin.
Armil.in ſum. verb.Eremita.Eremi-
tæ vero,qui huc illuc vagantur, ſine
obedientiæ,& continentiæ vinculo,
nullo gaudent fori priuilegio, quia
merè laici ſunt, cum non profitean-
tur aliquem viuendi modum,quo lai
ci eximuntur à Sęculari Iuriſdictione
iuxta ea quę ſupra diximus,ex d.Cā.
duo ſunt 12.q.1. & hæc pro materiæ
aliquali notitia;Ne tractatum de Cle
ricatus cognitione inſtituens, tracta-
tum de religione feciſſe videar,inci-
dēs in illud Horatij in prin.art.poec.

Amphora cæpit
Inſtitui,Currēte rota cur Vrceus exit?

Ad Carauit. num. 19.

QVęrit in hoc numero Carauita
an aliqui in iure reperiantur
114 caſus,† in quibus Iudex Sęcu
laris pōt cōtra Clericū procedere, &
de eo cognoſcere.Circa q̄ quęſtionē
multa dici poterāt à noſtri tex. mate-
ria non prorſus aliena, Quia tñ arti-
culus iſte late tractatur ꝑ DD.à Ca-
rau.hic allegatos, & alios quos cita-
uimus ſupra in 1.p.in 2.prælu.in fin.
præſertim per Bouad. loco ibi allega
to.Io.Garſia.de Hiſp.nobilit.glo.9.à
nu.28.Ideo ego in pręſenti contētus
ero,aliquos vſu forenſi practicabilio
res proponere, & explicare, eo quod
aliquid noui forſan adducam nō inu
tile,& infructuoſum,vt ſpero.

Primus igitur, & frequētior caſus
in quo Clericus ſubiacet Iudicis Lai
ci iuriſdictioni ſit, qñ aſſumpſit Cle-
115 ricalē ordinē † poſt cōmiſſum deli-
ctū,tunc.n.de ſtricto iuris rigore,fori
priuilegi.gaudere nō debet,ꝑ regulā
tex.in l.1.ff.de pęnis cuius verba sūt

Quoties de delicto quæritur, pla-
cuit,nō eā pęnā ſubire quē debere,q̄
cōditio eius admittit, eo tēpore quo
ſentētia de eo fertur,ſed eā cām ſuſti
nere,q̄ ſuſtineret,ſi eo tēpore eſſet sē
tētiā paſſus,cū deliqt.Quæ verba ma
nifeſte ꝓbāt,ꝙ in pęnis,& delictis eſt
attēdendū criminis tēpus, ad effectū
cōpetentiæ Iudicis,ꝑ quē tex.ita te-
net Ant.Gom.var.reſo.to.3.c.10.n.5
& alij multi quos allegat Ambroſ.de
immu.Eccl.c.19.n.1.cū ſeqq. Cuius
Regulę ratio eſt,qa generaliter in cō
116 tractibus, † vel quaſi, & in delictis,
vel quaſi sēꝑ initiū eſt expectādū,o-
ptima gl.verb.elect.tēpore in c.dudū
2.2.de elect.Steph.Grat.diſcep. fore.
c.226.n.12.to.2.& habetur latiſsimè
lib.9.reg.iur.verb.initiū expectandū.
117 Ex qbus fit,ꝙ ſi Clericus † cōmi-
ſit delictū,& poſtea fit Laicus, debet
remitti ad Eccleſiaſticū Iudicē,vt ex
multis authoritatibus fuiſſe decisū in
S.C.refert Gram.deci.10.quē refert
Baiard.ad Iul.Clar.in pract.crim.§.fi.
q.36.nu.46.Vin.de Franch. dec.417.
n.5.& 6.Verū .n. vero q̄uis de ſtricto
Iuris rigore ſuperior reſolutio obſer-
uāda eſſet;veritas eſt, ꝙ articulus ali-
ter practicatur;attēta quadā pia ęqui
tate,ꝓpter totalē Clerici ſtatus mu-
tationē,vt dicit Io.Fran.de Apon. in
tract.de poteſt.Proreg.tit.7.§.7.n.15
Steph.Gra.vbi ſupr.n.21.Sic Laicus
118 delinquens, & poſtea factus Cleri-
cus,non ſemper cognoſcitur per Lai
cum Iudicem,ſed frequentius per Ec
cleſiaſticum,ſecundum præuentionis
contingentiam.

Quare,vt clarius materiā intelligas
Aduer-

Aduerte breuiter, quod præuentio
119 † in præſenti, nihil aliud eſt, quam eiuſdem rei, vel perſonæ, quæ ad plures Iudices pertinet præcognitio, vel præoccupatio, ita colligitur ex tex. in l. ſi quis poſteaq̃. 7. ff. de iud. & ex Calui. in lexi. verb pũentio poteſtq; pũẽ-
120 tio † contingere non ſolũ in cauſis ciuilibus, vt in d. l. ſiquis poſtea quã, & in l. cum quædam puella 19. ff. de iuriſdi. omn. iudi. ſed etiam in criminalibus, vt colligitur ex Boſſ. in tit. de for. compet. nn. 102. cum ſeqq. quem ſequitur Barboſ. in d. l. ſi quis poſtea quam nu. 52. quibus addo Scipio. Rouit. in pragm. 1. tit. vbi de delict. quis conuen. deb. per totam. omiſſiſque cauſis Ciuilibus, dico, quod in cauſis
121 Criminalibus Præuentio † inducitur per citationem legitimam, validam, ſpecialem, & excequutam, ideſt intimatam, & non antea, vt diffuſe proſequitur Barboſ. vbi ſupra à num. 22. cum pluribus ſequentibus, Carauit. ſuper rit. 205. nu. 15. Quod intellige etiam de citatione reali, ideſt de captura, per capturam enim delinquentis inducitur præuentio, ſecundum eundem Barboſ. vbi ſupra à nu.
122 66. Gram. dec. 30. n. 6. ſed quæ nã † ſit potentior, diſputat Barboſ. vbi ſupra nu. 70.

Quibus ſic breuiter præcognitis, ad dictæ quæſtionis reſolutionẽ, tres
123 † caſus ſolent diſtinguere communiter DD. Primus eſt, quando non eſt præuenta neque cauſa, neque perſona Clerici, Secundus eſt, quando ſola cauſa eſt pręuenta, & nõ perſona, Tertius eſt, quando & cauſa, & perſona eſt præuenta. Primo caſu videtur practicabilis ſupratradita doctrina Ioan. Franc. de Aponte, vt ſcilicet propter totalem ſtatus mutationem liberetur Clericus quantunq; poſt delictum factus, à iuriſdictione Iudicis Sęcularis quando nõ fuit præuenta cauſa neq; perſona, quia forſan vel delictum fuit adeo leue, vel male probatum, quod Iudex Laicus, vel noluit, vel non potuit præuenire ſaltem cauſam cum citatione, & in his terminis exiſtimo, q̃ loquitur Cou. pract. qq. c. 32. n. 2. ver. prima cõcluſio; In quo eminet ſingulare quoddam Clericorũ priuilegiũ cõtra receptas iuris regulas deſũptas ex d. l. 1. ff de penis cũ alijs ſup. alleg.

Putarem tamen, quod ſi inter delictum, & Clericatũ interuenerit adeò modicum tẽpus, quod veroſimiliter Iudex Laicus non potuit expedire citationem, & ſic præuenire ſaltem cauſam, quod tũc, quia ex tali celeritate
124 † in Clericatus aſſumptione præſumitur fraus iux. tex. in c. officij 38. de elect. Maſcar. de prob. concl. 815. nu. 15. vol. 2. Hipp. de Marſil. in l. ſtatuliber n. 6. ff. de quæſt ceſſaret ſupratradita reſolutio, & articulus reducetur ad terminos ſtatim in 2. caſu diſcutiendos Alex. Ambroſin. de immunit. eccleſiaſt. cap. 19. nu. 9.

Secundo vero caſu, quãdo ſcilicet
125 ſola eſt præuenta † cauſa & nõ perſona, attento Iuris rigore totalis cognitio pertinet ad Iudicem Laicum, per regulam tex. in d. l. ſi quis poſtea quàm, & in d. l. cum quædam puella, quibus addo tex. de iure canonico in c. propoſuiſti 19. de for. compe. & eſt optima gl. verb. citationes, in c. quoniam contra. de probatio. quibus iuribus probatur, quod ſi quis, poſtquã in ius vocatus eſt, & ſic pręuenta cauſa, mutauit forum, adhuc corã primo Iudice tenetur cauſam proſequi, & regulę huius ratio eſt, vt dicũt illa iura, q̃a in hac ſpecie pfertur Iudex præueniẽs, q̃ pſequitur Barb. vbi ſupra n. 2.

Quæ quidẽ ratio propria, & genuina eſt ad illa iura, quæ loquuntur in cauſis ciuilibus, quando autem applicãtur ad cauſas criminales, in quibus vltra præuentionis rationem facilè pręſumitur fraus, & dolus in mutatione fori poſt delictum, at mox videbimus, ego adiungerẽ aliam rationem, ad confirmationem eiuſdem regulæ. Propterea nimirum delinquentem mutantem forum poſt delictum, &

eius accuſationem, & inquiſiti ɔnē, & à fortiori poſt citationem deberi cognoſci per primum Iudicem, quia tali caſu, muratio fori præſumitur fraudulenta, & doloſa, & ſic ei iuuare nó de-
126 ber, per regulam, quod fraus, † & dolus nemini debent patrocinari l. cũ qui 21. ff. de inoffici. teſta. l. ita demũ 36. in prin. ff. de recep. arbitr. cũ alijs adductis lib. 6. reg. iur. verb. fraus nemini vbi Azo. dicit, ꝙ hæc regula eſt rationabilis, & vix patitur exceptionē, pro cuius reſolutionis fundamento allegãt etiã DD. tex. in l. hos accuſare 12. in fi. principij ff. de accuſar. & in l. ſi maritus 15. §. legis Iuliæ ff. ad leg. Iul. de adulter.

Quod vt exacte intelligas, aduer-
127 te breuiter, Clericatũ † in frandē aſſumptũ tunc dici, quando aſſumitur poſt commiſſi criminis diffamationē, accuſationē, ſeu inquiſitionē, & multo magis poſt citationē, & ſententiã, iux. tex. in l. ſi in prin. & in §. Papinianus ff. de bon. eor. qui ant. ſent. mort. ſib. conſc. & in l. ſi. ff. de re milit. docet Coua. prac. quęſ. c. 32. n. 4. verſ. fraus vero maximè, & quod ita sẽtit maior pars Interpretum affirmat Iul. Cla. in in d. §. fi. q. 36. n. 44. & dicit cõem Farin. in prac. cri. de inquiſi. q. 8. n. 110.

Supradictis tñ regulis non obſtãtibus putant cõiter DD. ꝙ adhuc data
128 prçuentione, † & fraude in Clericatus aſſumptione, Iudex Laicus ſit Iudex cauſæ, quoad pecuniariã condẽnationem, Ecleſiaſticus vero quoad perſonalem diſtrictionē Clerici, quã opinionē tenet præceptor Bar. in d. l. 1. n. 3. ff. de pęn. Boſſ. in tit. de for. cõpet. n. 144. & in tit. de pęnis n. 38. vbi dicit cõem Couar. dicens etiã cõem d. c. 32. n. 4. verſ. tertia concluſio Iul. Clar. dicẽs cõem, d. q. 36. nu. 43. & ita fuiſſe deciſum per S. C. refert Vin. de Franch. dec. 384. ſequitur innumeros cumulans Farin. d. q. 8. n. 107. quibus addo Bouad in ſua polit. 1. to. lib. 2. c. 18. n. 77. & nouiſſ. Zeual. in ſpecul. com. contra com. q. 897. à nu. 1020 lib. 4. & fuit originalis doctr. Io: And. in c. vnic. n. 19. ad fi. verſ. puto quod in ciuili de oblig. ad ratiocin. non ordin de cuius opinionis veritate, & fũdamento videas, quæ ſtatim dicemus in diſcuſſione tertij caſus.

In qua reſolutione vides, ꝙ refulget etiã aliud ſingulare Clericorum priuilegiũ contra generales iuris regulas, deſumptas ex d. l. ſi quis poſtea quã, & ex d. l. cum qui ff. de inoffi. teſta. cum alijs ſupra allegatis. Contra aliã etiã iuris regulã, de qua in l. 1. C de dot. promiſſio. qua cauetur, plura ſpecialia circa eandem rem in iure concurrere minime poſſe.

Tertio tandem caſu, qñ nimirum
129 fuit præuenta † cauſa, & perſona, adhuc exiſtimarunt aliqui, perſonã Clerici ad Eccleſiaſticũ Iudicem remittendã fore, ea ſcilicet ratione, qa ordines etiam conferuntur cũ effectu in carceribus, & ſic præuenta perſona, & in fraudem, vt dicit Vin. de Frãch. dec. 209. n. 5. Suſceptis igitur ordinibus, licet ratione præuentionis, & fraudis amittat Clericus ordinatus fori priuilegiũ, non tñ amittit priuilegiũ can. ſi quis ſuadenre diabolo 17. q. 4. cuius virtute Iudex Laicus Clerici perſonã tangere nõ poteſt, vt dicit Barb. in d. l. ſi quis poſtea quã n. 223.

Alij autem, & melius tenent, in ſu-
130 pradicto caſu præuentionis † cauſæ, & perſonæ, Clericatum non prodeſſe, ſed Iudicem Laicum remanere competentem, etiam quoad perſonã prætenſi Clerici, ita tenet idem Barboſ. vbi ſupra nu. 241. & allegat inter alios Vin. de Franch. d. dec. 384. n. 14 & omnes ita tenere teſtatur idem de Franch. d. dec. 209. nu. 3. affirmat expreſſe Io: Andr. in d. c. vnic. nu. 20. ad fin. ſequuntur Panor. ibi n. 5. ante fin. verſ. ſi quæritur an mutetur, cum qua tranſit etiam Zabarell. ibidem col. 4. verſ. ſeptima eſt opinio. vbi etiam Anto. de Butr. num. 12. Bart. in d. l. 1. num. 3. in fin. ff. de pœnis, Bald in l. ſi quis decurio num. 3. ibi nec ad

torturam C.ad leg. Corneł.de falſ.& in hoc nulla eſt dubitatio, ſequitur Decian.tract.crimin.lib.4.cap.9.nu. 137.

Quod intellige etiam ſi Clerica-
131 tus † ſit aſſumptus ante ſententiã, poteſt enim contingere, quod Laicus pro delicto carceratus,& ſic præuenta perſona, fiat Clericus ante ſententiam condemnatoriam, quo caſu, vt diximus, procedit etiam ſuperior reſolutio: quia omnes ſupra allegati DD.non ſe fundant in ſententia, ſed in præuentione reali,ideſt,captura,vt agnouit Vincen.de Franch. d. deciſ. 209.num.5.ibi,quæ conſideratur ante ſententiam,optimè Barboſ.vbi ſupra nu. 243.

Difficultas tamen conſiſtit in reſoluendo,an eadem reſolutio proce-
132 dat,caſu quo perſona † non fuit præuenta per capturam, fuit tamen certo modo præuenta per ſententiam condemnatoriam Iudicis Laici ex forma ſtatuti,ad notata per Boer.deciſ.278.num.12. Petr. Caball. reſolut.criminal.caſ.181.centur.2. verbi gratia, quidam commiſſit delictum propter quod,eo exiſtente extra manus Curiæ fuit condemnatus in contumaciam,ideſt foriudicatus,ſeruata forma Conſtitutionis Pœnam eorum. An eo, poſt hanc foriudicationem, facto Clerico, & poſtea perueniente ad manus Iudicis Laici, qui eum foriudicauit, teneatur eum remittere ad Eccleſiaſticum Iudicem.

Quæ quidem quæſtio iam ſopita videtur per dictã deciſ.384. Vincen. de Franch. vbi in propoſita ſpecie iunctis aulis fuit votatum pro Clerico,& in fortioribus terminis in deci. 709.Reducta quæſtione ad terminos ſecundi caſus ſupra poſiti, quando nimirum eſt præuenta ſola cauſa, & non perſona, ita vt Iudex Laicus remaneat competens quo ad cauſam, & condemnationem in bonis,Eccleſiaſticus vero quoad perſonam.

Sed profectò licet Sacri Concilij
133 deciſio † magnificienda ſit, & inconcuſſè obſeruanda, præſertim in Regno, & ipſius Domini Vincentij de Franch. authoritas grauiſſima apud me ſit,& efficax;Negare tamen non poſſum, quod grandes pariter difficultates.

Prima deſumitur ex dictis eiuſdẽ in d.deciſ.209.num.5. & in d. deciſ. 709. in fin.ex dictis ſcilicet remiſſionibus, quando eſt præuenta cauſa, & perſona, oriri maximum contemptũ iuſtitiæ, in graue Reipublicæ detrimentum.Cuius cauſa quantum ſit fauorabilis,& priuilegiata, copioſè demonſtrauimus ſupra 1.par. num.79. Et ſi vna ex rationibus, propter quas Ioan. Andr. & cæteri ſupra allegati mouentur ad reſoluendum,quod data præuentione cauſæ, & perſonæ nõ valet, nec ſuffragatur Clericatus aſſumptio,eſt,quia tali caſu, ex validitate Clericatus,& remiſſione ad Eccleſiaſticum Iudicem reſultaret maximum iuſtitiæ detrimentum, quanto igitur maius eſt detrimentum, & magis conſiderabile,& pernicioſum, in remiſſione facienda poſt ſententiã condemnatoriam foriudicationis, in
134 qua foriudicatus † declaratur hoſtis publicus Reipublicæ, & tanquã talis permittitur occidi,non ſolum impunè, ſed occiſores conſequuntur præmium,vt in d.Conſti.pœnam eorum expreſsè cauetur, Petr. Caball.reſolut.crimin.caſ.220.num.39. centur. 3. Clericatu igitur aſſumpto poſt foriudicationem,& facta remiſſione,iſte taliter remiſſus audacter,& liberè diuagatur per vias, & plateas eius Reipublicæ,cuius eſt hoſtis:Vnde ſequitur quoddam maximum abſurdum,nempè,quod iſte talis eſt hoſtis, quia foriudicatus,& eſt Ciuis, quia Clericus, vt diximus ſupra 1.p. num. 81. ex Aluar. Valaſc. conſult. 100. & alijs. In hoc igitur conſiſtit abſurdum,in hoc eſt conſiderabile inconueniens, & in hoc adeſt detrimentum iuſtitiæ,grauius ſatis,& per-

nicioſius , quàm caſu quo aliquis
ordinatur in carceribus,& ſic præuen
ta perſona, de cuius carcerationis,&
cauſæ iuſtitia adhuc non liquet per
ſententiam, ſicut in foriudicato.

Secunda difficultas oritur ſimili-
ter ex alio fundamento,quo Ioan.An
135 dr. † & alij ſupra allegati vtuntur
ad ſupradictam reſolutionem; Dicũt
enim propterea data præuentione
cauſæ,& perſonæ,ideſt carceratione,
non valere Clericatus aſſumptionẽ,
quia talis Clericatus aſſumptio non
inuenit liberum aſſumentem , ideſt,
carceratum,& præuentum.Ad quam
rationem non allegant aliquem tex.
ex quo poſſit declarari, quia in ſe ip-
ſa videtur obſcura.Quia ſi intelligũt;
quod tali caſu non ſuffragatur Cleri
catus ipſum carceratum, quia non
reperit illum liberum , ſed carcera-
tum , & ſic de facto impeditum , &
non liberum,non bene dicunt,quia,
vt paulo antea diximus, ordines con
feruntur cum effectu ei, qui eſt carce
ratus.

Quare dic, quod ille tex.in d.cap.
136 vnic.† de obliga. ad ratiocin.quem
interpretatur Ioan. Andr. cum quo
tranſeunt omnes , agit de quadam
irregularitatis ſpecie, quam DD.ap-
pellant ex defectu libertatis , vt ad-
uertunt Sayr.in theſaur. caſ.conſcie.
lib. 6. cap. 14. Toler. in inſtruct. ſa-
cerdota.lib. 1.cap.60. Dicuntque hu
137 iuſmodi irregularitatem † cauſari ,
vel ex obligatione ad ſeruitutem,vel
ex obligatione ad reddenda ratioci-
nia, vel ex obligatione ad officium
Curiæ Sæcularis,vel ad matrimoniũ
Dicunt igitur Ioan. Andr. & cæteri
qui eum ſequuntur,quod quando Iu
dex Laicus præuenit cauſam, & per-
ſonam,ideſt,carcerauit, & poſtea car
ceratus efficitur Clericus, non iuuat
Clericatus , quia non reperijt eum
liberum,ideſt quia reperijt eum irre-
gularem ex defectu libertatis . Quæ
quidem irregularitas, in caſu de quo
agimus , non cauſatur ex obligatio-
ne ad matrimonium, neque ex obli-
gatione ad officium Curiæ Sæcula-
ris,vt patet ad ſenſum,neque ex obli
gatione ad ſeruitutem, quia iſte non
eſt propriè ſeruus , neque etiam ſer-
uus pœnæ , cùm adhuc non ſit con-
demnatus , quia , vt ſupra diximus ,
Vincent.de Franch.d. deciſ.209.num.
5.& Barboſ.d. num. 243. intelligunt
d. communem opinionem Ioannis
Andreæ etiã de carcerato facto Cle-
rico ante ſententiam condemnato-
riam;Sequitur ergo à ſufficienti par-
tium enumeratione,irregularitatem
de qua loquuntur Ioan.Andr.& cæte
ri (qui dicunt Clericatum non ſuffra
gari in propoſita ſpecie,quia non re-
perijt hominem liberum) oriri,& cau
ſari ex obligatione ad ratiocinia, id-
eſt ad reddendam rationem ſuæ in-
quiſitionis , Ille enim qui ad ratioci-
178 nia † eſt obligatus , certo modo ,
quo ad hanc materiam , dici poteſt ,
quod caret libertate,& quaſi æquipa
ratur ſeruo , vt conſiderat Sayr. vbi
ſupra num. 6. & facit eleganter tex.
in can. frequens 54. diſt. Accedente
ſimul impedimento perſonæ , quia
eſt carceratus, quo fit,quod cum ef-
fectu non poteſt dici ſui iuris,& liber
l.2. ff. de liber. homi. exhiben.prout
debet eſſe is, qui diuinis officijs man
cipatur , & Eccleſiæ ſeruitio vacare
intendit.

Tunc igitur ſic argumentor , Lai-
cus, qui deliquit, & fuit carceratus ,
& poſt carcerationem effectus eſt
Clericus , non iuuatur Clericatu ,
quia cum non inuenit liberum , ſed
ſic eſt , quod quando aliquis aſſum-
pſit Clericatum poſt foriudicationẽ
eſt minus liber ; ergo Clericatus ei
prodeſſe non debet,per argumentum
à minori cap. cum in cunctis de ele-
ctio. cum alijs adductis per Euerar.
in locis legal.in loco à minor.

Maior propoſitio ex ſuperioribus
patet.Minor autem ſic probatur.Cõ
demnatus per ſententiam foriudica-
139 tionis † efficitur ſeruus pœnæ
Vinc.

Vinc. de Franch. deciſ. 102. num.8. & 31. Boer. deciſ.278. num.12. Iul. Clar.in pract.crim.§.fin.q.71. num. 10.ergo minus liber eſt,quàm is,qui in carceribus detinetur,qui nondum eſt condemnatus, ſed ſolum dicitur carere libertate, quia obligatus eſt ad reddendam rationem prætenſi cri minis commiſſi. Et inter irregularita tes ex defectu libertatis maior, & po tentior eſt illa,quæ cauſatur ex obli gatione ad ſeruitutem, vt proſequi tur Sayr. d. cap. 14. à num. 2. quod intelligit ibi num. 5. in fin. de omni genere,& vinculo ſeruitutis, & eſt ti tulus de ſeruis non ordinandis.

Quæ quidem ratio ſeruitutis pœ-
240 næ adeò viguit apud Chaſſan. † in conſuet.Burgun.rub.1. §.5. nu.105. quod per eam expreſsè tenet, Clericatum ſuſceptum poſt ſententiam condemnatoriam non prodeſſe. Et licet aliqui exiſtimauerint, Chaſſaneum fore intelligendum, quando iſte condemnatus erat ſimul carceratus,vt dicit Vincen.de Franch.ſen ſiſſe aliquos ex dominis votantibus in illa deciſ. 384. num. 14. eiuſmodi intellectus conuincitur manifeſtè. Primo quia Chaſſaneus loquitur de eo qui ingreſſus fuit religionem, & ſic illa particula, ingreſſus, videtur denotare actum extra carceres factum. Secundo quia de aſſumente Clericatum in carceribus iam loquu tus fuerat num.67.& ſic non eſt credendum voluiſſe idem repetere d. n. 105. Maximè dum allegat diuerſa iura,& authoritates.

Tertia difficultas non eſt minor ſu perioribus, oriturque ſimiliter ex ea dem doctrina Ioan. Andr. relata, & ſequuta in dictis deciſionibus 384.& 709. dum habet, quod quando aliquis aſſumpſit Clericatum poſt ſententiam fotiudicationis extra carceres, reducatur cauſa ad terminos ſecundi caſus ſupra poſiti, ita vt dicatur præuenta ſola cauſa, & non perſona,& proinde Iudicem Laicum eſſe competentem quoad cauſam, & condemnationem pecuniariam: Eccleſiaſticum vero quoad perſonam, ratione characteris impreſſi in Clerico, vt denotat Ioan.Andr. d.verſ. puto quod in ciuili, & ſequitur Vincen.de Franch.d.deciſ.384.num.13.

Quæ reſolutio difficilis eſt, eiuſque ratio difficilior, non dicam falſa. Nam Ioan. Andr. (in cuius doctrina fundatur communis opinio) nullum adducit tex.directè,vel indirectè facientem ad ſuum propoſitum, quod ſcilicet in ſupradicta ſpecie, Iudex Laicus, qui præuenit cauſam remaneat competens ad illam,& ad pecuniariam condemnationem,Eccleſiaſticus verò quoad diſtrictionem per-
241 ſonalem,& Doctori.† nihil allegan ti non creditur can. ego ſolis 9. diſti. Surd.deciſ.335.nu.20. Gramm.vot. 11. nu.11.

Nam doctrina eiuſdem Ioannis Andreæ,quam ipſe allegat in cap.ſanè num.3.de for. compet.prorſus eſt aliena à noſtris terminis,ibi enim dicitur,quod Bononiēſis,ratione rei ſi tæ Mutinæ,poteſt per Mutinenſem Iudicem citari,etſi non comparet nō poterit tamen excommunicari, quia non habet iuriſdictionem in perſonam, poterit tamen aduerſarium in poſſeſſionem mittere, inferens ex
242 hoc Ioan. Andr. quod datur † caſus,in quo aliquis ſubijcitur vni Iudici ratione perſonæ, alteri vero ratione bonorum.

Quod veriſſimum eſt data capacitate in vtroque Iudice, prout datur de iure ratione domicilij, & ratione rei ſitæ, vt dicit gloſ. fin.in l. hæres abſens §.proinde vbi Barboſ. in arti. de foro ratione rei ſitæ num. 1.ff. de Iudic.Hyppol.de Marſil.ſingul.404. forum ſortitur poſt Innoc.in cap.fin. num. 1. verſ. nec eſt contra. de for. compet.Quod longè diuerſum eſt in
243 caſu noſtro, vbi Iudex Laicus, † qui præuenit cauſam, vel eſt capax quoad cauſam,& perſonam, vel inca

pax

pax quoad vtrumque. Siquidem Concilia Chartagineſe, & Meliuitanum, ſeu Toleranum 3. quæ Clericis conceſſerunt fori priuilegium, vt ſupra diximus in 2. prælud. num. 39. generaliter, & indiſtinctè prohibent, vt Laici Iudices de Clericis, & eorum cauſis cognoſcant, agnoſcit Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 226. nu. 32. tom. 2. Sicque dùm Iudex Laicus eſt capax cognitionis, quoad cauſam & bona, vt Ioannes Andr. & communis fatetur, nihil impedit, quod ſit etiam capax, quoad perſonæ cognitionem, & eius diſtrictionem.

Non obſtante etiam priuilegio can. ſi quis ſuadente diabolo 17. q. 4. quia quemadmodum Ioan. Andr. & communis fatetur, hoc priuilegium non obſtare, quando fuit præuenta cauſa, & perſona, vt diximus ſupra in 3. caſu, ita etiam non debet obſtare in præſenti, quando eſt præuenta cauſa tantum, & prolata ſententia condemnatoria foriudicationis, quia nulla inter hos caſus poteſt aſſignari congrua differentiæ ratio, ſiquidem is qui in carceribus, & ſic præuenta
144 perſona, ordines aſſumpſit, † verè & realiter eſt ordinatus, vt dicit Vincen. de Franch. d. deciſ. 209. num. 5. quia præuentio perſonæ, id eſt carceratio, ſolum inducit irregularitatem ex defectu libertatis, dum aliud non obſtat, vt ſupra diximus: Irregulari-
145 tas † autem, qualiſcumque ſit, non annullat ordinum ſuſceptionem, poſtquam fuerunt aſſumpti, ſed impedit eorum vſum, & exercitium, ſecundum Sayr. in Theſaur. caſ. conſcien. d. lib. 6. cap. 1. num. 25. Tolet. in inſtruct. ſacerdot. lib. 1. cap. 57. num. 2. ad fin.

Quam difficultatem agnouit Vincentius de Franch. d. deciſio. 209. ad eamque nullibi reſpondet, & ſic eo loci videtur tranſire cum hac opinione, quotieſcunque enim Do-
146 ctor † aliquis refert duas contrarias opiniones, & nullam reſoluit, cenſetur tranſire cum prima, vt ex multis probat Zeuall. in ſpecul. com. contra comm. in præfatio. num. 69. & 70. Sicque puto, quod reſolutio deciſa in d. deciſ. 384. & 709. non fuit de voto eiuſdem Vincen. de Franch.

Ratio inſuper adducta per Ioann. Andr. ſuſtineri nequit, dicit enim, quod quando eſt ſola præuenta cauſa, & non perſona, Iudex Laicus, qui præuenit, eſt Iudex cauſæ tantum, Eccleſiaſticus vero perſonæ, ratione characteris inpreſſi in Clerico, cuius virtute Laicus Iudex eum diſtinguere non poteſt de perſona, per tex. in d. can. ſi quis ſuadente diabolo. Hæc enim ratio conuincitur.

Primo ex his quæ paulò antea diximus.

Secundo, quia ſequeretur, dictam communem opinionem non proce-
147 dere quoad Clericos † primæ tonſuræ, & minorum ordinum, quibus ex ordinis ſuſceptione non imprimitur character, vt cum eodem Vincen. de Franch. deciſ. 189. num. 8. & alijs reſoluimus ſupra in 2. prælud. n. 25. quibus addo Nauar. in Manual. cap. 22. num. 18. circa medium, Petr. Gregor. Tholoſ. in inſtit. rei benefic. cap. 36. nu. 6.

Tertio, quia ſequeretur ſimiliter, eandem doctrinam Ioa. Andr. & communem opinionem non procedere quoad religioſos etiam profeſſos, quibus ex religionis aſſumptione ſola, dum non aſſumunt ſacros ordines non imprimitur character, vt ſupradicta communis fatetur.

Et quamuis Ioannes Andr. & qui eum ſequuntur dicant idem eſſe in religioſo, quia quamuis ei non imprimatur character, ex quo tamen per profeſſionem eſt mortuus Mundo, & plura promittit quàm Clericus, debet eadem communis opinio obſeruari in religioſo, quoad diſtrictionē perſonalem. Quæ quidem ratio non eſt adæquata dicto, vt ad ſenſum patet, quid enim quæſo commune habet

bet cum charactere, quod religioſus habeatur pro mortuo, & quod in profeſſione plura promittat, nec tex. in d. can. ſi quis ſuadente diabolo, in quo fundatur Clericorum perſonalis protectio, aliquam mentionem facit de charactere Marian. Soccin. Senior in cap. ad abolendam nu. 24. de hæret.

148 Quarto, quia character † non eſt fundamentum, vel cauſa priuilegij Clericalis, ſiquidem Clericus actualiter degradatus adhuc habet characterem, & ſi vult vere conficit eucharistiam, vt ex Marian. Socin. in cap. 1 num. 3. & in cap. 2. num. 14. de Cleri. excommu. vel depoſi. & alijs, dicit communem Ioſeph Seſe in tract. de inhibitio. cap. 8. §. 1. num. 19. Maran. in ſpecul. 4. p. diſtin. 11. nu. 73. & tamen non gaudet Clericali fori priuilegio, iuxta tradita per Foller. in practi. crimi. canoni. 3. par. verb. etſi con feſſi, aut conuicti, num. 12. cum ſeqq. Farina. in pract. crim. de inquiſitio. q. 8. à num. 75.

Et omnibus Chriſtianis per Bap-
149 tiſmum † imprimitur character, vt habetur in can. quod quidam 97. §. ſi forte 1. q. 1. can. diſplicet 38. circa medi. 23. q. 4. can. quomodo 41. §. non ob aliud de conſecrat. diſtin. 4. Concil. Triden. ſeſſio. 23. cap. 4. & eſt indelebilis, ſecundum gloſ. verb. nunquam in can. licite 32. q. 7. & quaſi in ſimili dicit Ioſeph Seſe vbi ſupra num. 20. Sicque quilibet Chriſtianus, quantumuis Laicus deberet eſſe exemptus à diſtrictione perſonali Iudicis Sæcularis, quod eſt ridiculum. Ex quibus omnibus euidenter apparet, quantum fundamenti, & veritatis habeat ſupra dicta communis opinio.

Vnde non poſſum non mirari, quomodo ita incaute tot grauiſſimi viri eam fecerint communem, loquendo ſemper cum debita reuerentia. Apparente tamen (vt apparet) eius fallacia ex ſupradictis, coactus ſum cum Pithagora tibi conſulere. Quod populares vias declinans, per diuerticula vadas, & Diuinum oraculum Exod. cap. 23. Nec in iudicio (inquit) plurimorum acquieſcas ſententiæ, vt à ve
150 ro deuies. Quia ad veritatis vim, † & efficaciam parui eſt momenti coacernata teſtium multitudo: vnus enim, iſque omni exceptione maior reputatur; Aduerſarius ſcilicet rationis efficacia conuictus, vt dicebat Plat. in Gorgi. ſeu de Rethori. fol. mihi 203. & facit tex. in l. 1. §. ſed neque ex multitudine C. de vet. iur. enucle. ſententiæque, & opiniones nō numerandæ, ſed ponderandæ ſunt, vt ait Plin. Nepos in Epiſt. ad Priſc. lib. 2. & habemus in iure, quod communis opinio tutè negligitur, quando contraria melioribus fulcitur rationibus, vt ex multis reſoluit Zeual. dicens communem, & veriorem in d. præfatio. num. 40. Anto. Theſaur. dec. Pedemont. 57. in 2. conſilio nu. fin. Ioan. Andr. in cap. 1. num. fin. de conſtit.

Et maximè, quod opinionem hanc, vt ſcilicet Clericatus non ſuffragetur poſt ſententiam condemnatoriam foriudicationis, & ſic quando ſola eſt præuenta cauſa etiam quoad perſonalem diſtrictionem, tenent Chaſſan. in Conſuet. Burgund. rub. 1. d. §. 5. num. 5. & Alber. de Roſat. in tract. de ſtatutis tenet, quod ſola data fraude non ſuffragatur Clericatus, etiam quoad diſtrictionem perſonalem, vt refert Vincen. de Franch. d. deciſ. 384. num. 9. & hanc approbat Archidia. in can. nemo vnquam num. 2. verſ. & hoc vbi bona fide 11. q. 1. quem refert, & ſequitur Bald. in cap. cum non ab homine num. 6. ad fin. de iudic. Oldra. d. conſ. 4. quod Laicus num. 2. vbi non ſolum refert opinionem aliorum, vt dicitur in d. deciſ. 384. num. 11. ſed etiam videtur hanc approbare, ibi, quorum neutrum fuit, ſequitur Petr. Foller. in Conſtit. Reg. Adſcriptitios num. 6.

num.6.& 7. qui non ſolum fundatur
in can.infames 6.q.1. ſed in alijs ef-
ficaciſſimis rationibus, & ante eos
idem in effectu ſenſit Cardin. Zaba-
rell.in d.cap.vnic.col.fin.ad fin.de
oblig.ad ratioci.

Vnde cùm ſupradicta doctrina
Ioan.Andr.(in qua fundatur commu
nis opinio) ex ſuperioribus rationi-
bus reddatur dubia, & incerta, ne
dicam improbabilis, vt dicit Foller.
loco ſupra citato.Ego exiſtimarem
in ſupra poſita ſpecie, quando ſcili-
151 cet Clericatus † fuit aſſumptus
poſt ſententiam condemnatoriam
contra abſentem, ideſt,poſt foriudi-
cationem, practicari debere doctri-
nam communem ſupradicti tertij ca
ſus, quod ſcilicet Iudex Laicus ſit
competens,quoad cauſam, & perſo-
nam;Perinde ac ſi præuenta eſſet cau
ſa, & perſona.

Moueorque primo, ratione con-
temptus iuſtitiæ,vt dixi ſupra in pri-
ma difficultate. Secundo ratione
ſeruitutis pœnæ,quæ apud me eſt vr
gentiſſima,vt dixi in ſecunda difficul
tate ſupra poſita,quibus addo omnes
conſiderationes ſupra adductas,quæ
mature ponderatæ non ſunt contem
nendæ efficaciæ, & ſecundum hanc
reſolutionem fuit nuper deciſum per
Sacr. Reg. Conſil. in cauſa Antonij
Stracia de Terra Calabriti ſub die
27. Octobris 1621. Proceſſus eſt in
Banca de Serico, apud Pintum Scri-
152 bam. In qua cauſa Sacrum † Con-
ſilium decreuit, dictum Antonium
fore cognoſcendum per Magnam
Curiam pro quadam cauſa, pro qua
ſe obligauerat,& cauerat ſtare iuri in
eadem Magna Curia finito exilio al-
terius cauſæ,quo exilio pendente,
dictus Antonius ſuſcepit primam
tonſuram, & adeptus fuit quoddam
Eccleſiaſticum beneficium: Poſtea-
que iterum captus prærendebat re-
mitti ad Iudicem Eccleſiaſticũ,etiam
pro cauſa,pro qua ante Clericatum,
& beneficium ſe obligauerat, & ca-
uerat,& Sacrum Conſilium denega-
uit remiſsionem ad Eccleſiaſticum,
& ſic reuerſa cauſa ad Mag.Cur.fuit
exulatus per annum, & per Sacrum
Conſilium liberatus.Ex qua deciſio
ne apparet, quod Sacrum Regium
Conſilium, ex ſola illa obligatione,
& cautione de ſtando iuri,in Magna
Curia reputauit præuentam non ſo-
lum cauſam,ſed etiam perſonam, ad
effectum denegandi remiſsionem
ad Eccleſiaſticum Iudicem, etiam
quoad diſtrictionem perſonalem:Er-
go à fortiori, magis præuenta debet
cenſeri etiam perſona ex ſententia
foriudicationis, quæ foriudicatum
facit ſeruum pœnæ, vt ſupra reſolu-
tum extat.

Accedat etiam alia conſideratio,
quæ deſumitur ex d. rubro, & nigro
de obligat.ad ratiocin.iuncta expoſi-
tione Innoc. ibi. dicentis, quod ſi
153 nulla fraude † ducitur quis ad reli-
gionem, ſecurè ingreditur, & ordi-
nandus eſt, quia quæ ſpiritu Dei a-
guntur,lege Dei ducuntur,& qui af-
flatu Spiritus Sancti,quæ lex priuata
eſt, in aliquo monaſterio ſaluare
ſe voluerint,nulla ratio exigit, vt le-
ge publica conſtringantur, iux. tex.
in can.duæ ſunt 19. q.2. & in cap. li-
cet de regular. & tranſeu. ad religio:
Ergo ſi non Spiritu Dei, ſed fraudu-
lento,& diabolico,aliquis in religio-
ne,ſeu Clericatu ſe ſaluare voluerit,
lege publica debet conſtringi,cum
deficiat lex priuata, quæ ex afflatu
Spiritus Sancti prouenit in eo, qui
Spiritu Dei ducitur. Vnde ſtante
fraude illius, qui poſt ſententiam
foriudicationis Clericatum aſſum-
pſit,vt ſupra extat reſolutum, lege
publica debet conſtringi.

Quid autem dicendum ſit de Re-
154 ligioſo † facto poſt delictũ commiſ
ſum, notant Præceptor Barr.in d. l.
1.num.4. ff. de pœnis Boſsi.in tit.de
for.compet.num.144. & Farinacius
d.q.8.num.106.in ſua practi.crimin.
& hæc circa primum caſum, in quo
Cleri-

Clericus ſubiacet Iudicis Sæcularis iuriſdictioni.

Secundus caſus in quo Clericus Iudicis Sæcularis iuriſdictioni ſubijcitur eſt,quando verè, & propriè eſt
155 incorrigibilis,† vt expreſsè probat textus in cap.cum non ab homine 10.de iudic.apud Gregor. Congruere enim Eccleſiaſticæ Religioni cognouit Summus Pontifex Celeſtin. III. (iuxta ea quæ ſupra, in ſecundo præludio num.54.notauimus) ſceleſtos, & incorrigibiles miniſtros; Ne vltra poſſint eſſe plurimorum perditionem ab Eccleſia remouere, in dicto cap.cum non ab homine.Qui textus eſt Baſis huius materiæ, & in eo probatur,quod quicunque Clericus cuiuſcunque ſit ordinis,qui in furto, vel homicidio, vel quolibet alio crimine ſit depræhenſus, & conuictus eſt deponendus, & ſi depoſitus fuerit incorrigibilis debet excommunicari,& deinde,contumacia, & perſeuerantia creſcente, anathematizari, poſtmodum tamen,ſi in profundum malorum veniens, omnes ſupradictas pœnas contempſerit,cum Eccleſia non habeat vltra quid facere, ne vltra plurimorum ſit perditio,Sæculari Iudici relinquitur puniendus abſque aliqua degradatione. Cuius tex. deciſionem exornant omnes ordinarij interpætes ibi,& præter eos Foller.in pract.crimi.verb.audiantur excuſatores à num.4.Egid. Boſſ. in tit. de for.comper. num. 131. idem Foller.in pract.crimin. canoni.3.p.verb. & ſi confeſſi, aut conuicti num. 23. Couar.pract.quæſt. cap. 32. num.2. verſ. ſecundo eſt aduertendum relatus, & ſequutus à Iul. Clar. in pract. crimin.§.fin.q.36.num. 33. Farinac. in pract. crimin. de inquiſitio. q. 8. num.47.Bouadill.in ſua polit.tom.1. lib.2.cap.18. num.76. & in hoc omnes conueniunt.

Difficultas tamen in eo conſiſtit, An ſcilicet prius quam Iudex Sæcularis procedat contra dictum Cleri-
156 cum † incorrigibilem, ſit neceſſaria traditio,aut requiſitio, vel aliqua alia declaratio per Iudicem Eccleſiaſticum facienda de dicta incorrigibilitate Iudici Sæculari. Quæ difficultas non modica eſt, propter Doctorum varietatem,in eius explicatione ideoque circa eam aliqua, vtilia forſan, examinare duxi ad enodationē tex.in d.cap.cum non ab homine; Vbi nulla traditionis, requiſitionis, aut declarationis ſit mentio, ſed eo ipſo quod Clericus eſt incorrigibilis,incorrigibilitate de qua ibi,relinquitur Iudici Sæculari.

Ex aduerſo autem dicendum videtur,traditionem in propoſita ſpecie, requiſitionem, vel declarationem incorrigibilitatis eſſe neceſſariam, ad eum effectum, & Iudex Sæcularis legitimè ſciat dictum Clericum eſſe incorrigibilem, quia ſi Iudex Eccleſiaſticus Clericum tradit puniendū Iudici Sæculari, vel requirit, quod contra eum procedat, vel declarat eum,tanquam incorrigibilem, non eſſe de foro Eccleſiaſtico, id ſolum procurat, quod Iudex Laicus libere poſſit contra dictum Clericum procedere, quia quotieſcunque iuriſdi-
157 ctio † fundatur in aliqua qualitate de illa prius conſtare debet iux. tex. in l. 2. §. ſed etſi dubitetur, & in l. ſi quis ex aliena 5. ff. de iudic. Præceptor Bart. in l. præſcriptionem C. ſi contr. ius, vel vtil. publi. Innoc.in cap.ſuper literis de reſcript. quos cū pluribus alijs ſequitur Afflict.in Conſtit. Capitaneorum num. 10. & deciſ.297. per totam, vbi Vrſill. late materiam proſequitur Farin.in pract crim.tit.de delict.& pœn.q.21.num. 87.& an ſufficiat ſemiplenè conſtare tradit Ioſeph Seſe de inhibitio. cap. 8.§.4.num.68.

158 Quid quod,etiam ſi pœna † ipſo iure à lege, ſeu ſtatuto irrogetur,adhuc opus eſt declaratione cap. cum ſecundum §.confiſcationis de hæretic.in 6.cap. licet Epiſcopus in 2. p. de

de præben.& dignit. in 6.& dicit cõmunem opinionem Tiraq.in l. ſi vnquam verb.reuertatur num. 400. C. de reuoc.donat. relatus, & declaratus à Dida. Sahag. in repet. cap.fin. num.79.de Sequeſtr.poſſ.& fruct.Ergo ſimiliter, cum incorrigibilitas ſit qualitas,in qua fundatur Iudicis Sæcularis iuriſdictio contra talem Clericum Incorrigibilem,de ipſa ante omnia conſtare debet,vel per declarationem, ſeu requiſitionem Iudicis Eccleſiaſtici,vel per traditionem Iudici Sæculari factam, prout ita per multas alias rationes tenet Felyn.in d.cap.cum non ab homine à num.9. quem refert Iul.Clar.d.q.36.§nu.34.

Quæ reſolutio videtur habere rationabilem congruentiam,tam reſpectu Iudicis Eccleſiaſtici, ne Sæcularis ex abrupto ſe intromittat in ſua iuriſdictione,interprætando ad ſuum modum dictam inurrigibilitatem, quam etiam reſpectu Sæcularis; ne dubius de dicta qualitate incorrigibilitatis, reatum excommunicationis incurrat, procedendo contra Clericum, iux. ea quæ diſponuntur in 15.cap.Bullæ in Cœn.Domin.& per ſcribentes ibi, & per Farinac. d.q.8. num. 31.

Secundo obſtat tex.in cap.2.de Cleric.excommun. miniſtr. quo loci (ommiſſa difficultate primę partis illius tex.) in vltima eius parte probatur,Clericum incorrigibilem, & Eccleſiaſticarum pœnarum contemptorem,Regis Iudicio, ideſt Iudicis Sæcularis,damnandum eſſe, ad requiſitionem tamen Eccleſiæ, vt ibi dicitur,ergo incorrigibilis Clericus ita demum per Sæcularem Iudicem puniri poterit, ſi ab Eccleſiaſtico idem fuerit requiſitus.

Tertio ſic argumentor, ratio propter quam Clericus incorrigibilis; in d.cap.cum non ab homine, Sæculari Iudici relinquitur puniendus, abſque alia traditione, requiſitione, vel declaratione, eſt, quia Eccleſia contra eum non habet vltra quid facere, & ſic non poteſt eſſe dubium, quod velit eum amplius in ſuo conſortio retinere,quin potius eum, tanquam putridum membrum reiecit, ne vltra aliorum ſit perditio,vt in eo tex.dicitur; ſed ſic eſt quod Eccleſia

159 † contra incorrigibiles habet vltra quid facere, & alias pœnas, quibus poteſt eos comprimere, nempè conſiſcationem bonorum cap.cum ſecũdum leges de hæret.in 6.cap. in Archiepiſcopatu 4.de raptor. cap.1. de calumniat. Carcerem perpetuum cap.vt famæ 35. de ſenten.excomm. & alias, de quibus per Petr. Gregor. Tholoſ. in ſyntagm. iur. vniuer. lib. 31.cap.29. Ergo antequam Eccleſiaſticus Iudex declararet expreſſe, vel per requiſitionem, traditionem, vel declarationem, non velle vti dictis pœnis, Iudex Sæcularis contra Clericum procedere minimè poterit.

Et augetur difficultas, quia pœna
160 † exilij,imponenda per Sęcularem Iudicem contra Clericum incorrigibilem; poſtquam ei relinquitur puniendus, vt in fin. illius tex.dicitur, etiam poteſt imponi per Eccleſiaſticum Iudicem can. in ſynodo 13. circa fin.63.diſt.can.hi qui 93. q.4. Ergo Sæcularis Iudex,antequam ſit certus,per declarationem, traditionem, vel requiſitionem, quod Eccleſiaſticus non vult imponere illam pœnã quã à Sæculari cupit imponendam, procedere non poteſt contra Clericum incorrigibilem.

Ex quibus omnibus dicendum videtur,perperam Celeſtin. III. in d.c. cum non ab homine decreuiſſe Clericum incorrigibilem,ſimpliciter relinquendum eſſe Iudici Sæculari. Ideoque DD.communiter exiſtimarunt,vltra dictam incorrigibilitatem neceſſariam eſſe declarationem, vt de communi teſtatur Felyn. in d. c. cum non ab homine num.9.ſequitur Bernard.Diaz.in pract.crimin.cano. cap. 121.verſ.& cum Clericus, & mul-

multos allegat Sebaſt. Sapia. in additio. ad Panorm. in d. cap. cum non ab homine num. 29. verb. declaratio. & ibi idem etiam tenet Andr. Barbat. in additio.

Contrariam tamen ſententiam, immo quod in terminis d. c. cum nō ab homine, & in incorrigibilitate de qua ibi non ſit neceſſaria declaratio, ſed quod Iudex Sæcularis poſſit contra Clericum taliter incorrigibilem ſtatim procedere, tenuerunt Boſſius tit. de for. compet. nu. 132. vbi hanc dicit communem opinionem, & ita tenendum eſſe affirmat Farinac. d. q. 8. nu. 51. & omnes acceperunt à Panorm. in d. c. cum non ab homine nu. 29. Ant. de Butr. ibi nu. 19. ad fin. & Hoſtien. nu. 10. cum ſeq. Anchar. nū. 17. cum alijs ſtatim allegandis.

Pro quarum opinionum concor-
161 dia eſt ſciendum, quod Clericus † multis modis poteſt dici incorrigibilis. Primò, quādo perſeuerat in crimine perpetrato, vel alia ſimilia, ſeu etiam maiora committit, ita probat tex. in d. c. cum non ab homine, vbi incorrigibilis dicitur, qui poſtquam deliquit fuit depoſitus, & reuertitur ad delicta, facit tex. in c. vt famæ ibi, ad ſimilia, vel peiora facile labi entur de ſenten. excomm. & in l. 3. in fin. C. de Epiſcop. audien. per quæ iura ita docet Panorm. in d. c. cum non ab homine nu. 30. ſequitur Deci. ibi num. 27. Secundo dicitur incorrigibilis, qui ter legitime monitus, vt à delicto deſiſtat contemnit ſe emendare c. contingit el 2, de ſent. excom. Tertio, qui pœnitentiam ſibi iniunctam non adimplet, ſed potius ſe occultat, d. c. vt famæ de ſent. excomm. facit tex. in can. ad aures 50. diſtin. Quarto, qui ſemel verbis correctus, non ſe emendat, ita tenet Dominicus de S. Gemin. in can. neminem 54. diſt. per eum tex. quem poſteriores ſequuti ſunt, vt refert Deci. vbi ſupra, & notat Felyn. in d. c. cum non ab homine num. 12. verſ. quærit hic. Quintò fugiens à carcere dicitur incorrigibilis, ſecundum communem opinionem, in c. vt inquiſitioni de hæretic. in 6. & refert Fely. vbi ſupra.

Omnibus igitur ſupradictis modis poteſt dici Clericus incorrigibilis, large tamen, & impropriè, vt aduer-
162 tit Deci. vbi ſupra. Verè † tamen, propriè, & ſtrictè, quo ad materiam de qua agimus, dicitur Clericus incorrigibilis, ſeruata integra forma d. c. cum non ab homine, vbi quamuis in verſ. qui depoſitus; dicatur incorrigibilis ille Clericus, qui poſtquam deliquit fuit depoſitus, & reuertitur ad delicta, vt ſupra in primo modo diximus, Propriè tamen, & verè ad effectum priuandi Clericali priuilegio ſunt neceaſſria omnia alia requiſita, de quibus in eo tex. Primo igitur Clericus delinquens debet deponi, etſi adhuc, non obſtante depoſitione, fuerit incorrigibilis, ad alia, vel ſimilia delicta redeundo s. Tunc Secundò debet excommunicari. Tertiò contumacia perſeuerante anathematizari; Tandem, & quarto, ſi in profundum malorum veniens, adhuc ſupradicta omnia contempſerit, efficitur verè, & propriè incorrigibilis, & relinquitur Iudici Sæculari, Vt cui prodeſſe non poteſt correptio, non parcat abſciſſio, vt dicebat tex. in can. illud 24 q. 3. in promptu enim debet vlſciſci
163 omnis † inobedientia ſecundum Apoſtol. 2. ad Chorint. c. 10. & refertur in can. de excommunicatis ead. 24. q. 3. vulnus enim, qui correctionis fomentum non ſentit, ferro abſcindi oportet, vt dicit tex. in can. quia aliquanti. 82. diſt. & vulgare eſt Medicorum axioma, Extremis morbis extrema eſſe adhibenda remedia notarunt Panorm. & Deci. in d. cap. cum non ab homine, ille num. 28. hic vero num. fin. Boſſi. in d. tit. de for. compet. num. 132. Farinac. in practi. crimin. d. q. 8. num. 39. Ex quibus iam conſtat, quod ad hoc vt Clericus verè, & propriè dicatur incorri-

gibilis, ad effectum vt puniri poſſit per Iudicem Sæcularem, requiruntur depoſitio, excommunicatio, & anathema, abſque aliqua alia declaratione, requiſitione, vel traditione Iudicis Eccleſiaſtici, vt cum Panor. De i.& alijs dicemus ſtatim.

Vnde facilis redditur ratio ad dictum cap. cum non ab homine, quam aliqui exiſtimarunt conſiſtere in illis verbis, ibi, *Cum Eccleſia non habeat vltra quid facere*; quaſi quod Clericus incorrigibilis ideo relinquatur Iudicis Sæcularis poteſtati, quia contra eum Eccleſia non habet vltra quid facere.

Quæ ratio conuincitur, quia ſolum concludit quoad poteſtatem Iudicis Sæcularis procedendi contra Clericum taliter incorrigibilem, non autem quoad requiſita neceſſaria, ad hoc vt Clericus dicatur incorrigibilis, de quibus in eo tex. Tum quia non eſt vſque adeo verum, quod Eccleſia non habet vltra quid facere contra Clericum incorrigibilem, vt diximus ſupra in tertio argumento, vbi reſoluendum erit.

Quare vera illius text. ratio eſt, quia, quemadmodum Chriſtianus per excommunicationem ſeiungitur & ſeparatur à communione Eccleſiæ, vt colligitur ex definitione excommunicationis, quam nouiſſimè tradit, & explicat Sayr. in Theſaur. caſ. conſcien. lib. 1. cap. 4. num. 10. Ita etiam Clericus propter incor-
164 rigibilitatem † ſeparatur à cætu, & conſortio aliorum Clericorum argumen. tex. in cap. nouimus de verb. ſignif. ibi cum ab Eccleſiaſtico foro fuerit proiectus, optimus tex. in can. de illis 24. quæſt. 3. vbi dicitur, quod ad Eccleſiam non pertinet, qui propter eius peſſimam vitam, ab ea corporaliter ſeparatur. Peſſimum autem peccatum eſſe incorrigibili-
165 tatem, † & obſtinationem, nemo dubitat, eſt enim proxima idolatriæ, & Hæreſi can. ſciendum 8. quæſt. 1. can. ſi qui ſunt 81. diſtinct. & ei nunquam Deus miſertus fuit, vt dicit text. in can. legitur 24. quæſt. 2. & apud Ezechiel. habetur cap. 6. quanta mala, & flagitia Deus minatus fuerit obſtinatis, & incorrigibilibus, vnde Senec. in Prouer. dixit, quod illa eſt conſummata infelicitas, vbi turpia non ſolum delectant, ſed etiam placent, & deſinit eſſe remedio locus, vbi quæ fuerant vitia, mores fiunt. Propthereaque Dauid Propheta Pſalm. 94. ſic admonet Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra. Contemptuſque (ex quo oritur incorrigibilitas) omnino eſt vindicandus, vt dixit L. C. in l. ſi familia 9. ff. de iuriſdict. omni. iudi. Ideoque Clerici ſic mali, obſtinati, & incorrigibiles ſunt ab Eccleſia reſcindendi, Quia reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellanda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeant, putreſcant, aut intereant, vt dicebat Diuus Hieronymus, & refertur in can. reſecandæ 24. quæſt. 3. & eſt optimus tex. in can. ecce autem ead. cauſ. & quæſt. quo tendit tex. in d. cap. cum non ab homine ibi ſi in profundum malorum veniens contempſerit iuxta illud Prouerb. cap. 18. & ibi ne vltra poſſit eſſe perditio plurimorum, & faciunt notata per Chaſſan. in Catalog. glor. mund. par. 11. conſiderat. 21. verſ. ſicut bonos, vbi refert illa carmina.

Immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Vnde cum ad ferendam excommunicationem, & ſeparandum Chriſtianum à communione fidelium, re-
166 quiratur trina, † & canonica monitio. can. de illicita 24. quæſt. 3. cap. ſacro. cap. contingit de ſenten. excommun. cap. ſtatutum cap. conſtitutionem eodem titul. in 6. quorum

rum iurium deciſio innouata eſt in Concil. Trident. ſeſſio.25.decret. de reformat. cap. 3. Ita ſimiliter in d. cap.cum non ab homine,ad ſeparandum Clericum ab aliorum Clericorum conſortio, ſimilis ſolemnitas triplicis incorrigibilitatis requiritur, poſtquã Eccleſia non habet amplius quid expectare, cùm non ſit amplius aliqua ſpes emendationis. Pro qua ratione videndus eſt Decius (ne ſine authore loquamur) in d.cap. cum non ab homine num.13.verſ.ſucceſſiuè extra gloſ. cum ſeqq.

Quibus ſic conſtitutis, non obſtat argumenta in contrarium adducta. Non primum, in quo dicebatur, quod antequam Iudex Sæcularis poſſit procedere contra Clericum incorrigibilem in terminis d. cap. cum non ab homine, requiritur traditio ab Eccleſiaſtico facienda, requiſitio, vel declaratio. Cui difficultati reſpondet Panorm. in d.cap.cum non ab homine nu.28.Et in ſumma intendit, Quod cũ incorrigibilitas in terminis illius tex. eliciatur per tantas ſolemnitates, & cum tot requiſitis,nempè,prius per depoſitionem, deinde per excommunicationem, tertio per anathemam,cui debet præcedere trina monitio,d.cap. ſacro,ex quibus colligitur nullam eſſe correctionis, aut emendationis ſpem de eiuſmodi Clerico; Mirum nihil ſi ta-
167 liter † incorrigibilis ſtatim, & incontinenti,abſque alia traditione, requiſitione, vel declaratione, efficiatur de foro Sæculari,& Iudici Laico relinquatur comprimendus. Et cùm tot præceſſerint ſolemnitates,& requiſita, ſatis dicetur conſtare de incorrigibilitate, ad fundandam poteſtatem, & iuriſdictionem Iudicis Sæcularis, vt poſſit procedere contra Clericum taliter incorrigibilem, abſque alia declaratione, vt dicemus ſtatim, iuxt. tex. can. de liguribus 23.quæſt.5.vbi Summus Pontifex arguit illum Iudicem Sæcularem, quia non comprimit illos incorrigibiles delinquentes; atque ita (ſequendo Panormitanum) notant Dec. in d. cap. cum non ab homine num.15.Imol.num.6.& ante eum Ioan. Andr. num. 11. quem ſequitur Anto. de Butr. ibidem num. 19.ad fin. optimè Zabarell. ibi num. fin. idem Panorm. in cap. 2. num. 4. de Cleric.excommun. miniſtr. & dicit communem Boſſi. d. titul. de for. compet. num. 132. Iul.Clar.d.§.fin. quæſt.36. num. 34. idemque in effectu tenet Folleri.in praſt.crimin. canon.3.par.verb.& ſi confeſsi,aut conuicti num.23.& cum hac reſolutione tranſit Ioan.à Capiſtr.in cap.ex parte num.5.de Cleric. coniug.

Ex qua ratione deducitur,quod ſi
186 Clericus † non ſit incorrigibilis iuxta terminos, & formam d. cap. cum non ab homine,ſed fuerit incorrigibilis, aliquo alio modo ex ſupradictis; Tunc, adhoc vt Iudex Sæcularis poſsit procedere contra eiuſmodi Clericum, erit neceſſaria traditio, requiſitio,vel declaratio Iudicis Eccleſiaſtici, vt dicunt ijdem Deci. & Boſsi.vbi ſupra,Farinac. d. q.8.num. 51.& eſt de mente Zabarell.d. num. fin.in fi. & tetigit Bald.in d.cap.cum non ab homine nu.6.in fin.

Neque obſtat, quod in eodem argumento dicitur, in pœna ſcilicet à lege,vel ſtatuto irrogata ipſo iure, adhuc opus eſſe ſententia declaratoria, ex iuribus, & DD. ibi allegatis. Nam (ommiſſa ſolutione Didaci Sahag.in d.cap.fin.num.79.de ſequeſt. poſſeſſ.& fruct. quæ non ineptè contra d.cap.cum non ab homine retorqueri poſſet)Reſpondetur,quod cùm ex proceſſu facto ſuper dicta incorrigibilitate, & ſolemnitatibus in ea requiſitis reſultet quodam notorium iuris, & ex ipſa incorrigibilitate, & contumacia,notorium facti permanentis, non eſt opus alia declaratione,
169 quia in notorio,† maxime facti permanentis,& quod nulla tergiuerſatio-

ne cęlari poteſt, declaratio non requi
ritur ad notata per Felyn. in cap. Ro-
dulfus nu. 41. de reſcrip. Couar. in c.
alma mater 1. p. §. 2. nu. 9. de ſent. ex-
cõmm. Capyc. deciſ. 121. nu. 24. cum
ſeq. Farina. alios allegantem, & dicen
tem communem in pract. crim. tit. de
delict. & pœn. q. 21. nu. 116. in fin. idē
quamuis non ita latè tenet Deci. ad
argumentum reſpondens in d. cap. cū
non ab homine nu. 16. vbi etiam Pa-
norm. nu. 29. in fin.

Quod autem ex actis, & proceſſu
170 reſultet notorium † probat tex. in
cap. cum olim 24. vbi Panor. nu. 3. de
verb. ſignifi. facit tex. in l. Diuus Mar
cus 14. ff. de offi. Prĉſid. tenet Deci. in
cap. ex inſinuatione in glo. fi. nu. 19.
de appellatio. per tex. in l. qui ſenten
tiam C. de pœnis, Gram. deciſ. 36. nu.
38. & dicit communem Menoch. de
recuper. poſſeſſ. remed. 1. nu. 232. pro
ſequitur diffusè, hos, & alios allegās,
Farinac. d. q. 21. num. 14. & ita ſecurè
tenendum eſt.

Tandem non obſtat conſideratio
de qua in eodem primo argumento,
fundata in illa conuenientia, Ne ſci-
licet Iudex Sæcularis ſe intromitte-
ret in iuriſdictione Eccleſiaſtica, de-
clarando ad ſuum modum dictam in-
corrigibilitatem. Quia eadē notorie-
tas de qua paulò antea dicebamus
excuſat eum à temeritate, & periculo
excommunicationis; Cum enim ſint
neceſſaria tot requiſita ad faciendum
Clericum verè incorrigibilem, quæ,
abſque alia declaratione, faciunt fa-
ctum notorium, nō poterit dici, quod
Iudex Sæcularis interpretatur ad ſuū
modum incorrigibilitatem, quandō
procedit contra Clericum taliter in-
corrigibilem etiam abſque alia decla
ratione.

Sed profectò quamuis res ita ſe ha
beat, ego credo, quod propter ſupra-
dictam conſiderationem, raro Iudices
171 † Eccleſiaſtici procedunt contra
Clericos delinquentes per viam hu-
ius incorrigibilitatis, de qua in d. cap.
cum nō ab homine. Nec integrè per-
ficiuntur eius ſolemnitates, & requiſita,
nē Sæculari Iudici pateat aditus
procedendi contra Clericum ſtatim,
& abſque alia declaratione; & hoc eſt,
quod voluit dicere Boſsi. d. tit. de for.
cōmpet. nu. 133. in fin. quod ſcilicet
forma incorrigibilitatis, de qua in d.
cap. cum non ab homine raro vide-
tur in vſu. In facti tamen contingen-
tia, quando caſus ſuccederet, ita eſſet
obſeruandum. Quia re vera iſti ſunt
termini d. cap. cum non ab homine,
& quotieſcumque DD. ſimpliciter di
cūnt, Clericum incorrigibilem eſſe
puniendum à Iudice Sæculari, ſem-
per intelliguntur, ſeruata forma d. c.
cum non ab homine, vt reſoluit Fari
nac. d. tit. de inquiſitio. d. q. 8. nu. 52.
& ita ſoluitur primum argumentum
ſupra adductum contra d. cap. cum
non ab homine.

Neque obſtat ſecundum deſum-
172 ptum ex tex. in d. cap. 2. † de Cleri.
excom. miniſtr. Cuius non modica
eſt difficultas, & aliqui Salmanticen-
ſes nouiſsimè exiſtimarunt, per eum
tex. requiſitionem ſupponendam eſ-
ſe, in d. cap. cum non ab homine, ante
quam Iudex Sæcularis contra Cleri-
cūm incorrigibilem poſſit procede-
re, cùm non ſit nouum in iure, vnam
173 legem † per aliam ſuppleri, & inter-
prętari, iux. tex. in l. & ideo, & in l. nā
vt ait, & in l. non eſt nouum ff. de le-
gib. Quæ interpretatio, ex, diſplicet,
quod ſapit correctionem, quæ in legi
bus omnino vitanda eſt, vt in auth.
quib. mod. nat. effic. ſui. §. tribus au-
tem colla. 6.

Quare alij dicebant, verba d. cap.
ibi, ad requiſitionem Eccleſiæ, non eſ
ſe intelligenda, de ſolemni, & canoni-
ca requiſitione, quæ importat neceſ-
ſitatem ex parte requirentis, vel ex
parte requiſiti, ad finem illum inter-
pellandi, & obligandi. Sed de quadā
174 effectuoſa, & vrbana requiſitione †
volūtaria, q̄ aliqñ reperitur in iure, eāq;
ſignificare voluit I. C. in l. qdā liberi,
alias,

alias, quidam Hiberus 12. ibi, quaſi de re volo cum Hibero loquatis, ne rem illicitam faciat ff.de ſeruit.vrba, prædio,vbi Bart. num. fin. & addentes ad eum,Panorm.in cap.nouit.nu. 61.de iudic. & facile ſuaderi poteſt, tex.in d.cap.2.de Cleric. excom. miniſtr. eſſe intelligendum de hac requiſitione. Quia cum non ſit modus agendi, vt dicit Panorm.ibidem,nec inducat neceſſitatem in requiſito, parum de ea curauit Summ. Pontifex in d.cap.cum non ab homine, conſi
175 derans etiam, vrbanius, † & æquius eſſe, ab alio non requirere, quod à nobis requiri nollemus, ad tex. in l. 1.ibi, æquiſſimum enim viſum eſt & c.vbi notat Paul.Caſtr. num.3. ff. de ſolutio. & quaſi in eadem materia idem notat Vrſill. ad Afflict. deciſ. 310.num.12.in fin.Vnde cum Eccleſiaſticus Iudex, in terminis d.c. cum non ab homine, poſſit imponere pœnam exilij, vt ſupra diximus in 3. argum. & nolit eam imponere, non debet requirere ab alio imponi.

Quæ quidem interpretatio ad tex. in d.c.2.licet colorata videatur, con uincitur tamen manifeſtè, ex mente gloſ.ibidem,quæ vult, requiſitionem hanc,non vrbanam,& voluntariam ſed neceſſariam,& obligatoriam eſſe & per eam adſtringi Iudicem Sæcularem argum. tex. in c.2.de maledic. & in can.adminiſtratores 23.q. 5. & in can.cum ad verum 96.diſt.

Quare amplectenda eſt ſolutio Panor.ibi in d.cap.2.num.4. in fin.quæ dependet ex his, quæ paulo antea diximus. Exiſtimat enim, propterea eo loci eſſe neceſſariam requiſitionem, faciendam per Iudicem Eccleſiaſticum Iudici Sæculari, antequam ipſe contra Clericum incorrigibilem poſſit procedere, quia incorrigibilitas.de qua ibi,non elicitur cum tantis requiſitis,& ſolemnitatibus, ſicut in terminis d.c.cum non ab homine, & re vera ita eſt, quia Clericus,de quo ibi, tantum fuit degradatus, ſeu ſuſpenſus,& cum monitus non deſiſteret,fuit excommunicatus, minori ſcilicet excommunicatione,vt ſentit ibi gloſ.verb.excommunicatum,vbi idem tenet Innoc.non autem anathematizatus, vt in d. cap. cum non ab homine, atque ita mirum nihil,ſi requiſitio ſit neceſſaria, ſequitur Ant. de Butr.in d.cap. cum non ab homine d.num.19.

Neque huic ſolutioni obſtant aliquid illa verba d.c.2. ibi, modis omnibus excommunicetur, quæ ſignificare videntur,non ſolum minorem excommunicationem, verum etiam anathema interueniſſe, antequam Clericus ille poſſit puniri per Iudicem Sæcularem,prout in d. c. cum non ab homine. Quia Reſpondetur, quod illa verba(modis omnibus) poſſunt interpretari, ideſt omnino, vel prorſus. Tanto magis quod cum tex. ille non loquatur expreſſe de anathemate, ſed ſimpliciter de ex-
176 communicatione,† de minori,in dubio,intelligendus eſt,per regulam, quod in pœnis benignior eſt interpretatio facienda reg. in pœnis 49. de reg.iur.in 6.vbi gloſ.l. factum S. in pœnalibus ff. eod. & dicit commun. Farinac.d.tit.de delict. & pœn.q.19. num.2.& 3.

Neque tandem obſtat tertium argumentum ſupra adductum. Cuius occaſione Panor.in d.c.cum non ab homine nu.24.prope fin.exiſtimauit,tex. illũ intelligendum eſſe,de eo Clerico delinquente,& incorrigibili, quẽ Eccleſiaſticus Iudex de facto punire non poterat,vel quia nõ poterat eũ capere,vel quia ſæpè fractis carceribus illuſit eius curiam, vnde cum Eccleſia non habeat vltra quid facere, ideſt, non poſſit eum punire, non vult amplius habere eius curam, ideo per Iudicem Sæcularem relinquitur comprimendus; ſicque illa verba ibi (cum Eccleſia non habeat vltra quid facere) referenda eſſe ad pœnas quaſi dicat, quod Eccleſia

non habet alias pœnas contra Clericum incorrigibilem, ſecundùm terminos illius tex. quam ſolutionem ſequitur Butr. ibi num. 18. & agnouit Ioan. Andr. num. 8. & eam à poſterioribus Panorm. ſequutam fuiſſe teſtatur Deci. in d. cap. cum non ab homine d. num. 13. verſ. ſed aduertendum eſt, vbi eam impugnat, & non male meo videri, vitio diuinationis, dicit enim, quod eſt diuinare, dicere illum Clericum de facto non potuiſſe carcerari, & capi per Iudicem Eccleſiaſticum, quia eſto quòd ita eſſet, poterat brachium Sæculare implorare, iux. ea quæ notantur per eum tex. in cap. 2. de maledic. iuncta ibi gl. verb. poteſtatem. Similiter eſt diuinare, dicere quod Eccleſia non vult habere talem curam, Quia illa verba (cum Eccleſia non habeat vltra quid facere, per Sæcularem comprimendus eſt poteſtatem) denotant, Iudicem Eccleſiaſticum, eo caſu, deſiderare cum effectu punitionem Clerici taliter incorrigibilis. Et ego pondero illa verba, ibi, quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna imponatur, quæ denotant, Clericum, de quo ibi, vel eſſe carceratum, vel de facile carcerari poſſe, alias enim quorſum ſtatim deſignatur pœna, ſi puniendus carcerari non poterat de facto, vel forſan extra carceres latitabat?

Quare idem Deci. vbi ſupra aliter conatur reſpondere, Dicit enim, quod illa verba, (Cum Eccleſia non habeat vltra quid facere,) non ſunt referenda ad pœnas, vt exiſtimat Panor. ſed ad cenſuras, quæ ad ſolam Eccleſiam pertinent, non ad Sæculares Iudices c. quærenti. de verb. ſignif. quaſi dicat, quod Eccleſia non habet alias cenſuras, quibus mederi poſſit illi putrido membro, iux. ea quæ ſupra dicebamus num. 82. Excommunicatio
176 † enim pœna eſt, ſed medicinalis can. multi 2. q. 1. can. corripiantur 24 q. 3. cap. 1. de ſent. excomm. in 6. & ſic poſtquam Eccleſia vſa eſt anathemate, non habet vltra quid facere, quia dicitur ſuprema, & vltima maledictio ſecundum Panorm. in d. cap. cum non ab homine nu. 23. per tex. in can. Guiliſarius 23. q. 4. Dicit igitur Deci. quod in terminis d. c. cum non ab homine, Clericus depoſitus propter crimen, adhuc debet agere pœnitentiam, quia depoſitio, quæ fit pro graui crimine, non eſt vltima pœna eiuſdem, vt tenet Anchar. in Reg. ea quæ q. 19. verſ. iuxta hoc quæro de reg. iur. in 6. Pœnitentia autem poterit eſſe perpetuus carcer, & ſi ſubterfugerit dictam pœnitentiam, tunc iam efficitur certo modo incorrigibilis, & debet excommunicari, & ſi excommunicationem contempſerit, debet anathematizari, & demum, illo perſeuerante in contumacia, & obſtinatione, cum ex eo peruenerit iam in profundum malorum, taliter quod nulla eſt iam correctionis ſpes, cum Eccleſia non habeat alias cenſuras, tanquam omnino inſanabilis, & prorſus incorrigibilis, vt dicit ibi Deci. num. fi. ad fi. relinquendus eſt Iudici Sæculari. Quod ſecus eſt in d. c. vt famæ de ſenten. excom. cum alijs in argum. allegatis, in quibus Clericus delinquens, non erat omnino, & penitus incorrigibilis, nec peruenerat in profundum malorum, ſed erat adhuc aliqua illius correctionis ſpes, & ideo ei imponuntur aliæ pœnæ. Et hæc in ſūma eſt ſolutio Dec. vbi ſup.

Ex qua etiam infertur reſponſio ad augmentum difficultatis, quia veriſſimum eſt, quod Eccleſia habet pœnam exilij, & alias, quas tamen imponit, quando habet aliquam ſpem correctionis delinquētis, quādo autem deſperatus eſt morbus, ferro, & foco ſanandus eſt, ideſt per Iudicem Sæcularem, nulla alia expectata declaratione, aut requiſitione. Atque ita, quando caſus contigerit, maxime meminiſſe iuuabit.

Tertius caſus, in quo Clericus ſubiacet-

cet Iudicis laici iuriſdictioni, eſt in
178 crimine Aſſaſſinij, Aſſaſſinus †
enim Clericus à toto populo Chriſtia
no diffidatus eſt, & poteſt per Sæcu-
larem Iudicem puniri, vt probat ex-
preſſe tex. in c. 1. de homici. in 6. vbi
Gemini. Philipp. Franc. & alij ordi-
narij interpretes. Hippol. de Marſil.
in l. Vnic. num. 107. C. de rapt. virg.
vbi ad propoſitum allegat. c. 1. de
Schiſmat. in 6. & voluit dicere de
homici. ſimiliſque ſcripturæ error
reperitur in pract. crimi. §. examinan-
da num. 25. idem Marſil. in d. pract.
crim. §. diligenter nu. 116. Iul. Clar.
in pract. crimin. §. fi. q. 36. nu. 29. vbi
Baiar. num. 34. dicit communiter te-
neri eiuſmodi Clericum Aſſaſsinum,
per Sæcularem Iudicem poſſe morte
puniri, abſque aliqua ſolemni de-
gradatione Couar. pract. quæſt. c. 32.
num. 2. verſ. primum etenim Ioan.
Gutierr. pract. quæſtio. lib. 3. q. 7. nu.
23. Gram. Vot. 8. num. 1. vbi elegan-
ter infert, qualiter ex d. c. 1. de homi-
ci. in 6. probetur huiuſmodi noſter
tertius caſus, & Vot. 9. nu. 18. quem,
& alios refert, & ſequitur Farina. in
practi. crimi. tit. de inquiſitio. q. 8. nu.
82. quibus addo Bouadill. in ſua po-
litic. tom. 1. lib. 2. c. 18. num. 54. Ze-
uall. in ſpecul. comm. cōtra commu.
q. 901. per totam Ioan. Garſi. in tract.
de Hiſpa. nobilit. glo. 9. num. 29. De o-
rigine autem Aſſaſsinorum optime
tractat. Petr. Gregor. Tholoſ. in ſyn-
tag. iur. vniuerſ. lib. 36. c. 15. num. 16.
apud quem, & alios ſupra allegatos vi-
dere poteris omnia, quæ circa hanc
materiam adduci poterant.

Illud autem ſolum, quod ad huius
Regni praxim ego animaduerten-
dum duxi. Clericum ſcilicet Aſſaſsi-
num, tanquam à toto Populo Chri-
ſtiano diffidatum, poſſe à Iudice Sæ-
culari puniri, ſiue loquamur in man-
179 dante † ſiue in mandatario, ſecun-
dum Angel. in tracta. de malefic.
verb. & Sempronium Rodulfi man-
datorem num. 6. Parid. de Put. de
ſyndica. verb. inquiſitio. cap. 3. inci
pit, Dicit Cōſtitut. Regni nu. 13. quos
ſequitur Grammat. d. vot. 9. num. 28.
Procedereque etiam, nulla ſpectata
180 † incorrigibilitate, & abſque aliqua
degradatione, vel ſententia, ſed ipſo
iure, & ipſo facto talis Clericus relin
quitur Iudici Sæculari. Et hanc eſſe
magis communem opinionem teſta-
tur Farinac. d. q. 8. nu. 84.

Dummodo tamen prius conſtet
de hac qualitate Aſſaſsinatus, Non
enim poteſt Clericus tanquam Aſſaſ-
ſinus puniri per Iudicem Sæcularem,
niſi prius de hac qualitate conſtet,
ſecundum Ioan. Andr. & Gemini. in
d. c. 1. de homici. in 6. & ex Alex. &
alijs, dicit communem opinionem
Farinac. d. q. 8. num. 85. ſequitur Ze-
uall. vbi ſupra nu. 33. Bouadill. d. cap.
18. num. 58.

Et Ratio eſt, vt ijdem DD. dicunt,
Quia qualitas, quæ defert iuriſdi-
ctionem, ante omnia diſcuti, & pro-
bari debet ex l. 2. §. ſed ſi dubitetur,
& l. ſi quis ex aliena. ff. de Iudici, cum
alijs ſupra nu. 77. adductis. Vnde non
ſufficit quod Clericus accuſetur, ſeu
imputetur de Aſſaſsinio, ad hoc vt,
tanquam talis, amittat clericale
priuilegium, & poſsit per Sæcularem
Iudicem puniri, ſed eſt neceſſarium,
quod probabilibus conſtet argumē-
tis eſſe talem, vt dicit tex. in d. c. 1.

In ſumma igitur dicta qualitas,
ſaltem ſummarie, plene tamen, pro-
bari debet, & de ea conſtare per ſen-
181 tentiam † Iudicis Eccleſiaſtici,
quando fuerit neceſſaria controuer-
ſia, ſeu diſcuſsio circa probationem
dictæ qualitatis. Quando vero de ea
clare, conſtiterit, vel ex facti notorie-
tate, vel per ipſius Clerici confeſsio-
nem, tunc non ſolum Eccleſiaſticus
Iudex, verum etiam, & Sæcularis po-
terit, eū Aſſaſsinum declarare, quo-
modocumque tamen ſit, ſemper eſt
neceſſaria eiuſmodi declaratio, iuxta
tradita per Grammat. Vot. 11. à nu.
5. cum ſeqq. vſque ad 8. & per Capi-

ci. de-

ici. deciſ. 112. per totam, & ab hac communi opinione, neque in iudicando, neque in conſulendo, recedendum eſſe, dicit Farinac. vbi ſupra num. 86. in fi.

Sed certe quidquid ſit de iure
182 communi, in Regno tamen articulus iſte aliter practicatur, huiuſmodi enim declaratio qualitatis Aſſaſſinatus, non fit per Iudicem Eccleſiaſticum, ſed ſemper, & indiſtincte per Iudicem Sæcularem, & ita fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium teſtatur Capyc. d. deciſ. 112. num. 4. & 7. & deciſ. 155. num. 25. Nec diſſentit Grammat. d. vot. 11. num. 8. & ita etiam obſeruari in Senatu Mediolan. refert Iul. Clar. in pract. crimi. d. §. fi. q. 36. num. 31. quem refert Bouadill. vbi ſupra d. n. 58. ad fi. & in hoc nulla eſt dubitatio.

Difficultas tamen conſiſtit in reſoluendo, An ad faciendum huiuſ-
183 modi declarationem, † & ad eam diſcutiendam, ſit dandus terminus particularis, ante terminum cauſæ principalis, An vero dicta qualitas ſit diſcutienda, & examinanda in termino cauſæ principalis, dato Inquiſito, ad ſe defendendum ſimul cum cauſa principali. Qui quidem articulus emergit hodie in Magna Curia Vicariæ, in quadam cauſa quæ adhuc non eſt deciſa. Cuius occaſione, facta aliquali perquiſitione pro habenda praxi ſimilis caſus, reperti ſũt aliqui proceſſus, in quibus diuerſimode eſt practicatus huiuſmodi articulus, recentior tamen praxis eſt, quod non datur terminus particularis, ad diſcutiendam, & examinandam huiuſmodi qualitatem, ſed in termino dato ad defendendum in cauſa principali, qualitas hæc ſimul cum cauſa diſcutitur, & examinatur, & ſententia declaratoria profertur ſimul cum condemnatione.

Quæ praxis fundatur in doctrina eiuſdem Capyc. d. deciſ. 155. nu. 26. ad fi. vbi dicit quod non eſt dandus terminus particularis ad dictam declaratoriam, Quia ante quam iudex procedat, & conſtet de qualitate, nõ poteſt fieri eius declaratio, conſtare autem non poteſt, ante diſcuſſionem cauſæ principalis, auditis reo, & fiſco, ſeu partibus querulantibus, & viſis probationibus hinc inde factis, & tunc, ad effectum dictæ declarationis, ſufficit quod ſententia dicat eſſe probatum Aſſaſſinium. Si igitur probationes hinc inde debent præcedere declarationem, ſententia, quę ipſarum virtute profertur, magis reſpicit ſententiam principalem diffinitiuam, quam declaratoriam, atque ita ſimiliter practicari in Senatu Mediol. teſtatur Iul. Clar. vbi ſupra d. nu. 31. in fi.

Ad Cuius rei corroborationem adiungebat fiſcus, quod ſtante connexitate ipſius delicti, cum eiuſmodi qualitate Aſſaſſinatus, eſſet maximum inconueniens, dare terminum particularem, ad examinandam hanc qualitatem, in quo erat neceſſarium publicare ſecreta proceſſus informatiui.

Neque obſtat, quod quotieſcumque iuriſdictio fundatur ſuper aliqua qualitate, de illa prius conſtare debet d. l. 2. §. ſed, & ſi dubitetur. ff. de iudic. cũ alijs ſupra allegatis, nam Reſpondeo, quod propter huius criminis immanitatem, & ratione ſupradictæ connexitatis, receditur in hoc caſu à iuris communis regulis; Inter
184 alia. n. ſpecialia, † quæ ꝑpter huius delicti atrocitatem, ſunt introducta, quæ cõgerit Capy. vbi ſupra d. n. 25. & 26. & proſequitur Muſcatel. in ſua pract. crimin. tit. de homicid. mediant. manda. Aſſaſſi. à nu. 72. Vnum eſt illud, quod in hoc delicto non re-
185 quiretur ſententia † declaratoria particularis, ſed ſolum illa declaratoria ſimultanea cum cauſa principali, quæ quia non præcedit cauſam principalem, ſed diſcutitur, & examinatur ſimul cum probationibus cau-

ſæ

ſæ principalis, ideo, attento effectu, diximus, quod magis reſpicit ſententiam principalem diffinitiuam, quæ in ea virtualiter comprehenditur. Ra
186 tione cuius connexitatis, † eſt illicita ſeparatio, iux. tex. in l. ſed ſi plures 10. §. filio impuberi ff. de vulg. & pupil. ſubſti. proſequitur latè Hyppol. de Marſil. ſingul. 180. pulchra, & pulchra, per totum, & ſic articulus declarationis diſcutitur cum cauſa principali, cui eſt connexus. Et vt, in hoc arduo, & quotidiano articulo, nihil, quod ad praxim attinet, pœnitus ignoretur, debes ſcire, Quod quando de Aſſaſſinio inquiſitus allegat Clericatum, ſtatim fit ſecreta (ſemotis partibus) diſcuſſio circa probationes, vel indicia qualitatis Aſſaſſinatus, & ſi in proceſſu conſtat de dicta qualitate per probabilia ſaltem argumẽta; Tũc fit decretũ, quod oppoſitis nõ obſtãtibus detur defenſiones inquiſito ſuper cauſa principali, & tota inquiſitione. Et ſi in termino defenſionũ nihil adducit, quod diminuat dicta probabilia argumenta aſſaſſinatus contra eum exiſtentia, proceditur ad vlteriora in cauſa, nulla habita cõſideratione allegati Clericatus, ad tex. in d. cap. 1. de homic. in 6. & ea quæ paulò antea diximus. Quod ſi in dicto termino defenſionum diminuerit inquiſitus vim probabilium argumentorum, contra eum exiſtentium, & ſuum Clericatum formiter probauerit, Tunc remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum. Et Ratio eſt, quia ceſſantibus illis probabilibus argumentis qualitatis Aſſaſſinatus, quæ deferebant Iuriſdictionem Iudici Laico, remanet res in terminis cuiuſuis ſimplicis delicti, in quibus, probato Clericatu, fit ſtatim remiſſio, vt dicemus ad Carauit. numer. fin.

Quæ autem ſint in hac materia probabilia argumenta ſolet ſæpiſſime in Tribunalibus controuerti, cùm non habeamus certam regulam quæ id determinet, ex quo probationum materia eſt maximè in Iudicis arbitrio fundata ſecundum Grammat. deciſ. 34. num. 47. quem refert, & ſequitur Petr. Caball. reſol. Crimin. caſ. 193. num. fin.

Ego autem ſic dicerem, ꝙ argumentum in hac ſpecie nihil aliud eſt, quã Ratio quædam probationis, ideſt, in qua probatio fundatur, vt colligitur ex Ariſt. in Rethor. ad Alexan. in §. de argumento in fin. Vnde Quintil. lib. 5. inſtit. orat. cap. 10. Eſt autem Argumentum, inquit, ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod eſt dubium, per id quod dubium non eſt confirmat. ideoque Azo. in ſumm. C. de probatio. in prin. dixit quod probatio eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio, ſequitur Hoſti. in ſumm. eod. tit. §. 1. Azonem defendit Areti. in rub. extr. de probatio. à nu. 1. cum ſeqq.

Vnde fit ꝙ ſi argumentum probationis ſumatur à loco neceſſario, id eſt per modos à iure introductos ad faciendam neceſſariam probationem (iuxta tradita per Maſcar. de probatio. q. 2. num. 22. & q. 4. num. 15.) probatio dicetur plena, & neceſſaria; Sin autem ſumatur argumentum probationis per modos à iure introductos ad faciendam ſemiplenã probationem, de quibus Maſcar. d. q. 4. num. 17. & q. 11. cum ſeqq. probatio dicetur ſemiplena, & probabilis, ideſt deducta per probabilia argumenta.

Et ſic Bal. in l. ea quidẽ n. 9. C. de accuſatio. dixit, quòd id quod colligitur ex pluribus indicijs, præſumptionibus, & coniecturis tendens ad idem dicitur probabile argumentum, & ad propoſitum, Quintilia. d. cap. 10. Probabilia argumenta deſumi, dixit, ex re, ideſt ex ipſo negotio, ſeu delicto, vel ex perſona, vtputa ex cauſa delicti, tempore, loco, occaſione, inſtrumento, & alijs cir-

circumſtantijs, ex genere delinquentis,eius natione,Patria, ſexu, educatione,habitu corporis,fortuna,conditione, animi natura, officio, & alijs quæ latè proſequitur ibi.

Cuius rei occaſione non te pigeat quæſo,exẽpli gratia,videre Hyppolit. de Marſil.magnum Criminaliſtam in pract.crimin.§. examinata num. 29. vbi in effectu concludit,quod in crimine Aſſaſſinij teſtis de auditu auditus ſufficit ad torturam, quia facit qualem qualem præſumptionem, & coniecturam, & qualiſqualis præſumptio, ſeu coniectura eſt potentior quàm probabile argumentum, & Hyppolitum ſequitur Ant.Gabr.com. opinio.lib.7.tit.de criminal. concluſ. 1.num. 22.Et in facti contingentia inuenio, Magnam Curiam Vicariæ exiſtentibus Iudicibus eiuſdem Domino Don Ioanne Salamanca, Domino Don Ioanne Sanchez, & Domino Fuluio de Coſtantio,approbante Sacro Conſilio de anno 1595. in cauſa contra Don Franciſc. de N. Marchionem de N. in Banca Pinti. Scriba fuit Perſius de Creſcentio ex ſola confeſſione vnius ſocij criminis leuiter adminiculata, denegaſſe remiſſionem Troiano Paulili, allegan-ti ſacros Ordines, eique intuliſſe geminatam torturam, ex proceſſu informatiuo.

Vbi vides, quod quamuis ad inferendam ſimplicem torturam ex proceſſu informatiuo ſint neceſſaria vrgentia indicia,vt notat Io.Ant. de de Nigr. per eum tex.in cap. Regni. Si cum ſceleratis.Et Conſt.Pap.in prax.arbitr.Mag. Cur. Vicar. cap. 4. num.110.Magna Curia arbitrata fuit propter criminis Aſſaſſinij inmanitatem ex ſola ſocij criminis confeſſione, leuiter adminiculata non ſolum denegare remiſſionem petitam per dictum Troianum, ſed etiam eum ex proceſſu informatiuo duplicatis vicibus torquere, reputans dictam confeſſionem cum leuibus adminiculis eſſe probabile argumentum Aſſaſſinij. Quæ omnia ſunt obſeruatione digna ad ſumenda in hac materia aliqua exempla practicata probabilium argumentorum. Et hæc de plano procedunt in praxi,quando Clericatus allegatur ante terminum defenſionum, vel in ipſo termino, quod ſcilicet non datur particularis terminus ſuper Clericatu.Difficultas autem in eo conſiſtit: An caſu quo datus ſit iam terminus in cauſa principali,& ſecuta condemnatio, ſi poſtea ante ſententiæ executionem compareat Prælatus inquiſiti petens eius remiſſionem, dandus ſit particularis terminus ſuper ea. Qui caſus nuper emerſit in Mag.Curia,In quo euenit, quod quidam Franciſcus Tarallo ictu Scoppittoli paruuli letaliter vulnerauit Ioſephum de Rugiero, nulla tunc temporis apparente cauſa, Captuſque in fraganti dictus Franciſcus, & ductus in Magnam Curiam cauſa mihi commiſſa ſtatim fuit capta informatio, & cùm mandaſſemus ipſum examinari,dixit eſſe Clericum,& Religioſum cuiuſdam Religionis; quam reuerentiæ cauſa non nomino, fuit ei datus terminus ſuper petita remiſſione, & ſeruatis ſeruandis fuit excluſus, compilatoque proceſſu ſuper cauſa principali, fuit tanquam conuictus condemnatus ad mortem naturalem, vigore Regiæ Pragmaticæ, & iuſſum torqueri tanquam cadauer, ſuper cauſa delicti. Et vix torturæ applicatus, confeſſus fuit commiſiſſe dictum delictum mendiante Aſſaſſinio cum promiſſione ducatorum quinquaginta, Corroborataque huiuſmodi confeſsione aliquibus grauibus indicijs contra mandantem & ipſum mandatarium. Comparuit Prior Monaſterij, petens dicti inquiſiti, & condemnati remiſsionem, & dubitabatur, vtrum dandus eſſet terminus ſuper petita remiſsione, & ſuppoſito, quod Religioſi etiam gau-

gau-

gaudent fori clericali priuilegio ſecundum Farinacium, in prac. crim. tit.de inquiſit.q. 8. num.46. ampliatio. 20.& diximus ſupra num.100.&
187 quod eiuſmodi † exceptio poteſt opponi in quacunque iudicij parte, etiam poſt tres conformes ſententias, & impedit earum executionem idem Farina.vbi ſupra nu.15.& ſup-
188 poſito etiam, quod Prior † prædictus,qui remiſſionem petebat, habebat intereſſe in articulo, ad tradita per Farinac.d.q. 8.num.46. ampliatio 18.Mart.de Iuriſdict. 2.p.caſ.182 2.num.2.& facit tex.in cap.14.Concil. Tridenr. ſeſſ. 26. decret. de reformar.dicebam non poſſe denegari terminum dicto Priori, ad eum audiendum in ſua prætenſione. Dicebamque non obſtare quod fiſcus dicebat, in crimine ſcilicet Aſſaſſinij (probati iam in hoc caſu per dicti inquiſiti confeſsionem, corroboratam alijs grauibus indicijs) non dari terminum ſuper declaratione Aſſaſſinatus, vt ſupra reſolutum eſt. Quia id procedit regulariter, & quando eiuſmodi qualitas pōt diſcuti in termino cauſæ principalis. Cæterum qn̄ intereſſe prætendens comparet poſt compilatum proceſſum, quo tempore impoſibile eſt, quod qualitas Aſſaſsinij diſcutiatur cum cauſa principali, quæ iam fuit compilata, & eius terminus elapſus,& cum ſit verum, quod eiuſmodi exceptio poteſt in quacumque iudicij parte opponi, vt ſupra diximus, neſcio quomodo poterat Prior prædictus excludi,& ei terminus denegari; ſtante regula
189 † quod comparens pro ſuo intereſſe debet audiri in quacunque iudicij parte.Hieron. Magon. deciſ.Florent.104.num.27.Afflict. deciſ. 235. Borgni.Caualca. deciſ.10.num. 6.p. 1.Ioſeph.Ludouic.deciſ.Lucen.65.

Quibus,& alijs multis pro vtraq; parte diſcuſsis,& ponderatis,fuit per Magnam Curiam prouiſum, procedi ad executionem ſententiæ, non obſtante comparitione per dictum Priorem præſentata,Me tamen contradicente. Et facta relatione in Regio Collaterali Conſilio coram Excellentiſsimo Domino Prorege fuit eiuſdem Magnæ Curiæ ſententia confirmata. Ex ea ſcilicet ratione, vt alias vigentiſsimas ommittam, Quod ex dicta confeſsione grauibus indicijs roborata, vt diximus, adeò euidenter, & clare conſtabat Aſſaſſinatus qualitas, ad fundandam Iudicis Laici iuriſdictionem, quod non erat iuſtum, nec conueniens admittere Priorem prædictum, ad calumnioſe inficiandam rem adeo euidentem. Eo maxime quod aderat vehemens ſuſpicio, dictum Priorem comparuiſſe, ad inſtantiam mandantis Aſſaſsinium, vt in perito termino eneruaret indicia contra eum exiſtentia, faceretque eius defenſiones, quod fuit iudicatum maximum inconueniens in re tam clara, & manifeſta.

Dicebatur inſuper,fruſtra admitti Priorē ad probandam profeſsionem ſeu Monachatum cuius priuilegium per confeſſum Aſſaſsinium erat deperditum,ex d.cap.1.de homic.in 6. & ſic fuit executa ſententia condemnatoria ad mortem die 9. Martij 1624. ſcriba fuit Ioann.Manna. in Banca Piati.

Quartus caſus eſt(iſq;à nullo Doctore,quem ſaltē viderim adhuc ad-
190 ductus)quando aliquis ordinatur † in minoribus Ordinibus, cum literis dimiſſorijs, ſeu reuerendis Capituli, ſede Vacante, expeditis infra annum à die Vacationis, Is enim nullo fori priuilegio gaudet, niſi tamen ratione beneficij obtenti, vel obtinendi arctatus ſit infra dictum annum,Ordines ſuſcipere,Tunc enim abſque pęna aliqua poterit, cum literis prædictis Capituli ſede Vacante, Ordines ſuſcipere, pro vt ita expreſſè diſpoſitum eſt in Sacroſancto Concil.Trid. ſeſſ.7.in decret. de re-

for-

formati.c. 10.incipit.Non liceat Capitulis.Circa cuius caſus materiam, & ornatum d. cap. 10. multa de irregularitate, interdicto, & ſuſpenſione dici poterant, ſed quia eſſet nimis extra propoſitum diuagari, ideo circa fori priuilegium, de quo ille tex. loquitur, aliqua dicere contentus ero.

Ad Rationem igitur huius quarti caſus, Primo animaduerto, ſacros Canones ſummo ſtudio, maximaque diligentia ſemper procuraſſe, vt qui
191 ad Clericatus † dignitatem aſſumentur, tanto muneri, & dignitati ſint idonei iux.tex.in c.cũ in cunctis 7.& in c.nihil eſt 44.de elect.& doct. proſequitur Sot.in 4. ſentent. diſtin. 25. q. 1.art.4. per totum notat Rebuf. in prax. beneficia de Cleric. & à quibus & quo mod.creen.numer. 5. Nauar.in manual.cap. 25. num. 68. cum ſeqq.Petr.Sot.in tract.de inſtit. ſacerdot. de Sacram. ord. lectio. 4 verſ. de diſpoſitione ſuſcipientium. Silui. Tint. de ordinat. Clerico.q. 4. per totam. Et hinc ortæ ſunt tot irregularitatis ſpecies,quas ad duo capita reduxit nouiſſime Sayr. in Theſaur.caſ. conſcien.lib.6. cap.1. num. 27. Huiuſmodi autem idoneitatem
192 melius præſumitur ſcire proprius † Epiſcopus, quia tanquam bonus paſtor aptiùs p̃ſumitur cognoſcere oues ſuas, quam alienus,iux.illud Ioan. c. 10. Ego ſum paſtor bonus &c. & Actu.Apoſtol.cap.20.Attendite vobis,& vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus ſanctus Epiſcopos &c. & facit tex.in c. cum deputati 16. de iudic.optimus tex. in in c. tuæ de Cleric.peregr. & in can. fin. 19. q.2. Silui. Tint. vbi ſupra q.8.art. 12.n.10. & eſt optimus tex.in Concil. Tridẽt. ſeſſ.23.in decret.de reformat. cap.7. quem ad idem expendit.Dida. Spin. in ſpecul.teſtam. gloſ. 3.num.49. ad fin.

Vnde cautũ fuit neminẽ niſi à pro-
193 prio † Epiſcopo ordinari poſſe, qui de idoneitate præſumitur informatus tex. expreſſus, & ad propoſitum factus, in c.1.de tempor. ordin. in 6. optimus tex. in c. nullus Epiſcopus de Paroch. & Parochia melior tex. in cap.5. incipit nulli Epiſcopo in Concil.Trident.ſeſsio.6. in decreto, de reformat. proſequitur Petr. Gregor.Tholoſa. in Syntag.iur. Vniuer. lib. 16.c.9. nu.3.Nauar. vbi ſupra. c. 22. num.18.Silui.Tint.d.q.8.nu.15.
194 Quis autẽ in hoc caſu proprius † dicatur Epiſcopus declarauit tex. in c.cum nullus eod. tit. in 6.Sayr. vbi ſupra lib. 7. c. 10. nu. 30. Cuius rei tanta fuit cura ſummis Pontificibus, vt diuerſis pęnis aliter ordinatos, & ordinantes afficerent, vt videre eſt per totam 17. diſti. & poſtea in d. c. 1.& 2.de tempor.ordina. in 6. nouiſſimeque per Bullam quandam Clementis. VIII. datam pridie Kalend. Maij anni 1595. quam ponit Sayr. vbi ſupra lib.4.poſt c. 16.

Adeo,quod ordinatum ab alieno Epiſcopo Clericali priuilegio non gaudere affirmauit Flaminius Pariſ. in tract.de reſignat. benefic. lib.4.q. 2.num. 85.

Vnde Gutierr.quæſt.canoni.lib.2.
195 cap. 17.nu. 30. dixit, Epiſcopum † ordinantem Clericum alterius Dioeceſis delinquere,ſi quidem,vt ipſe dixerat num.2. ex tali ordinatione iniuria quodamodo afficitur proprius Epiſcopus,& ſic ex eiuſmodi ordinationibus,rixas, & diſcordias oriri inter Epiſcopos dicebat iamdiu tex. in can.illud quoque 71.diſti.

Sed quia aliquãdo proprius Epiſcopus propter aliquod impedimentum ſuos Dioeceſanos ordinare non poterat, à Sanctis Patribus, & ſummis Pontificibus decretum, & ſtatutum fuit poſſe quemlibet Epiſcopum, Cle-
196 ricum alienæ † Dioeceſis, portantem literas dimiſſoriales, (quas nos reuerendas vocamus)ordinare,vt in omnibus ſupradictis iuribus probatur, præſertim in d. cap. illud cum ſeqq.

ſeqq.71.diſtin. & in d.c.1. c. cum nullus de tempor. ordinat. in 6. & in d.Bulla Clement. VIII. Quas litte-
197 ras dimiſsorias † nullus alius, præter Epiſcopum, poteſt concedere, ſede non vacante, vt expreſsè diſponit tex.ſic intelligendus in cap. 10. incipit. Abbatibus in eodem Concil. Trident. ſeſsio.23.in decret.de reforma. Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.cap. 127.num.6.tom.1. Per quas litteras dimiſſorias proprius Epiſcopus concedit licentiam Ordinando; & Ordinandi Ordines ſuſcipere, & adminiſtrare reſpectiuè, vt, earum formam, & naturam declarando, proſequitur Rebuf.vbi ſupra de form.dimiſſ. literà.per totum vbi num.13. ſubdit per
198 harum † litterarum dimiſſorialium introductionem, & obſeruantiam, pacem inter Epiſcopos conſeruari, iux.tex.in can.Primatus 71.diſtin.Ex quibus omnibus colligitur, Clericum cum dimiſſorijs litteris ſui proprij Epiſcopi ordinari poſſe ab alieno.

Secundo animaduerto, ſede vacan
199 te † nihil innouandum eſſe, vt colligitur ex titulis, ne ſede vacante aliquid innouetur, extra, & in 6. Quæ rubricæ, cùm per orationem perfectam loquantur, faciunt ius, vt dicit gloſ. in d. rubr. extr. ne ſede vacante vbi Hoſtien.in ſumm.verſ. an hæc rubrica, notat Euerar.in loc.legal. in loc.à rubri. num 3. Rot. Roman. deciſ. 1. num.9.cùm ſeq.inter deciſ. diuerſor. 2. par. in nouiſsim. Et ſic innouatio ſede vacante eſt de genere prohibitorum, propereaque non permittitur niſi in caſibus à iure expreſsis, vt dicit gloſ.in d.rubr.Et hoc tam fauore ipſius Eccleſiæ, quæ, cùm iure minoris vtatur cap. 1. de in integr. reſtit.Speculat.in tit.ne ſede vacante num.3.abſque curatore, ideſt Prælato, ſe tueri non poteſt, ad tex. in prin. inſti.de curat. Quàm etiam fauore ipſius futuri Prælati, in cuius præiu-
200 dicium † non eſt Eccleſiæ ſtatus ſubuertendus, vt notat Hoſtien. vbi ſupra ſtatim in initio, & facit tex.in cap.1.§. attendentes, vbi DD. eod. tit. ne ſede vacante, & conſiderat Guttier. quæſtio. canoni. lib.2.cap. 17. num.2. verſ. ſecundo quod.Azeued.conſ.11. à num.13.

201 Sunt autem † multi caſus à iure expreſsi, in quibus, ſede vacante, innouatio permittitur, quorum aliquos ponit Addirio.ad Hoſtien.vbi ſupra litera d.verſ.& in quibus hæc regula in fin.& ante eum Goffred.ibi proſequitur Imol.in cap.1.à num.4.cum ſeqq eod.tit. ne ſede vacante; vbi etiam Ioan.Andr.num.6. Ant.de Butr.num.8.Zabarell. nu.7. & Anchar. num. 7.

Ille autem caſus ad propoſitum noſtrum eſt maximè conſiderationis
202 quod † Capitulum, Eccleſia vacante, poteſt has litteras dimiſſorias, ſeu commendatitias Clericis illius Diœceſis, illiſque quibus Epiſcopus poterat, concedere. Ita probat tex. in cap.cum nullus §. Epiſcopo, ibi, vel ſede vacante Capitulum, iuncta gloſ. ibi de tempor. ordin. in 6. Guttier. vbi ſupra num. 13. notat Philipp. Franc.in d. cap. cum nullus num. 1. ad fin.Petr. Gregor. Tholoſ. in nou. inſtit.rei benef.cap.36. num. 9. latè Rebuff. vbi ſupra.

Sed quia Capitula nimis properè fortaſſis, & leuiter, ad concedendas eiuſmodi litteras dimiſſoriales procedebant, in non modicum præiudicium futuri Epiſcopi, vt dicebat Guttier.in d. verſ.ſecundo quod. Ideo ſacroſanctum Concilium Tridentinum d. ſeſſ. 7. in decret. de reformat.cap. 10.incipit, Non liceat, decreuit, Capitula, ſede vacante, dictas litteras dimiſſoriales concedere minime poſſe, infra annum à die vacationis, alias Capitulum interdicto ſubiacere; & Ordinatum, ſi in minoribus Ordinibus fuerit, nullo Clericali priuilegio gaudere, præſertim in criminalibus, niſi forſan ratione Beneficij obtenti, vel obtinendi Capitulum arcta-

tum fuerit, ad dictas litteras concedendas,& ordinatos, ad Ordines prædictos ſuſcipiendos; vt latius in eo tex. dicitur;ita Nauar.conſ.20. alias 28.quem ſequitur Sayr.in deciſ.caſi conſcien.lib.1.tit.7.deciſ.22. proſequitur Zeuall. in ſpecul. commun. contra commun. opinio. 897. num. 1031.lib.4.Et de obligatione, ſeu arctatione Ordines ſuſcipiendi,ratione Beneficij obtenti, vel obtinendi, aliqua dicit Dida.Spin.in ſpecul. teſtamen.gloſ.4.de Patron.à teſtat. nominat.à num. 65. cum ſeqq.

Ampliaturque ſupra proximè tradita reſolutio deſumpta ex d. cap.10.
203 † Concilij Trident.Vt ſcilicet procedat, non ſolum in ordinato cum litteris dimiſſorijs Capituli ſede vacante, expeditis infra annum à die vacationis, ſed etiam ſi dictæ litteræ fuerint expeditæ à quibuſcunque alijs perſonis, in iuriſdictionem Epiſcopi ſuccedentibus loco Capituli ſede vacante;vt expreſsè determinatum extat in eodem Concil. Triden.ſeſſio.23.cap.10.incipit,Abbatibus verſ.pœnam quoque,in decret.de reformatio.Quo loci expreſsè cauetur,pœnam impoſitam ijs, qui impetrant litteras dimiſſorias, à Capitulo Epiſcopali, ſede vacante, contra decretum eiuſdem ſanctæ Synodi ſub Paulo III.ideſt,contra d.cap.10.d.ſeſſio.7.extendi ad illos, qui eaſdem litteras obtinuerint non à Capitulo, ſed ab alijs quibuſcunque perſonis in iuriſdictionē Epiſcopi ſuccedentibus,loco Capituli ſede vacante.

Pro cuius deciſionis intelligentia debes breuiter ſcire,quod,ſede vacan
204 te,† licet regulariter ſuccedat Capitulum loco Prælati,ſecundum Hoſtienſ.& Goffred.in ſumm.d.tit.ne ſede vacante;& tex.in cap.cum olim iuncta gloſ.fin.ibi de maiorit.& obedient. Aliquando tamen datur Eccleſiæ,ſede vacante,Viſitator,vt in can. fin.61.diſt.& in cap.fin. de ſupplend. neglig. Prælat.gloſ. verb.ſeu is,in d. cap. cum nullus verſ.Epiſcopo, de tempor.ordina.Archidia. & Philipp. Fran. in cap. Eccleſiæ de ſupplend. neglig.Prælat.in 6. Aliquando Syndicus, ſeu Oeconomus, ſecundum Goffred.vbi ſupra num.7.Huiuſmodi igitur perſonæ prohibentur, concedere litteras dimiſſorias infra annum à die vacationis,per d. verſ. pœnam quoque,ſub pœnis in d.cap.10 ſeſſio.7. contentis.

Circa cuius deciſionem, Primò
205 quæro, vtrum iſte Clericus,† ordinatus ab alieno Epiſcopo, cum litteris dimiſſorijs Capituli, vel alterius, qui eius loco ſuccedit ſede vacante, expeditis infra annum à die vacationis, amittat Clericale fori priuilegium in cauſis ciuilibus? Et videtur quod non,quia tex.in d.cap.10. Concil.Trident. ſolum dicit, præſertim in criminalibus amittere; vnde cùm eius diſpoſitio pœnalis ſit, reſtringi debet tanquam odioſa; argumen.tex.in reg.odia.de reg.iur.in 6. & ſic intelligi ſolum in caſu de quo loquitur;& facit tex. in cap. vnic. de Cleric.coniug.in 6.vbi Boniſa. VIII. Clericos coniugatos non bigamos, incedentes tamen in habitu, & tonſura,excludit ſolum à fori priuilegio, quoad ciuiles cauſas, vt in verſ. in cæteris;& ſic cenſetur eos conſeruare in eodem priuilegio, quoad cauſas criminales.

Contrariam tamen opinionem veriorem de iure exiſtimo. Primò, per verba eiuſdem tex.d.cap. 10. ibi, nullo priuilegio Clericali, Dictio e-
206 nim(nullus)† vniuerſalis eſt,& omnem caſum excludit argumen.tex.in l. Pediculis 34. §. labeo ff. de aur. & argen.legat.notat Couar. rem diffuſè proſequendo,variar.reſolut. lib.1. cap. 13. num. 1. & 7.Octauia. deciſ. Pedemont, 94. num.10. Subdens, id maximè procedere, quando abſurdum,vel iniquitas non reſultat, vt in caſu noſtro, in quo iniquitas aliqua conſiderari non poteſt, ſtante, quod

ille

ille tex. in d.cap.10. Concil. Triden. expreſsè loquitur in cauſis criminalibus,quæ maioris ſunt præiudicij;& ſic illa particula(Nullus)quę prohibitiua,& negatiua eſt,omne priuilegiū tollit. Aug. Barb. de dictio.& clauſul. dictio.195.num.1.Grat.de dictio.dictio.143. num.1. Roman. conſ.199.
207 num. 2. quia plus tollit negatio, † quam ponit affirmatio, ſecundum gloſ.verb.à ſuſpenſis.Quam ſingularem dicit Couar. vbi ſupra ex Cardin.ibi in cap.cum dilectus 8.de conſuetud.Fran.Marcus deciſ.134.num. 9.par.2.Natta conſ.66. nu. fin. tom. 1. Rolan. à Vall. conſ. 27. num. 14. tom.4.Et inde Oldrad.conſ.16. Thema tale eſt num.3. dixit,quod nega-
208 tiuus † ſermo vniuerſalis in vno actu non finitur.argumen.tex. in l. ſi ſic 133 ff.de verb.oblig.Ergo dicendum eſt,nedum in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus cauſis Clericum taliter ordinatum fori priuilegium amittere.

Secundò probatur ex eo quod ille tex.expreſsè excludit Clericos prædictos ordinatos cum litteris dimiſſorijs Capituli,ſede vacante,expeditis infra annum à die vacationis, à fori priuilegio, in cauſis criminalibus: quæ excluſio maioris eſt præiudicij, quàm excluſio in cauſis ciuilibus,vt ad ſenſum patet; Ergo excludit etiam eos in cauſis ciuilibus,quia cui licet ꝙ eſt plus,licet vtique ꝙ eſt eſt minus;& ſic Iudex Secularis, qui poteſt cognoſcere de cauſis criminalibus huiuſmodi Clericorum taliter ordinatorum, poterit etiam de cauſis
209 ciuilibus ex d. reg. cui licet † 53. de reg. iur. in 6. l. non debet 21. ff. eod. quam vltra Din. & Deci. in dictis locis, exornat Euerar. in locis legali. in loco à minori, vbi num.2. reſoluit regulam hanc habere etiam locum in ſtatutis permiſſiuis,per tex. quem dicit notabilem, in l. nec in ea 22.§. ius occidendi verſ. ſed qui occidere ff.ad leg.Iul.de adulter.vbi ita tenet præceptor Bart.num.2.& dicit, ita eſſe mente tenendum, ad ſtatuta, quæ permittunt aliquem occidere, quæ permittunt etiam, eundem verberari. Et melius idem Euerar.in loc. à ratio.leg.larg. num.11. faciunt notata per Hyppol. de Marſil. conſ.61. poſt redditum conſilium. num. 9. & 10.volum.1.Hieronym.Cagnol.in d.l.non debet num.8.
210 Quæ regula † maximè procedit, quando plus continet illud minus ſub ſe,tanquam ſpeciem,ſeu partem, vt ex Hoſtien. & Præpoſ.tenet Euerar.vbi ſupra num.4. & pars, ſeu ſpecies non reperitur expreſsè ſeparata, & ita eſt intelligendus Deci. in d. l. non debet.num.5.& tex.per eum allegatus in l.ſolemus §.latrunculator.ff. de iud.ſecundum Cagnol.vbi ſupra num. 9. Et ſic concludendum eſt, quod Clericus primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum ordinatus cum literis dimiſſorijs Capituli, ſede vacante,expeditis infra annum à die vacationis, nullo gaudeat Clericali priuilegio in Criminalibus, neque in Ciuilibus.

Quid quod,ex ſupradictis, & præſertim ex notatis circa naturam dictionis(nullus) tentari poſſet, quòd quamuis regulariter multa Clericis competant priuilegia,vt ex Ioan.Anto.de Nigr. & alijs notauimus ſupra par.1. num.26. Clericus,de quo in iſto caſu, nullo dictorum priuilegiorum gaudere debeat; vt expreſsè dicit Concil.Trident.d.cap.10.ibi,nullo priuilegio Clericali.

Neque obſtat fundamentum illud pro contraria parte ſupra adductum; Nam reſpondetur,mentem, & intentionem Concilij Trident. d. cap. 10. fuiſſe,omni Clericali priuilegio Clericos prædictos priuare, vt denotant illa verba(nullo priuilegio Clericali) quæ cum vniuerſalia ſint,omnem caſum excludunt, vt paulò antea diximus; Vt autem nullus caſus dubitabilis remaneret, ad maiorem decla-

rationem,ſubiunxit Concilium illa
verba (præſertim in criminalibus) &
211 ſic dictio (præſertim) † ſtat ibi de-
claratiuè,& exponitur,ideſt,maximè
vt in cap. 1. §. nos tanto, & ibi gloſ.
verb.præſertim,vbi optimè Philipp.
Fran.num.7.& Archidi.num.2. de
homicid.in 6.Auguſt. Barboſ. de di-
ctio. & clauſul. dictio. 233. Angel.
Grat. de dictio. dictio. 180. vel ſtat
comparatiuè, & ſupponit idem in
poſitiuo,vt dicit Panorm.in cap. per
ruas el 1.num.5.& 12.de ſimoni.vbi
in d. num.5. ait, ita eſſe notandum
pro ſtatutis, in quibus verba ſtant,&
debent intelligi propriè, idem Pa-
norm.in cap. cum contingat num.6.
de for.compet. ſequitur Mant. Bena-
uid. in tract. de nonnulla.dictio. nat.
verſ. quinquageſima prima fol. mihi
94.& iſte eſt proprius,& verus illius
tex. ſenſus.

212 Non enim dictio(præſertim) † ſtat
ibi limitatiuè, pro(tantum) vt in cap.
illud 4.iuncta gloſ.verb. præſertim
12.diſtin. vbi ita fieri debet interpre
tatio, quia ſubiecta materia aliud
non patitur, propter quam aliquan-
do impropriantur verba, cùm aliàs,
propriè loquendo,dictio (præſertim)
pro maximè, vt ſupra diximus expo-
natur, & à proprietate verborum
recedendum non eſt,niſi euidens ſit,
Legislatorem aliud ſentiſſe l. non ali
ter ff.de legar.3.notat Corraſ.de iur.
ciuil.in art.redigen.4.par.cap.4.in
prin.

Non obſtat tandem tex. in d. cap.
213 vnic.† de Cleric.coniug.in 6.Quo-
niam ibi clarè, & expreſsè Summus
Pontifex decreuit, Clericos coniu-
gatos non bigamos, incedentes ta-
men in habitu,& tonſura, gaudere
fori priuilegio in Criminalibus, non
vero in Ciuilibus, & ſic nullum caſũ
reliquit interpretationi.Er eſto quod
ille tex. excluderet expreſsè dictos
Clericos coniugatos à priuilegio fo-
ri in cauſis Ciuilibus, & tacitè eos
conſeruaret, quoad Criminales cau-
ſas, adhuc argumentum non proce-
deret ad caſum noſtrum, vbi ex ma-
ioritate rationis, quæ militat in cau-
ſis criminalibus, extendimus ean-
dem diſpoſitionem ad ciuiles, quod
non procedit è contra, de ciuilibus
ad criminales, cùm ciuiles ſint mi-
noris præiudicij, & ſic ratio argu-
menti à maioritate non poteſt mili-
tare.

Secundo, retentis adhuc eiſdem
terminis huius quarti caſus, Quæro,
214 vtrum Clericus † prædictus, qui,
ſede vacante, cum literis dimiſſo-
rijs ipſius Capituli, vel alterius,loco
ipſius expeditis infra annum a die
vacationis,primam tonſuram, vel mi
nores Ordines ſuſcepit,perdat in per-
peruum Clericale priuilegium. Et
videtur quod ſic,quia non poteſt eoſ
dem Ordines iterum ſuſcipere, per
quos poſſet,illis legitimè, & canoñi
cè iterum receptis,priuilegium recu-
215 perare, ſiquidem Ordinis † Sacra-
mentum reiterari non poteſt, ſecun-
dùm Nauar. in manual. lati. cap. 22.
num.2. Præterea non poteſt diſpen-
ſationem obtinere, ad alios Ordines
ſuſcipiendos, per quorum ſuſceptio-
nem ſimiliter dictum priuilegium
recuperare poſſet, ſiquidem eiuſmo-
di Clerico, ordines cũ dictis litteris
dimiſſorialibus ſuſcipienti, ſpes di-
ſpenſationis denegatur in cap. 1. §.
eos vero,ibi, abſque ſpe diſpenſatio-
nis de tempor. ordina. in 6.& ſic vi-
detur impeditus ad recuperandum
Clericale priuilegium, & quod illud
in perpetuum amiſerit.

Sed contrarium verius eſt, & o-
miſſa diſputatione, an Ordinis ſacra-
mẽtum reiterari poſſit,quæ ſopita eſt
per Concil.Triden.ſeſſio.7.can.9.de-
cernens non poſſe; Dicendum eſt,
Clericum prædictum Clericale pri-
uilegium recuperare valere, recupe-
rata dictorum Ordinum validitate
216 per Pontificis diſpenſationem, †
quæ vulgò appellatur,Perindè valere
Quæ facit, vt illi Ordines perinde
valeant,

valeant, ac ſi dati, & collati fuiſſent canonicè, & legitimè à proprio Epiſcopo, prout ita ad cautelam notauit Rebuff. in prax. benefic. de liter. dimiſſor. nu. 5. dicens diſpenſationem hanc neminem alium concedere poſſe per tex. in d. cap. 1. §. eos autem de tempor. ordin. in 6.

217 Neque obſtat idem tex. † in illis verbis, ibi, (abſque ſpe diſpẽſationis.) Nam reſpondetur, quod illa verba poſita fuerunt hyperbolicè, & ad terrorem, vt dicit gloſ. ibi in caſus poſitione, aliàs idem tex. ſibi ipſi contradiceret, quod eſſet maximum abſurdum, & inconueniens, iuxta notata per Foller. in pract. crimin. verb. audiantur excuſatores num. 124. qui allegat Pariſi. conſ. 20. num. 44. lib. 1.

Vel ſecundò Reſpondeo, illa verba, (abſque ſpe diſpenſationis,) eſſe referenda ad diſpenſationem Ordinarij, ita vt ſuper hac ſuſpenſione Ordinarius diſpenſare non poſſit, prout antiquitùs poterat, ſecundum gloſ. ibi, verb. ſpe, quam ſequitur Gemini. ibidem, & ſic verba ſequentia ibi, (ſuper hoc à Sede Apoſtolica obtinendæ) debent legi per parentheſim, ita vt ſit ſenſus, diſpenſationem hanc à ſola Sede Apoſtolica obtineri debere. Et hunc puto verum illius intellectum.

Quintus caſus, in quo Clericus ſubeſt Iudicis Laici iuriſdictioni, iſque à Doctoribus non adhuc ponde-
218 ratus, eſt in Clerico † conuento iuxta formam l. diffamari C. de ingenuis, manum. Quotieſcunque enim aliqua Sæcularis perſona intentat remedium d. legis diffamari, Tunc ſi Clericus, qui diffamauit prouocatus à Laico diffamato cauſam proſequi voluerit, coram Sęculari Iudice id facere tenetur.

Ex ea ſcilicet ratione, (vt alias ommittam) Quia quando Clericus à principio diffamauit Laicum, ſiue in cauſa ciuili, ſiue in criminali (in omnibus enim habet locum hoc re-
219 medium † ſecundum Anto. Gomez variar. reſolut. tom. 3. cap. 1. nu. 18. quem refert, & ſequitur Ioa. Guttierr. conſ. 51. num. 5.) videtur eum tacitè ad iudicium vocaſſe ad tex. in ead. l. diffamari ibi, ne de cætero inquietudinem ſuſtineres, & per eum tex. ita tenet Boer. deciſ. 255. num. 7 qui ad propoſitum allegat Bald. in d. l. diffamari num. 6. & num. 9. in fin. & facit optimè tex. in l. ſi ea 7. C. qui
220 accuſa. non poſſ. & ſic Clericum † hunc, in eiuſmodi iudicio, vices actoris obtinere defendit idem Boer. vbi ſupra, ſequitur Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 18. vbi ex quattuor fundamentis hanc dicit magis communem opinionem, proſequitur Guttierr. articulum ad partes diſputando, d. conſil. vbi num. 16. Sexies dicit communem opinionem Capyc. deciſ. 18. Piſanel. ad Afflict. deciſ. 268. vbi Vrſill. num. 2. Anto. Gabriel. lib. 2. commu. opinion. tit. de actio. concluſ. 6. num. 41. & 42. Andr. Gayl. obſeruat. 9. nu. 3. lib. 1. vbi, & in obſeruation. ſeqq. latè agit de materia. Et propterea, Laicum agentem, hoc remedio, trahere Clericum ad Iudicem Sæcularem; & in Sacro Neapolitano Conſilio obtinuiſſe teſtantur Piſanel. & Vrſil, vbi ſupra Capyc. d. deciſ. 18. num. 7. quidquid dicat Afflict. d. deciſ. 268. de quo meritò, quoad hoc, parum curat Couar. vbi ſupra num. 5. in fin. quem ſequitur Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucen. 32. num. 6. & 9. & opinionem Afflicti non ſeruari ex multis teſtatur Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 85. num. 9. & fundamentis contrariæ partis optimè reſpondet Io. Guttier. vbi ſupra.

221 Modumque practicandi † remedium d. l. diffamari, & multa ad eum tex. pertinentia, & notatu digna adducit Ludouic. Gomez in §. præiudiciales num. 7. inſti. de actio. & aliqua Marſil. ſingul. 283. lapſus. Circa quem caſum non eſſe amplius immorandum duxi, quia ſupradicti DD.

materiam latè proſequuntur.

Sextus caſus eſt, in Clerico ſeque-
222 ſtri † facto per Iudicem Laicum, Is enim per eundem Laicum Iudicem ad rei ſequeſtratæ reſtitutionem compelli poterit, iux. tex. in l. fin. §. ſin autem 11. in fin. C. de bon. autho. Iudic. poſſiden. & in l. acceptam 19. C. de vſur. docet Bald. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum ff. qui ſatiſda. cogan. & in d. l. acceptam num. 5. Iaſ. in d. §. ſi ſatiſdatum num. 6. Marant. in ſpecul. 4. par. diſtin. 11. num. 62. Afflict. deciſ. 24. num. 3. vbi Vrſil. num. 2. & multos alios idem tenentes allegat Dida. Sahag. in repetitio. cap. fin. num. 47. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. vbi hanc dicit communem opinionem, quibus adde Aufrer. ad deciſ. Capell. Toloſ. 168. num. 2. Farina. in pract. crimin. de inquiſitio. q. 8. nu. 123. Bouadill. in ſua Politic. 1. tom. lib. 2. cap. 18. nu. 130. Cened. in Collect. ad decretũ Collect. 37. n. 21.

223 Sequeſter † autem is dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt; Dictus ab eo, quod occurrenti, ſeu quaſi ſequenti eos qui contendunt, committitur; teſte Modeſtino in l. ſequeſter 109. ff. de verb. ſignif. quid quid dicat Alciat. ibi, Ioan. Andr. in reg. locupletari num. 3. de reg. iur. in 6. Aul. Geli. noct. Atticar. lib. 20. cap. 10. à quorum impugnationibus Modeſtinum defendit Rebuff. 3. tom. Regia. Conſtit. de ſequeſtr. in prin. art. 1. gloſ. 1. Conna. in comment. iur. ciuil. lib. 7. cap. 4. Ludoui. Carond. lib. 1. veroſimil. cap. 6. & alios multos ad idem refert, & ſequitur Sahag. in rubr. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. num. 1.

224 Sequeſtratio † autem (quam alij dicunt ſequeſtrum, teſte Pratei. in lexi. verb. ſequeſtrum) eſt rei, de qua controuertitur, legitima depoſitio. tex. in l. licet 17. ff. depoſ. l. intereſſe puto. 39. ff. de acquir. vel amit. poſſeſſ. cap. 2. de dol. & contum. tot. tit. extr. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. elegãs gl. verb. ſequeſtratio nis in l. vni. C. de prohib. ſequeſt. pecu. ſimilis gl. verb. de culpa in fi. in c. 2. de depoſit. tex. optimus, vbi gl. poſt caſus poſitionem in fi. in Clem. vnica. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. Duar. in comment. ad tit. ff. depoſi. cap. 1. poſt prin. optimè Corraſ. lib. 3. miſcellan. cap. 2. num. 1.

In qua definitione ponitur verbum (depoſitio) loco generis. Depoſitionis enim verbum comprehendit depoſitum proprium, ſequeſtrum, & ſponſionem, vt eruditè docet Petr. Gregor. Tholoſ. in Syntag. iur. vniuerſ. lib. 23. cap. 3. num. 3. Ioann. Monac. in d. reg. locupletari num. 4. vbi diffusè agit de materia.

Adijciturque verb. (legitima,) vt
225 Animaduertamus, extra † caſus à lege permiſſos, ſequeſtrationem eſſe prohibitam, argum. tex. in cap. 1. ibi, pro ſuæ voluntatis arbitrio extr. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. facitque tex. in d. l. vnic. C. de prohibit. ſequeſtr. pecuni. Sequeſtratio enim omni Iure infeſta, & odioſa eſt, Pro-
226 pter bonum tamen publicum † introducta; intereſt enim Reipublicę, Ne rerum dominia in incerto remaneant, & pereant l. 1. ff. de vſucapi. Ioan. Selua. de benefic. 2. par. quæſt. 9 num. 2. Hierony. Cagnol. in l. iure naturæ num. 8. ff. de reg. iur. Tum etiam quia omne impedimentum rebus noſtris illatum moleſtum eſt, & graue, ex ingenitæ libertatis natura, qua perſonæ omnes regulariter ſunt liberę, prin. inſti. de iur. perſon. ſicuti etiam, & ipſæ res quoad alios l. fin. ff. de ſeruit. titul. gener. l. cum ex eo 9. l. Imperatores 14. l. ſi ædes 32. §. libertas ff. de ſeruit. Vrban. prædi. Sicque ſequeſtrationem de genere prohibitorum eſſe reſoluit Sahag. in cap. 2. num. 22. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. & probat tex. in d. l. vnic. C. de prohibit. ſequeſtr. pecun. ſuppoſito ad eius inductionem, quod, pecu-
227 niæ, † verbum omnia tam mobilia, quam immobilia comprehendit

l. pecu-

l.pecuniæ 4.l.rei. 5.l.pecuniæ 178.l. pecuniæ 222.ff.de verb. ſignif. optimus tex.in can.totum 1.q.3. Corraſ. vbi ſupra num.6. Franc. Marc. deciſ. 38.num.2.par.1.Borg. Caualc.deciſ. 23.num.18.par.1. Quibus autem caſibus Sequeſtratio ſit permiſſa dicemus ſtatim.

Ponitur præterea in eadem definitione verbum(Rei)vt intelligamus
228 omnem rem † tam mobilem, quam immobilem in caſibus à iure permiſſis ſequeſtrari poſſe, Quia rei appellatio generalis eſt,mobiles,& immobiles comprehendens l. 1. §.fin.ff.de reb.cred.d.l.rei appellatio 5. iuncta d.l.pecuniæ nomine 222.ff. de verb. ſign. Prout de immobilibus probat tex. in cap. examinata de iudic. & in cap. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. in quibus inhibitio habetur loco ſequeſtri.Verall.deciſ.158. ſeu 159. par.3. num. 4. & de mobilibus eſt tex. in cap.2.& 3. eod. tit. de ſequeſtr.poſſ. & fruct.

Tandem ponuntur in eadem definitione illa verba(de qua controuertitur)loco differentiæ, Per ea enim Sequeſtratio differt à Depoſito, in quo vnus, vel plures rem deponunt, quæ eſt ſine controuerſia, ex pura, & libera voluntate.Sequeſtrationem
229 † vero præcedere debet controuerſia, ſiue iudicialis ea ſit,ſiue extraiudicialis tex.in l.Lutius 78.§.tres hæredes, vbi gloſ. & DD. ff. ad ſenat. conſ. Trebell. l. propriè 6. & l. licet 17. ff. depoſiti, notant Sahag. in d. rubr.num.4.& Petr.Gregor.Tholoſ. d.lib.23.cap.3.num.4.& facit doctrina Panorm.in cap. 1.num.1. verſ. ſecundò nota, de alienat. iudi. mutan. cauſ.fact. vbi dicit per eum tex.quod quælibet extraiudicialis contentio poteſt dici controuerſia, ſequitur Mantua.ibidem num.3.Duar.& Corraſ. vbi ſupra.

Ponunt inſuper illa eadem verba in prædicta definitione,vt Sequeſtra-
230 tio differat à Sponſionibus,† quas, *Apueſtas*, Hiſpani vocamus. Sponſio enim depoſitum eſt, habetque controuerſiam,ſed non circa rem, quæ deponitur,ſed circa alias,eaſque honeſtas; & quando aliquæ res ea lege apud tertium deponuntur, adhoc vt is,qui victor in aliqua honeſta contentione fuerit,eas accipiat. Sic Damœtas apud Virgil.Bucolica;Eclo.3.

Vis ergo,inter nos,quid poſſit vterque viciſſim
Experiamur? Ego hanc vitulam
(ne forte recuſes,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono:tu dic, mecum quo pignore certes?

Legibus enim Publia, Titia, & Cornelia prohibitum antiquitùs e-
231 rat, Sponſiones † fieri pro alijs rebus,quàm pro certamine, quod virtutis cauſa fieret, author eſt Martianus in l. 3. ff. de aleæ luſ. & aleat. & aliqua dixit Couar.in reg. peccatum 2.par.§.4.num.2.& 6.de reg. iur.in 6.Gaſpar Theſaur.quæſt.forenſ.lib.2 q.19. num.2.

232 Eſt autem Sequeſtratio triplex † voluntaria nimirum, neceſſaria, & mixta, ſecundum receptiorem ſententiam,vt reſoluit Sahag. in d. rub. num.5.& ex Ioan.Selu.in tracta.de benefic.2.par.quæſt.9. num.3. tradit Guttier. in tract. de tutel. & cur. 3.
233 par.cap.7.num.18.Voluntaria † eſt illa,quæ fit partium conuentione, & mutuo conſenſu, quæ Iudici grata ſemper eſſe debet iux.tex.in l.1.§.inde quæritur ff.de nou.oper.nunci.

Proptereaque eiuſmodi ſequeſtra
234 tionis ſpecies ſemper licita † eſt d. §. inde quæritur, facit tex. in l. 1. ff. depoſit. l. intereſſe puto. 39. ff. de acquir.poſſeſſ.l.ſi ſolutiuus 39. ff.de ſolutio. Rebuff. in l. ſequeſter verſ. controuerſia ff.de verb. ſignifi. Corraſ.in paraphraſ. ſacerdot. 2.par.cap. 6.& melius d.cap.2.num.1.Alexand.

Tren-

Trentacinq.variar.reſolut. lib. 3. tit. de ſolution.reſolut.12. vbi magiſtraliter materiam proſequitur.

235 Neceſſaria † ſequeſtratio dicitur illa, quæ fit cogente Magiſtratus imperio, in caſibus à iure permiſſis, vt puta ſcandali, vel rixæ vitandæ cauſa, & in alijs de quibus ſtatim dicemus argumento tex. in l. æquiſſimum 17. in prin. ff. de vſufruct. & in l. fin. §. fin. C. quib. ad libert. proclam. non lic. gloſ. verb. ſequeſtrari in d. cap. 2. de ſequeſtr. poſſeſſio. & fruct. Ioan. Monach. in d. reg. locupletari à num. 6. de reg. iur. Rebuff. tom. 3. Regia. Conſti. de ſequeſtr. artic. 1. gloſ. 1. & in d. l. ſequeſter Rolan. à Vall. conſ. 80. circa primum articulum num. 21. volum. 1. Panorm. in cap. 2. num. 10. de dol. & contuma. & in cap. 1. num. 18. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Alexand. Trentacinq. vbi ſupra num. 3.

236 Mixta † ſequeſtratio eſt, quæ Magiſtratus imperio, legis authoritate, & concurrente partis petitione fit, veluti ſi debitor ſuſpectus ſit de fuga, & creditor petierit ſequeſtrationem fieri l. ſi fideiuſſor 7. §. fin. qui ſatiſd. cogan. Beroi. in cap. quoniam contra num. 106. de probatio. Menoch. de arbitra. caſ. 87. à num. 10. Similiter, ſi Maritus dotem diſſiparet, vel ad inopiam vergeret, petente Vxore, pro ſuarum dotium aſſecuratione, fieri poteſt ſequeſtratio tex. in l. ſi cum dotem 23. §. ſi autem verſ. ſi vero ff. ſolut. matrim. l. ſi conſtante 25. ff. eod. iuncto tex. in cap. per veſtras de donatio. int. vir. & vxor. Corraſ. & Rebuff. vbi ſupra.

Quibus ſic conſtitutis, ad principalem concluſionem huius ſexti caſus redeundo, Dicamus eius rationem inde oriri, ex eo nimirum Clericum ſequeſtrem electum per Sæcularem Iudicem, ab eodem compelli poſſe ad rei ſequeſtratæ, & apud eum depoſitę reſtitutionem; Quia rei ſe-

237 queſtratæ † reſtitutio iuris diuini, & naturalis eſt tex. expreſſus in can. Ius naturale 1. diſtin. & habetur Exod. cap. 22. Vnde Triphonius I. C. in l. bona fides 31. §. incurrit hic ff. depo ſit. dixit, quod ſi latro mihi ſpolia abſtulit, & ea apud Seium depoſuit, ſi perſonas dantis, & accipientis tantummodò conſideramus, hæc eſt bona fides, vt depoſitam rem accipiat is, qui dedit: quaſi dicat, quod tantæ efficaciæ eſt illa bona fides naturalis, quoad rei depoſitæ reſtitutionem, vt vincat iuſtitiam, quæ dictabat, vt mihi vero domino res illa reſtitueretur; conſiderato negotio inter eos tantum, inter quos contractum eſt; vt ibi dicit I. C. ſubdens alia elegantiſſima exempla ad idem propoſitum.

Vnde cùm Clericorum exemptio, quoad cauſas profanas, & temporales, iuris poſitiui ſit, vt reſoluimus ſupra 1. par. num. 34. Non cenſetur lex poſitiua illi ſummæ æquitati derogaſſe, circa rei depoſitæ reſtitutionem, Quæ in hoc etiam conſiſtit, vt per eundem Iudicem fiat, per quem fuit decretum, cùm in huiuſmodi caſu, ex eadem naturali æquitate, officium Iudicis extendatur, etiam extra perſonas actoris, & rei; vt conſiderat præceptor Bar. in d. l. bona fides nu. 4 vbi etiam Bald. nu. 1.

Tanto magis, quod ex quo ipſe Clericus voluntariè ſe obtulit ſequeſtro, cùm non poſſet per Sæcularem Iudicem ad id compelli, non eſſet æquum, quod poſtquam victor in cauſa, ad rei ſequeſtratæ reſtitutionem intenderet, de nouo coram Iudice Eccleſiaſtico Clericum conueniret, qui doloſè contra naturalem æquitatem dictam reſtitutionem facere recuſat. Et hoc eſt quod dicunt DD.

238 quod Clericus † ſequeſter poteſt compelli per Iudicem Sæcularem, ad rei ſequeſtratæ reſtitutionem, ratione ſuſcepti officij, non in vim iudicij, ſed exequutione, ne iudicium

239 reddatur illuſorium; Reipublicæ † enim intereſt ſententias exequutioni deman-

demandari l.ſeruo inuito 65. §. cum prætor,& ibi gloſ.fin.ff.ad ſenat.conſult.Trebel.Lucas de Pen.in l.liribus num.27.ad fin C.de agricol. & cenſir.lib.11.atque ita reſoluunt omnes DD. ſupra in princ. huius caſus allegati,& plures refert Tiraq.de tetract. conuentio.§.4.gloſ.7. num.9. Iacob. Mandoſ.conſ.75.num.4. Vnde caue-bis à Did. Sahag. contrarium tenente in d.cap. fin. num. 55. de ſequeſtr. poſſeſſ.& fruct.

240 An autem ſequeſter † ſalarium petere poſſit, vel ad Beneficia præſentare, vel ea conferre, diſputat latè Ioan:Gutiier.in tract. de tutel.& cur. 3. par. cap. 7. per totum Sahag.in d. cap. fin. num. 42. Zeuall. in ſpecul. commun. contra commun. q. 746. Franc.Marc.deciſ.4.per totam,& deciſ.443.nu.5. p.1.

Septimus caſus eſt, quando expe-241 ditur citatio, † non ſpecificè, & nominatim in perſonam Clerici, ſed generaliter, & indefinitè cum clauſula, vt ſcilicet vnuſquiſque compareat, qui,in tali cauſa, ſua putauerit intereſſe.Tunc enim temporis ſi Clericus, ſua intereſſe putans, comparuerit coram Laico Iudice,illius iudicio, & ſententiæ ſtare cogitur. Ita tenent Bald.in l.teſtamenta num.6.vbi etiam Paul.Caſtr.& Alex. vterque num.fin. C. de teſtam. & Baldum ſequitur Philipp.Corn.ibidem num.9. Deci.in cap. cum inter.num. 15. vbi Felyn.num.14.de exceptio. Marant. in ſpecul.4.par.diſtin. 7. num. fin. & diſtin. 11. num. 63. Bouadill. in ſua Politic.tom.1.lib.2.cap.18. nu.131.

Et prædictorum ratio eſt,vt agnouit Paul. Caſtr. vbi ſupra,quia quan-242 do aliquis citatur † ſub ea formula generali,vt compareat ſi ſua putauerit intereſſe, non dicitur reus neceſſarius,ſed actor voluntarius.Sequuntur Afflict. deciſ. 24. per totam, vbi Vrſill. & alij Addentes,Capyc. deciſ. 8.Rolan. à Vall. conſ.29. quoniam ex facto à num.4. cum ſeqq. tom. 2. Ioſeph Ludouic. in ſuis commun. concluſ.tit. de citatio. per edictum concluſ.vnic.verſ. ampliantur prædicta tom.3.commun.opinion. diuerſ. Balb.deciſ.323.cum alijs relatis tom. 3.commun.opinio.lib.2.tit.de in ius vocan.num.3.Deci.conſ. 187.& pro tenui facultate num.1.par.1.Rot.Roman.deciſ.18.alias 419.num.2. de dol.& contum.in noui.quam allegat & ſequitur Verall. deciſ.113. par. 1. Farina.in pract.crimi. tit. de inquiſitio.quæſt.8.num.88.Ioan. Anto.de Nigr. in cap. Regni ad regale faſtigium,& ante omnes Innocen.in cap. dilecti filij num.2. de exceptio. & ſic ſuccedit vulgata regula, quod actor ſequitur forum rei cap.cum ſit generale de for.compet. cum alijs.

Sed profectò huiuſmodi reſolutio, ſi ad actum practicum reducatur, inefficax videtur, & inanis. Quia,emanata ſupradicta citatione cum dicta clauſula (ſi ſua putauerit intereſſe (autClericus iſte, cuius intereſt comparet,aut non comparet, & neutro caſu poteſt contra eum procedi.

Primo enim caſu, quando nimi-243 rum comparet, † & allegando ſuum intereſſe,opponit fori declinatoriam, petendo cauſam remitti ad ſuum Iudicem competentem, tunc oppoſita dicta exceptione, Iudex Sæcularis non eſt Iudex competens, ſed tenetur ad Iudicem Eccleſiaſticum cauſam remittere, iuxta notata per Bald.in l. ſi quis in conſcribendo nu. 8. C. de pact. Ioſeph Ludouicus vbi ſupra ſequitur Farinac.d.quæſt.8 num.91. per multos ab eo allegatos, qui tenent, ex eo Clericum citatum per Iudicem Sæcularem cum dicta clauſula(ſi ſua putauerit intereſſe) comparendo,allegando ſuum intereſſe, & opponendo fori declinatoriam, eſſe remittendum, quia dum comparet,& allegat ſuum intereſſe,efficitur reus neceſſarius, quia purificat conditionem illam(ſi ſua putauerit intereſſe)ideſt ſi ſua intereſt; Vnde citatio red-

244 tio redditur pura, quia paria † ſunt, quod diſpoſitio ſit pura, vel conditionalis, conditione purificata, iuxta tex. in l. fin. §. 1. vbi Angel. num. 2. ff. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. ergo, quemadmodum Clericus, quando pure, & ſimpliciter citatur, poteſt comparere, & exceptionem fori declinatoriam opponere, quia tali caſu eſt reus neceſſarius; Ita ẽt poterit citatus cũ illa additione, ſi ſua putauerit intereſſe: qa allegato intereſſe, citatio efficitur pura. Quo argumento vtuntur DD. p Farina. vbi ſupra allegati. Et fuit originalis doctr. Petri de Ancha. in reg. ea quæ col. 58. verſ. 17. de reg. iur. in 6.

Quod ſi Clericus prædictus, in eodem caſu, quando nimirum comparuit, nullam opponit exceptionem fori declinatoriam, adhuc Iudex Sæcularis non poteſt de cauſa cognoſcere, ſed eam ex officio ad Eccleſiaſticum Iudicem tenetur remittere, argumento eorum quæ docet Grammat. deciſ. 61. num. 10. vbi dicit, quod etiam ſi Papa poſſet facere, quod Clericus poſſet iudicari per Iudicem Laicum, adhuc ipſe Iudex id facere non poſſet: quod tamen intellige ſecundum Farinac. d. q. 8. nu. 4.

Secundo vero caſu, quando ſcilicet, emanata dicta citatione, Clericus non comparet, adhuc Iudex Laicus contra eum procedere minime poteſt, quinimmo acta, & ſententia ſunt nulla, & inualida, ex quo citatus
245 † cum illa clauſula, (ſi ſua putauerit intereſſe) non comparendo, non dicitur contumax, vt colligitur ex mente gloſ. fin. vbi Bald. & Salyc. in l. ea quidem C. ſi mancip. ita fuer. alien. & ex multis tenet Farinac. d. quæſt. 8. num. 90. Vnde ipſe infert, quod ex quo citatio arctat, in ſupradicto caſu, citatum, ad comparendum, quia eum facit actorem voluntarium, ita ſententia contra eum lata exequi non poterit.

Circa quam difficultatem, quæ non mediocris eſt, cum diſtinctione & methodo eſt procedendum, vt ſolida, & intacta remaneat ſupra tradita reſolutio. Dico igitur, quod primo caſu, quando ſcilicet ad dictam citationem, ſeu edictum comparet Clericus, & allegando ſuum intereſſe, opponit exceptionem fori declinatoriam, non ſtatim fit remiſſio, & contrariam opinionem Petri de Ancha. non eſſe receptam, ſed improbatam, cum Alex. Deci. & alijs teſtatur Rolan. à Vall. conſ. 29. num. 18. in fin. 2. par. qui tenent non ſufficere ſolam allegationem intereſſe, ſed eſſe neceſſarium, quod illud probet.

Quæ praxis aliqualiter poſſet tolerari. Sed adhuc ea reiecta, Reſpondetur ſecundò, quod quando Clericus citatur per Iudicem Laicum, cum illa clauſula (ſi ſua putauerit intereſſe) licet comparendo alleget, & probet intereſſe, non tamen ex eo dicitur reus neceſſarius, vt Petr. de Anchar. & alij exiſtimarunt, quia non fuit citatus ſub conditione ſi eius intereſt, ſed ſi ſua putauerit intereſſe; atque ita conditio illa ad voluntatem citati, & ad id, quod ipſe putauerit reducitur, & proindè eſt, ac ſi citaretur ſi voluerit; Ideoque, eſto quod doceat de intereſſe, tamen *voluntarius* dicitur, quia conditio illa non refertur ad veritatem intereſſe, ſed ad voluntatem citati, & ad illud quod ipſe putauerit; & ſic potius videtur quædam requiſitio, † quæ fieri poteſt
246 etiam in caſu, in quo citatio fieri non poſſet, ad notata per Innocen. in cap. cum nobis num. 4. quem ſequitur Panorm. ibi num. 10. in fin. de electione Atque ita hanc difficultatem ſoluit Deci. in cap. cum inter num. 15. verſ. ſucceſſiuè ad declarationem de exceptio. quam approbat Felyn. ibidem num. 12. & ſequitur Farina. d. q. 8. nu. 88. in fin.

Vel ſecundò poteſt Reſponderi, ſupradictam propoſitionem, quæ habet, quod Clericus citatus ſi ſua putauerit intereſſe, comparendo, & docendo

ſendo de intereſſe efficiatur reus neceſſarius, procedere, quando citatio eſſet facta ipſi Clerico ſpecialiter, & nominatim, vt in terminis d. deciſ. 8. Capyc. vbi ille Dominus Ioannes de Tuſo nominatim fuit citatus, ſi ſua intereſſe putauerit, ſimiliter in d. deciſ. Gramm. 61. ille venerabilis Ioannes Longus Rector Eccleſiæ Sancti Nicolai in ius vocatus fuit, per illam citationem (ſi ſua putauerit intereſſe) vt dicitur in principio illius deciſionis, & in alijs ſimilibus caſibus, ſecus tamen eſt, quando facta generali citatione, ſeù edicto non expreſſo nomine, vt dicit Afflict. in d. Conſti. de Burgenſaticis, Clericus comparet, quia etiã ſi doceat de intereſſe, eſt actor voluntarius, vt paulò ante reſolutum extat, Quæ diſtinctio ad hanc conciliationem aperte colligitur ex Deci. in d. verſ. ſucceſſiuè ad declarationem.

Neque obſtat ſi aliquis dixerit, 47 idem eſſe, quòd nominatim † aliquis citetur, vel quòd citetur generaliter, ſi generalitas illa ex aliqua circumſtantia poſtea reducitur ad ſpecialitatem argum. tex. in l. certum eſt ff. de reb. cred. & ſi cert. petat. vt in citatione generali, quæ fit omnibus legatarijs, quæ ſpecialis dicitur, quia reducitur ad legatarios, qui in teſtamento nominantur, iux. tex. in l. ſi duo. 52. ff. de adminiſtr. tut. & aduertit Deci. in d. verſ. ſucceſſiuè ad declarationem, ſicque quando expeditur dicta generalis citatio, etiam non expreſſo nomine, perinde eſt, ac ſi ſpecialiter, & nominatim Clericus citaretur, cùm generalitas illa, docendo de intereſſe, ad ſpecialitatem reducatur.

Nam reſpondetur, quod prætérquam, quod latior eſt generalitas citationis (ſi ſua putauerit intereſſe) quam generalitas citationis, quæ fit legatarijs, vt patet ad ſenſum. Non inde ſequitur, quod Clericus, docendo de intereſſe, cenſeatur nominatim citatus, ad effectum, quod dicatur reus neceſſarius, quia citatio non refertur ad veritatem, ſeù certitudinem intereſſe, ſed ad voluntatem illius, qui vult comparere, vt diximus ſupra. Atque ita ſecurè tenendum eſt, quidquid dicat in contrarium Menoch. de recuper. poſſeſſio. remed. 15. num. 232. qui dùm fundatur in doctrina, & authoritate Capy. d. deciſ. 8. vt ipſe Capy. intelligendus eſt, qui loquitur, vt ſupra diximus, quando Clericus à principio fuit ſpecialiter, & nominatim citatus.

Quibus accedat, quod contra doctrinam Farinacij d. num. 91. poteſt retorqueri eiuſdem authoritas d. nu. 88. quo loci reiecta opinione Anchatani, Decij, Alexandri, & Capyc. (exiſtimantium Clericum citatum ſi ſua putauerit intereſſe, comparendo, & allegando intereſſe dici reum neceſſarium) reſoluit ab opinione contraria, exiſtimantium talem Clericum eſſe actorem voluntarium, nequaquam recedendum eſſe. Si igitur eiuſmodi Clericus eſt actor volũtarius, quomodo, quæſo poterit exceptionem fori declinatoriam opponere, & petere remitti, ad ſuum Iudicem competentem? vt Farinac. exiſtimat d. num. 91. qui ſibi ipſi eſt contrarius, vt manifeſtè apparet. Stante igitur, quod Clericus prædictus eſt actor ſubintrat regula d. cap. cum ſit generale de for. comp. & d. l. 2. C. de iuriſd. omni. iud.

Facit præterea pro eadem opinione, quod ſi contraria eſſet vera ſequeretur diſpoſitionem Capitulorum Regni, de quibus ſtatim dicemus, eſſe inutilem, & inanem, Nam ſpoliato, ſeu turbato, in ſua poſſeſſione Laico per Clericum, & emanata ſupradicta citatione (ſi ſua putauerit intereſſe) iuxta practicam poſitam per Afflict. in Conſti. de Burgenſaticis num. 2. ſtatim compareret Clericus, & docto de intereſſe allegaret fori declinatoriam petendo cauſam remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum,

contra

contra mentem, & intentionem dictorum Capitulorum, diſponentium expreſsè, quod eiuſmodi cauſæ tractentur coram Sæculari Iudice. Cui
248 rationi ſuffragatur Afflict. † in d. Conſti. de Burgenſaticis nu. 8. quem iſſmetitò Farinac. allegat pro ſua contraria opinione, ſiquidem Affli. clarè dicit, prout dixerat nu. 4. quod quando Clericus citatus per Iudicem Laicum, ſi ſua putauerit intereſſe, comparet, & docet de ſuo intereſſe, dicendo quod iuſtè poſſidet; eſt actor, & ſic non cadit declinatoria; Proptereaquè ſi Clericus expreſsè renunciauit declinatoriæ, vel tacitè, proſequendo Iudicium, Iudex Laicus efficitur competens, & procedit Iudicium contra Clericum, ſi autem idem Clericus, neque tacitè, neque expreſsè renunciat declinatoriæ, ſed docendo de intereſſe inſtat pro remiſſione, tunc Iudex Laicus non procedit, vt Iudex, ſed extraiudicialiter per viam notorij, vt ſtatim dicemus; & ſic nunquam remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum, etiam allegata fori declinatoria. Atque ita (ſaltem attentis dictis Capitulis Regni) admittit Ioan. Guttier. conſ. 48. nu. 9. verſ. Præterea in caſu.

Neque obſtat, quod dicebatur, Clerico ſcilicet comparente, etiam ſi ipſe nullam opponat exceptionem fori declinatoriam, teneri Iudicem Sæcularem ex officio cauſam remittere ad Eccleſiaſticum, iux. do-
249 ctrinam Grammat. d. deciſ. 61. † num. 10.

Nam Reſpondeo, quod Gramma. eſt intelligendus ſecundum DD. quos allegat; In primiſque neuter Abbas per eum citatus in d. cap. perpendimus, de ſenten. excommun. dicit id quod Grammaticus prætendit; & Romanus, quem ſimiliter ipſe adducit, ſingul. 419. incipit, ſed an poteſt Papa, non dicit niſi, quod Papa non poteſt facere, quod Clerici conueniantur coram Iudice Sæculari, quam indefinitam propoſitionem, vniuerſalem facit Cardinalis Zabarel. quem Grammaticus allegat, in d. cap. perpendimus num. 6. ad fin. interpretando ſcilicet, quod Papa non poteſt facere, quod omnes Clerici, & in omnibus caſibus, conueniantur coram Iudice Sæculari; ſecus tamen eſſe quoad certos Clericos, & in aliquibus caſibus; vt ex multis proſequitur Farina. d. quæſt. 8. num. 4. & nos diximus in 1. p. n. 54. Et ſic, ſecundum huiuſmodi temperamentum eſt, intelligendus Gramm. d. nu. 10.

Atque ita ex huiuſmodi doctrina Grammatici ſic intellecta, quod ſcilicet Papa non poteſt facere, quod omnes Clerici in vniuerſum, & quoad omnes cauſas conueniantur coram Iudice Laico, non ſequitur, quod ſi Clericus comparet in aliqua cauſa, & nullam opponit declinatoriam, teneatur Iudex Sæcularis ex officio cauſam remittere ad Eccleſiaſticum. Non enim eſt bona conſequentia hæc, vt patet ad ſenſum; nihil enim habet commune antecedens cum conſequenti: Quoniam tali caſu, quando ſcilicet Clericus comparet, & nullam opponit exceptionem fori declinatoriam, ſolum inducitur actorum, & ſententiæ nullitas, circa quam non tenetur Iudex ex officio prouidere, iuxta ea, quæ ſupra diximus in 1. par. num. 209. Maxime quando non agitur de derogando priuilegio Clericali in vniuerſum, & quoad omnes cauſas, ſed ſolum quoad vnam, prædictæ ſcilicet citationis, ſi ſua putauerit intereſſe; in qua cauſa omnes DD. tenent, Clericum aſtringi coram Laico Iudice, vt paulò antea reſolutum eſt.

Secundo autem caſu principali, quando ſcilicet emanata dicta citatione, ſeu edicto (ſi ſua putauerit intereſſe) Clericus non comparet quamuis non ſit contumax non comparendo, vt ſupra in argumento dicitur. Negari tamen non poteſt, quod eſt

250 eſt negligens, quę negligentia † operatur excluſionem illius iuris, de quo agitur, argu. tex. in l. non ex omnibus 44. in prin. ff. de recep. arbitr. optimus tex. in l. fin. in fin. iuncta glo. fin. ibi. C. de his, qui à non domi. notat doctiſſimè Ioan. Anto. de Negr. in cap. ad Regale faſtigium num. 12. Et propterea dicūt DD. quòd, quamuis huiuſmodi citatio non arctet quoad præiudicium perſonę, arctat tamen quoad pręiudicium cauſæ, vt dicit Inno. in cap. dilecte fili. num. 1. verſ. poteſt etiam de exceptio. ſequitur Bald. in l. præſcriptione. num. 35. C. ſi contra ius, vel vtil. publ.

Neque huic reſolutioni aliquid ob-
251 ſtat doctrina Afflict. † deciſ. 2. nu. 8. & Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 228 per Farinacium adducta; nam Menochius mouetur ex authoritate Afflict. qui, ſi rectè conſideretur, nō loquitur de citatione facta ſub illa formula (ſi ſua putauerit intereſſe) ſed de ea citatione, ſeù mandato iuſtificato, q̃ Viceprotonotarius ille fecit Monaſterio Sancti Petri de Maiella, non ſeruata forma Capituli Reg. Finis pręcepti. Charitas, qua forma omiſſa, dicit Afflict. quod corruit, & vitiatur citatio, & totus proceſſus. Et, ex quo etiā Monaſterium prędictum fuit ſpecialiter, & nominatim citatum, & non generaliter, dicit nu. 9. quòd illa citatio eſt nulla, & non tenetur Monaſterium comparere. Vnde ſi citatio, in ſpecie de qua ibi fuiſſet facta generaliter, & ſeruata forma d. Cap. finis præcepti charitas, valeret, vtique, & proceſſus ſubſiſteret. Atque ita ſecure tenendum eſt ad ſolutionem ſupratraditæ difficultatis. Et remanet abſolutum, Clericum etiam in dicta citatione (ſi ſua putauerit intereſſe) ſubiacere Sæculari iuriſdictioni.

Quam reſolutionem vno caſu limitandam fore exiſtimarem, quando, ſcilicet, ad illam generalem citationem (ſi ſua putauerit intereſſe) adiungitur, Quòd, ſi non compareat, procedetur contra ipſum in eius contumaciam. Tunc enim Clericus, comparendo non dicitur actor voluntarius, ſed reus neceſſarius, ratione comminatæ contumacię; Et ſic non poterit à Iudice Laico cognoſci, & ſententia contra ipſum lata erit, per conſequens, nullius momenti: tenent Capyc. d. deciſ. 8. num. 4. Rolan. à Vall. d. conſ. 29. num. 18. Grammat. d. deciſ. 61. num. 3. Ioſeph Ludoui. vbi ſupra. Et Ratio eſt, quia talis adiectio alterat citationem, vt dicit Grammat. cum ſit contra modum conſuetum; & ſic videtur arctare ipſum Clericum ad comparendum, & eum facere reum neceſſarium, ſequitur Ioan. Gutier. d. conſ. 48. num. 9. verſ. præterea cautela.

Ex quibus conſtat, quænam ſit eiuſmodi citationis natura, & quando Clericus, per eam, coram Iudice Sæculari, arctetur, eàque afficiatur. Quæ
252 quidem citatio, † quamuis aliquando fiat in cauſis ordinarijs; Vtputa aſſiſtentiæ, vt in deciſ. Gramm. 61. Ad proſequendam litem; vt in d. deciſ. 8. Capyc. In nunciatione noui operis, vt in d. conſ. 48. Ioan. Gutierr. In datione curationis; vt in conſ. vlti. Decij; Et alijs ſimilibus, vt in. d. conſ. 29. Rolan. à Vall.

253 In Regno † autem frequentius expeditur à Iudicibus Laicis, quando ſuper poſſeſſione alicuius rei, inter Clericos, & Laicos diſceptatur, eo, quòd Clericus ſpoliauit Laicum, vel eum turbat in ſua poſſeſſione; iuxta formam Capitulorum Regni. Ad Regale faſtigium; & capit. Charitatis affectus; In & cap. omnis prædatio. in quibus agitur de Conſeruatorio (ita enim appellatur hoc remedium in Regno) Laici contra Clericum; & ſeruata practica, tradita per Afflict. in d. Conſtit. de Burgenſaticis.

Clerico enim ſpoliante Laicum,

vel eum turbante in ſua poſſeſſione, ſtatim per Sacrum Regium Conſilium, ad ſpoliati, ſeù turbati ſupplicationem, expeditur ſupradictum edictum, ſeù citatio, cum dicta generali clauſula, vt vnuſquiſque, qui in cauſa propoſita per ſpoliatum, ſeù turbatum, ſua putauerit intereſſe, compareat; Quo caſu ſi nemo comparet fit decretum, quod capiatur ſummaria informatio ſuper concernentibus remedium Capitulorum Regni; & probatis requiſitis interponitur decretum, ipſum ſpoliatum, ſeù turbatum, eſſe manutenendum in poſſeſſione, donec tamen iuſta poſſeſſionis cauſa durauerit, cuius decreti vigore expediuntur prouiſiones pro eius exequutione.

Si autem Clericus, qui ſpoliauit, vel turbauit, comparet, auditur in iuribus ſuis in cauſa ſpolij, ſeù turbationis; & ſi allegat fori declinatoriam, petendo remitti ad ſuum Iudicem competentem, probando ſuum intereſſe iuxta ea, quæ ſupra diximus, non fit remiſſio, ſed proceditur ad vlteriora, per ea quæ notat Afflict. dicens ita practicari, in d. Conſti. de Burgenſaticis num. 8. vbi dicit, quòd tali caſu non cadit declinatoria, quia Iudex Sæcularis non procedit tunc temporis, vt Iudex, ſed vt defenſor oppreſſi, & vim paſſi, ſe informando ſuper notorio facto ſpolij, vt dicitur in dictis Capitulis.

Cuius quidem defenſionis, & con
254 ſeruatorij remedij, † ea eſt viua, & efficax ratio; Quia iure naturali licitum eſt vnicuique ſe, ſuaque bona, modis omnibus defẽdere, adeo, quòd pro ſuarum rerum defenſione, cuilibet licet alium occidere, iuxta gloſ. verb. nam iure, iuncto eo tex. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. quam gloſ. ſequitur Bart. ibi, num. 6. eamque notabiliter ad noſtrum propoſitum explicat; pro vt etiam in l. 1. num. 2. & 7. C. vn de vi. quàm communiter receptam dicit Dec. in d. l. vt vim. num. 31. Iaſ. in prin. inſti. de actio. num. 69. per tex. in l. 1. & 3. §. cum igitur ff. de vi, vt vi armat. [illegible]

255 Et Ratio eſt, quia res noſtræ † dicuntur ſubſtantia noſtra, ſeù ſecundùs noſter ſanguis, iuxta gloſ. verb. vitam; iuncto illo tex. in l. aduocati. C. de aduocat. diuerſ. iudic. & facit tex. in l. pecudum 28. ff. de vſur. Quamuis alia opinio tutior, & æquior ſit, vt doctè proſequitur Felyn. in cap. 2. num. 4. de homicid. ſufficit tamen, quòd, citra occiſionem, naturalis, & licita eſt quælibet propriorum bonorum defenſio, ad quàm præſtan-
256 dam ipſi Iudices, † & Magiſtratus eodem iure naturali tenentur l. non eſt veriſimile ff. de eo, quod met. cauſ. l. nec quidquam 9. §. fin. ff. de offic. Proconſul. Faciunt notata per Deci. in d. l. vt vim num. 33. & per Parid. de Puteo in tract. Syndic. verb. negligentia num. 9. facitque ad propoſitum d. Cap. Regni, ad Regale faſtigium verſ. qui enim vbi. Ioan. Anto. de Nigr. num. 12. qui tex. optima Sanctorum Patrum ponit exempla ad huius rei confirmationem.

257 Quod Charitatiuum † ſubſidium iamdiu à Sanctis Patribus fuit cognitum, & Iudicibus Sæcularibus ſummopere commendatum; vt videre eſt in can. in canonibus 16. q. 1. & in can. ſi quis de potentioribus 24. q. 3. quæ iura ad propoſitum allegat Innoc. in cap. ſi Clericus Laicum de for. compet. & magis facit tex. in can. petimus 11. q. 1. & in can. quidam Monachi. 16. q. 1. exornat Ioan. Anto. de Nig. in d. cap. ad Regale faſtigium num. 11. & latiſſimo ſermone, & erudito calamo proſequitur Hieronym. Zeuall. in ſpecul. comm. contra com. lib. 4. in diſcurſ. ad Regem, & q. 897. per totam, & in tract. de cognitio. per viam violentiæ 1. p. per totam; cum alijs infinitis, quos ad idem allegat. Cened. in Collectan. ad ius Canoni par. 1. Collect. 5. num. 3. quibus addo Ioſeph Seſe, in tract. de inhibitio. cap.

8. §.

8.§.3.à num.20. cum pluribus ſeqq.

Ex quibus conſtat, quòd, in petenda eiuſmodi defenſione per oppreſſum, & in ea concedenda, res eſt in terminis iuris naturalis: vnde, cum Clericorum priuilegium, quoad cauſas profanas, ciuiles, & temporales, iure poſitiuo Canonico ſit introductū vt ſupra in 1. par. à num. 34. reſolutum extat; non cenſetur ius poſitiuū ſi huic naturali iuri derogaſſe, quo minus Clericus in dictis cauſis, ſi vim, aut iniuriam inferat, poſſit coram Sæculari Iudice comparere, idemque Iudex oppreſſum defendere; vt ex multis authoritatibus, & rationibus defendit Zeuall. vbi ſupra.

Quarè Reges huius Regni, ſanctiſſima illa, & ardenti charitate, qua erga violenter oppreſſos flagrabant, diuerſa remedia ſtatuerunt, quibus eorum ſubditi, à potentiorum violenta, & iniurioſa inuaſione, defenderentur; vt videre eſt in cap. ad Preſidentis; vbi agitur de conſeruatorio Laici contra Laicum; & in cap. finis præcepti charitas; vbi agitur de conſeruatorio Clerici contra Clericum; & in Cap. Charitatis affectus, cap. omnis prædatio; & Cap. ad Regale faſtigium; in quibus agitur de conſeruatorio Laici contra Clericum.

Ad Carau. num. 21.

IN fine particularis decidendi rationis, ad ſecundam partem noſtri tex. promiſi (ſi rectè memini) modum practicandi probationem Clericatus in præſentiarum examinare, attentis requiſitis Sacri Concil. Triden. d. ſeſſio. 23. in decret. de reformatio. cap. 6. incipit, Nullus prima.

Quærit igitur Carauita in præſenti, dato termino ad docendum de Clericatu, Quod probare debeat is, qui prætendit eſſe Clericus, & oppo nit exceptionem fori declinatoriam, in ſuo Clericatu fundatam? Quæ materia difficilis eſt, & in praxi frequens & quotidiana; ideoque attendenda ad tex. in l. labeo. ff. de liberat. legat.

Sicque ſciendum eſt, quòd Ritus
258 noſter, † quoad hanc partem, poteſt practicari dupliciter; Primò enim, poteſt practicari cum Clericis primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, non habentibus Eccleſiaſticum Beneficium; Secundo autem cum Clericis primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum habentibus Eccleſiaſticum Beneficium. Quod apertè colligitur ex d. Bulla Clemen. VII. iuncta diſpoſitione Sacroſancti Concilij Tridentini d. cap. 6. Cuius verba ſunt; *Nullus prima tonſura initiatus, aut etiam, in minoribus Ordinibus conſtitutus, ante decimum quartum annum, Beneficium poſſit obtinere; is etiam fori priuilegio non gaudeat, niſi Beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut Clericalem habitum, & tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ, ex mandato Epiſcopi, inſeruiat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos, verſetur, &c.*

Qui textus rectè perpenſus, & conſideratus manifeſtè probat, Clericum primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, ita demum fori priuilegio gaudere, ſi ſcilicet Beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut eſto, quod non habeat Beneficium, incedendo tamen in habitu, & tonſura, alicui Eccleſiæ, de mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in aliqua Vniuerſitate, Schola, vel Seminario, de licentia Epiſcopi verſetur; Sicque cum tex. alternatiue loqua-
259 tur, vt colligitur ex particula (aut) † in eo poſita ad tex. in l. hæc verba 124. ff. de verb. ſignif. ſufficit alteram partem adimpleri, per reg. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. l. in eo 110. §. vbi verba, vbi Dec. n. 1. ff. de reg. iur. Ita vt ſufficiat, quod Clericus prædictus probet ſe habere Eccleſiaſticum Beneficium. Et hæc eſt vna practica,

Et ſi hoc probare non poteſt, probet, quòd, incedendo in habitu, & tonſura, alicui Eccleſiæ, de mandato Epiſcopi inſeruierit, vel in aliqua Schola Vniuerſitate, vel Seminario, de licentia Epiſcopi verſatus ſit. Et hæc eſt altera practica. Notat Guttier. lib. 1. pract. quæſtio. ciuil. quæſtio. 7. num. 1. quem refert, & ſequitur Zeuall. in ſpecul. quæſtio. commun. contra commun. lib. 2. quæſt. 563. num. 3. & lib. 4. quæſt. 897. num. 580. Farina. in pract. crimina. de inquiſiti. q. 8. num. 70. Guazzin. in tract. ad defenſ. defenſio. 20. cap. 10. num. 35.

Poteſt enim contingere, quòd aliquis Clericus primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum non habeat Eccleſiaſticum Beneficium, vel, eſto, quòd habeat, non tamen poſſit probare certa requiſita neceſſaria, quæ debe- rent concurrere cum Beneficio, ad finem obtinendi in huiuſmodi fori declinatoria: de quibus dicemus infra: Iſte talis poterit ſe iuuare, ad finem gaudendi fori priuilegio; ex eo capite, quòd incedendo in habitu, & tonſura, alicui Eccleſię, de mandato Epiſcopi inſeruierit, vel in aliqua Vniuerſitate, Schola, vel Seminario, de licentia Epiſcopi, verſatus eſt.

Et, è conuerſo, poteſt etiam contingere, quòd Clericus primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum non poſſit probare prędictum inceſſum in habitu, & tonſura; & ſeruitium in aliqua Eccleſia, de mandato Epiſcopi; vel aſſiſtentiam in aliqua Schola, Vniuerſitate, vel Seminario, de licentia Epiſcopi: poſſit tamen probare. & ſe iuuare ex eo capite, quod habet Eccleſiaſticum Beneficium; Sicque de his duabus practicis eſt in præſentiarum tractandum. Sed quia huiuſmodi practica, quæ verſatur circa Clericos incedentes in habitu, & tonſura, & Eccleſijs inſeruientes de mandato Epiſcopi, aut in Schola, Vniuerſitate, vel Seminario, de licentia Epiſcopi, verſantes, eſt frequentior, ideò de ea prius differendum duxi.

Prima igitur practica eſt, circa Clericum primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum captum, vel perſonaliter comparentem, & prætendentem, in termino ſibi dato, declinare forum Iudicis Laici, & remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, ex eo, quòd, incedendo in habitu, & tonſura, ſeruierit alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, vel in Vniuerſitate aliqua Schola, vel Seminario, de licentia Epiſcopi fuerit verſatus.

Circa quam praxim eſt notādum,
260 Quòd Clericatus,† in ſpecie, de qua agimus, & in terminis noſtri Ritus, non ſolum conſiſtit in Ordinum aſſumptione, ſed etiam in quibuſdam alijs requiſitis, quæ concurrere debent in Clerico excipiente, ad hoc, vt priuilegio fori gaudere poſſit: vt annotauimus ſupra in 1. par. in particulari decidendi ratione num. 241. Quę requiſita ipſe tenetur probare, dum excipit de Clericatu; quia in excipiendo eſt actor, ad eumque incumbit onus probandi, ex vulgata regula tex. in l. in exceptionibus 19. ff. de probatio. cum infinitis allegatis per Carol. Graſ. in tract. de effect. Clericat. in prælud. num. 184. Quæ quidem requiſita introducta fuerunt tā de iure communi Pontificio, quàm de iure noſtri Regni, & ſunt tria; omniaq; ſimul, & copulatiuè debent concurrere, & probari; vt ſtatim dicemus.
261 Primum ergo requiſitum † conſiſtit in Bullis Clericatus; debet enim Clericus excipiens, eas authenticas, & fidem facientes exhibere, vt per eas legitimè, & verè probetur Clericatus, ſeù Ordinum aſſumptio, iux. tex. in can. legum 2. q. 1. Quod requiſitum etiam probatur per noſtrum tex. ibi, (cum documentis Clericatus.) Quamuis enim documentorum appellatione, largo ſumpto vocabulo, omne probationum genus comprehendi poſſit, ſtrictè tamen, &
262 propriè ad ſcripturam † refertur. argum.

gum.tex.in §. illud quoque vbi gloſ.
verb.documentis,in Authen.de non
elige.ſecund.nuben.collat.1.Specu-
lat.in tit.de inſtrumen.editio. §.1. in
prin. & tenet Carauit. hic in prin. &
practicatur quotidie,& regulam con
ſtituit Rebuff. in prax. benefic. de
form.liter.tonſur.num. 21. & 26.ſe-
quitur Ferreri. ad Guid. Pap. deciſ.
474. idem Guid. deciſ. 582. num. 3.
Ioan. Corraſ. in Paraphr.ſacerdot.3.
par.cap.1.num.4.

Ratioque eiuſmodi praxis ea eſt,
quia allegans fori declinatoriam in
Clericatu fundatam, allegat priuile-
gium Clericale fori, & in eo ſe fun-
dat;vt diximus ſupra in 1.par. in 2.&
263 3. prælud. Priuilegium † autem
non probatur niſi per ſcripturam,
tex.in cap.porro,& ibi gloſ. verb. in-
ſpectione, vbi etiam Socin. Senior,
nu 3. de priuileg. Speculat. in tit.de
inſtrum. editio. §. reſtat videre num.
14.verſ.vigeſimus primus.gloſ.ordi-
naria verb.in ſcriptis in cap.1.§.poſt-
quam de cenſib.in 6.Sicque Clerica-
tus aliter,quàm per ſcripturam,ideſt,
per Bullas, probari minimè poteſt:
quo argumento vtitur Ioan. Mich.
in additio.ad Cauenſ. hic num.20.

Et quamuis Afflict.in Conſti.Apo
ſtatantes num.12. aſſerat, ſolitum ſe
fuiſſe dicere,per teſtes Clericatum
probari poſſe, quia non reperitur iu-
re cautum, quòd debeat neceſſariò
per ſcripturam probari;à ſupradicta
praxi non eſt recedendum, vt reſo-
luit Carauit.hic verſ.ego vero. Præ-
ſertim,quia Afflict.d. num.12. non
firmat pedes in dicta opinione, & for
ſan loquitur iure communi attento,
quo non reperitur expreſsè cautum,
Clericatum, in noſtris terminis, per
ſcripturam probandum fore, cum de
Iure huius Regni id ſit expreſſum
in noſtro tex.vt paulò antea diximus
& tenet Grammat. deciſ.81. num. 4.
Maximè cum agatur de notabili prę-
iudicio iuriſdictionis, vt ſtatim di-
cemus.

Putarem tamen,(nè probationum
264 via † anguſtetur, & veritas ſuppri-
matur,ad tex.in l.generaliter.in prin.
C.de reb. cred.) Quod, ſi probaretur,
265 Clericatus Bullas † fuiſſe deperdi-
tas, poſſet per teſtes Clericatus pro-
bari,vt ſentit Rebuff d.num.20. & in
ij diuiduo Guid.Pap.deciſ.472.& ibi
eius addentes.Carol.de Graſſ. in tra-
cta.de effect.Clericat.in prælud.num.
206.vbi num.210.ſubdit,quod eiuſ-
modi teſtes debent aſſignare con-
gruam cauſam ſcientiæ, etiamſi non
fuerint interrogati, & num. 215. di-
cit debere eſſe duos ad minus,cum
agatur de maximo prȩiudicio. Atque
ita fortaſſis eſt intelligendus Afflict.
vbi ſupra.Et de materia videndus eſt
Ioſeph Maſcard. in tracta. de proba-
tio. concluſ. 302. cum tribus ſeqq.
vol. 1. qui,ſi in aliquo aduerſatur ſu-
pradictæ reſolutioni,eſt intelligendus
attento iure communi; nam,de iure
noſtri Regni,praxis ſupradicta inuio-
labiliter eſt obſeruanda.

In quo paſſu vtiliter, quoad hanc
praxim,animaduertes quoddam pun
ctum ex medulla noſtri tex. deſum-
ptum: Quòd, quando inquiſitus al-
266 legat Clericatum, † tenetur ſimul,
& in eodem tempore præſentare
Bullas eiuſdē,aliàs poterit Iudex Sæ-
cularis ad vlteriora procedere, nulla
habita conſideratione dictæ allega-
tionis. Et hoc intendit expreſsè no-
ſter tex. ibi, Niſi perſonaliter cum
documentis Clericatus, aliàs non
auditur, &c. Quæ quidem verba po-
nunt formam ſubſtantialem compa-
rendi, quando allegatur Clericatus,
iux.ea,quæ dicemus infra num. 378.
ante fin. &, quæ ſunt formæ,debent
ſpecificè,& omnino adimpleri, vt ibi
etiam dicemus.

Et ponderabis dictam præpoſitio-
267 nem(cum)† in noſtro tex.poſitam,
quæ eſt copulatiua, & inducit con-
iunctionem l. Titiæ textores §. nihil
differt ff.de legat.1.l.ſi ita fuerit ff.de
manumiſ. teſtam. Luc. de Penn. in l.

omnes num.39.C.de decurio.lib.10 cum alijs allegatis per Auguſtin.Barboſ.in tract.de dictio.60.nu.3.Auendan.de exequen.mand.1.par.cap.19. num.6.& dictio(cum)fortiùs copulat quam dictio(&)l.ſi quis Titio.ff.de vſufruct. à creſcen. Menoch. de præſumptio.lib. 4. præſumptio.70.num. 32.Surd.de alimen.tit.2.quæſt.7. nu. 4. cum aliјs allegatis per Barboſ. d. num.4.Et dictio(cum)copulat,& con iungit pariformiter. Roland. à Vall. conſ.84. num.10. volu. 4. Cremenſ. ſingul.71. quidam pater,in fin. Surd. deciſ.8.num.9.Iul.Clar.in §.feudum q.73.num.4.Et fuit originalis doctrina Bald. in l. quoties num. 5. C.de ſuis,& legiti. hæred. Ergo,quemadmodum allegans Clericatum non auditur,nec ei datur terminus ad docendum de eo, niſi compareat perſonaliter,vt dicit noſter tex.ita etiam pariformiter non debet audiri, nec ei dari terminus, niſi veniat cum documentis Clericatus.Et iſte videtur purus,& verus noſtri tex.ſenſus in prin. quo attento vitantur plurimæ calumniæ, & dilationes reorum; quibus, per ſolam Clericatus allegationem, datur terminus ſuper eo, abſque Bullarum exhibitione, vt multoties vidi practicari; & in huiuſmodi termino conſumuntur multi menſes, & tandem nihil probant,in graue iuſtitiæ detrimentum.Quare cogita.

Et caucbis in hoc articulo a Fulu. Pacia.in tract.de probatio.lib.2. cap. 34. num. 42. qui tenet,quod,ad probandum Clericatum, non ſufficit oſtendere ſuperiorum Ordinum Bullas,niſi etiam oſtendantur literæ Ordinum inferiorum;quia(inquit) ordinatus ad Sacerdotium non præſumitur ordinatus ad Subdiaconatum,&c. Ad cuius doctrinæ comprobationem allegat Panorm. in cap. 1. num.5.de Cleric. peregr. vbi etiam Anchar. in fin.allegat etiam Pacianus Bartolum, Caſtrenſ.Angel. & alios.Huiuſmodi enim Paciani reſolutio, in materia,de qua agimus, periculoſa mihi videtur,ſic indiſtinctè,&;prout ſonat, intellecta: temerarium quippè exiſtimarem allegantí Subdiaconatum, & eius Bullas exhibenti denegare remiſſionem,niſi oſtenderet Bullas minorum Ordinum; vel allegantem Acolytatum, qui eſt ſupremus Ordinum minorum, & exhibentem eius Bullas, compellere exhibere Bullas Exorcizatus. Et ſic de ſingulis.

Quare exiſtimo Panormitanum cæteroſquè DD. per Pacianum allegatos, ſecundum tex. in quo ſe fundant,intelligendos fore:vt ſemper cō tingit in iure,& dicemus infra n.369. Textus igitur, in quo fundantur, eſt in d.cap.1.de Cleric.peregr.quo loci agitur de probatione Ordinum Clerici tranſmarini, vel aliàs incogniti, diciturque in fine illius tex. quòd etiam ſi eiuſmodi Clericus Bullas exhibeat maiorum Ordinum, de minoribus etiam Ordinibus inquiri oportet, ad effectum adminiſtrationis, & videndi, an ſit ordinatus per ſaltum, & ſic irregularis;iux.tex.in Can.ſolicitudo 52.diſt.cap.vni.de Cleric.per ſalt.promot.Sayr.in Theſau.caſ.conſcien.lib.7.cap.10.num.39.Sicque probatio inferiorū Ordinum,probatis ſuperioribus,ſolum deſideratur in eo tex. ad effectum purgandi ſuſpicionem illius irregularitatis,non autem ad validitatem ipſorum Ordinum ſuperiorum,qui,etiā data irregularitatę ſunt validi,& ſubſiſtunt; quiā irregularitas non impedit Ordinum validitatem,ſed eorum vſum,& exercitium gloſ. verb. vacuam in Can.1. 70. diſtin. Sayr. vbi ſupra lib.6.cap.1.num. 25.& nulli dubium eſt, Clericum irregularem retinere adhuc fori priuilegium;cum nullibi contrarium cautum reperiatur.

Exhibitis igitur Bullis Clericatus, ſi ipſæ apparent ſuſpectæ ex aliquo viſibili,& apparenti vitio, Fiſcus facit ſuas diligentias, & illis falſis repertis,non fit remiſſio;quia eiuſmodi falſæ

268 falſæ Bullæ † nullam faciunt fidem,
adnotat.per Speculat.in tit.de inſtru-
men.præſenta.S.reſtat videre num.1.
Hoſtien.in ſumm.de fid.inſtrum.verſ.
quibus inſtrumentis in fin. & facit
tex.in l.2. ff. de fid.inſtrum. Et is,qui
269 falſo vtitur inſtrumento † amittit
cauſam, ſecundum Carau.in pragm.
2.de falſis num. 6. Quæ pœna, amiſ-
ſionis cauſæ, licet de iure communi
aliquas habeat limitationes, vt per
Iul.Clar.in S.falſum num.41.de iure
tamen huius Regni articulus tranſit
ſine difficultate,& ſtante Regia Prag-
matica, Teſtem falſum, quæ eſt 31.
vbi Troyſi.nu.7.de falſis teſtib.quam
Pragmaticam vigere in Regno teſta-
tur Capyc.deciſ.67.nu.1. nec diſſen-
tit Afflict.deciſ. 189.in fin.iunctis his
quæ docet Iul.Clar.vbi ſupra num.4.
Atque ita ſecurè tenendum eſt.

Neque obſtabit ſi aliquis dicat,
Clericatus res eſt Eccleſiaſtica, &
ſpiritualis cap. ſi Iudex Laicus de
ſenten.excommun.in 6. & proinde
Bullæ ſuper expeditæ, attento etiam
earum cauſarum genere, ſunt etiam
quid Eccleſiaſticum: quomodo igi-
tur Sæcularis Iudex de earum vali-
ditate, ſeu falſitate cognoſcere pote-
rit, ſtante regula prohibitiua cap. ſi
Iudex Laicus,cum alijs ſupra adductis
in 1.par. particulari decidendi ratio-
ne ad 2.p. noſtri tex.?

Nam aduertendum eſt,quòd falſi-
270 tas † nihil aliud eſt, quàm mutatiò
veritatis;vt in Authen.de inſtrumen.
cautio.& fid.S.1.colat.6. & ex Azon.
& Hoſtienſ. tenet Boſſi. in tit. de fal-
ſis num.54.in fin.ſpeculat.in tit.de
aduocat.S.vtriuſque num.5.Foller.in
practi.crimin. verb. Item quod com-
miſit falſitatem nu.91. & dixit Plato
in Philæb. vel de ſumm. bon.colum.
16.in principio.Quæ quidem falſitas
271 † multis modis committi poteſt, vt
per Iul.Clar.in d.S.falſum verſ.ſcien-
dum eſt.vbi Baiar. num.6. Boſſ. in d.
tit.de falſis num.63.Don Ludou.Pe-
güer.deciſ.Catal.8.à nu.4.

Inter alios autem modos, quibus
falſitas committi poteſt, ille, ad pro-
poſitum noſtrum,eſt conſiderandus,
qui contingit circa inſtrumenta, &
272 ſcripturas; & hæc quidem falſitas †
multipliciter poteſt contingere, vt
diffusè,præter ſupradictos DD. tradit
Speculat. de reſcript. præſenta. S. 3.
incipit, Primò igitur; per totum: &
proprius,quoad materiam inſtrumen
torum,& ſcripturarum,in titul de in-
ſtrum.editio.S.reſtat.& S.fin. Hoſtie.
in ſumm. de fide inſtrum. S. quibus
inſtrumentis,in fin.
273 Quarum falſitatum † circa inſtru-
ſtrumenta, & ſcripturas contingen-
tium,quædam ſunt inuiſibiles, & oc-
cultæ,quæ magis in iure,quàm in fa-
cto conſiſtunt;vt puta quando Nota-
rius in inſtrumenro mutui appoſuit
verbum(numerauit)cum tamen,tem-
pore contractus, nulla pecunia fuerit
numerata; Item quando Notarius in
inſtrumento dixit, quòd rogauit Ti-
tius, & ſpopondit Mæuius;& proba-
tur,quòd tempore confecti inſtrumē-
ti, Titius erat abſens. Et alijs ſimilib[9]
modis,de quibus Iul.Clar.in d.S. fal-
ſum à num. 27. vbi addentes,& præ-
ſertim Baiard.à num.145.cum pluri-
bus ſeqq.Foller.vbi ſupra à num. 58.

Aliæ autem ſunt falſitates viſibi-
les, & manifeſtæ,conſiſtentes in no-
torio facto permanente, prout eſt ra-
ſura, abolitio, cancellatio, vitupera-
tio,interlineatio,& aliæ ſimiles,de
quibus agunt DD.in l.ſi.C. de edict.
Diui. Adrian. toll. Speculat.in d.tit.
de inſtrumen.præſenta.S reſtat.num.
1.Baiar.ad Iul.Clar. in d. S. falſum
num.197.Foller. vbi ſupra num. 32.
Porcatul.in Necioman.iur.dialog.22.
num.1.Menoch.de adipiſcen.poſſeſſ.
remed.4.num.699.Ioan. Anto. de
Nigris in d.Bull.Clemen.VII.in glo.
verb.integras. nu. 5.
274 Cuius quidem notorij † facti per-
manentis meminerunt, multaque
eius ſpecialia adduxerunt Gramma.
deciſ.124.num.7.Ioſeph Ludoui. de-

ciſ.

notata per Marant. in ſpecul. 4. pat. diſtin. 1. num. 27. Iul. Clar. in practi. crimin.§.fin.quæſt. 1. num.2. verſ.Ex quorum omnium.Anto.Sola. in conſti. Sabaud.in tit. quæ form. & ſtylus in cauſ. ciuil. gloſ. 2. num.1. Et facit gloſ.verb.centum aureorum in l.3.ff. de Sepulcht. violat. Et in hoc Regno habemus Pragmat. Regis Ferdin. incipit,Illuſtri Viceregi.ſub tit.de iutiſdict. inuic. non turban. quæ eſt inter Capitula Regni ſub tit. de cauſis criminal.vel ciuili.vbi dicitur,quòd om-
280 nes Cauſæ,† in quibus non agitur principaliter ad pœnam mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri mutilationis, ſunt ciuiles:prout eſt Cauſa remiſſionis,ſuper fori declinatoria, in qua ſolum intenditur,an Iudex ſit cōpetens,nec ne ? Et ita ſentire videtur Raiard.ad Iul.Clar. vbi ſupra.num.4. Et ſic ſuccedit trita illa concluſio Iul. Clar.quod ſuſpicio falſitatis in ciuilibus habetur pro falſitate : in qua omnes ſupradicti DD. conueniunt ; & dicit communem Villalob. vt refert tom. 2. commun. opin.lib.9.tit. 17.num.17.Intriglio.deciſ.24. num. 4. Proptereaque mirum nihil, ſi Iudex Sæcularis, ſtantibus dictis Bullis ſic falſis, nempè abraſis, cancellatis, interlineatis,aut alio ſimili modo ſuſpectis,deneget remiſſionem.

Sed retentis adhuc eiſdem terminis ecce, quòd huiuſmodi prætenſus
281 Clericus exhibuit dictas Bullas † ſic abraſas, cancellatas, abolitas, vituperatas, vel alio ſimili vitio ſuſpectus,ſeù falſas:vult tamen per teſtes, vel aliàs probare, dictas Bullas veras,& legitimas eſſe;Vtrum admittendus ſit?Et videtur admittendus fore, argum.tex. in l. iubemus.ibi, niſi ipſi adſtruxerint veritatem C. de probatio. & eorum quæ docent Foller. d. verbo. Item quod commiſit falſitatem num.31.& Afflict.in Conſti. qui literas num. 4.

Sed contrarium verius videtur dicendum, ex ea ſcilicet ratione, Quia ſtante,quòd,in ſupradicta ſpecie, falſitatis ſuſpicio accipitur pro falſitate, eumdemque producit effectum, quoad ſuccumbentiam in articulo remiſſionis, vt ſupra reſolutum eſt, non eſſet conueniens,admittere excipientem ad alias probationes, eique dare occaſionem alias falſitates committendi;quia ſemel malus, &c.

282 Et ad textum in d.l. iubemus † C. de probatio. poſſet reſponderi, quòd habet plures intellectus, ideoque ad Cauſarum deciſionem allegari non poteſt,vt dicit Hyppol. de Marſil. in rub.C.ad leg.Cornel. de falſ. nu.47. in fin. Euerar. in loc. legali. in loco à rubr.num.7.Nec habere locum quoties falſitatis ſuſpicio eſt euidens, & viſibilis,vt,in noſtris terminis,eſt raſura,abolitio,deturpatio,vituperatio vel interlineatio;quo caſu deſinet eſſe falſitatis ſuſpicio, & tranſit in veram,& propriam falſitatem, & habetur pro reali falſitate, ſaltem ad minuendam fidem ; vt,ex Crauet. Natt. & alijs, diximus paulò antea : & ſic non eſſet æquum contra eiuſmodi euidentiam, & veram falſitatem alias admittere probationes.

Ego autem,ſi caſus contingeret, à prima opinione non recederem; quæ manifeſte probatur in d. l. iubemus, quæ ſecundum eum ſenſum intelligitur ab omnibus ſcribentibus ibi,vt videte eſt per Bald. Salyc. Fulgoſ. Paul.Caſtr. & Philipp. Corn. per Innoc.in d.cap.1.num.8.de fid. inſtru. Speculat. in tit. de inſtrum. editio.§. 2. incipit, Breuiter commemoremus num. 13. ſequitur Foller. vbi ſupra num.32. idem tenet Boſſ. in d. tit. de falſis.nu. 13. in fin.

Et facit viua ratio, Nam,ſtante, quòd abraſio,cancellatio, interlineatio, vituperatio, & alia ſimilia vitia ſemper remanent in terminis ſuſpicionis falſitatis, etiam in procedendo, & in articulo ciuili,vt ſupponunt Octauia. Boſſi. Follar. Crauet. & alij ſupra allegati;durum exiſtimarem, exclu-

excludere excipientem à probatione,quam habere poſſet aduerſus eiuſmodi ſuſpicionem. Quia,ſi præſum-
283 ptio † ſuccumbit probationi,ſecundum Menoch. de præſumptio. lib. 1. q. 31. per totam; multò magis ſuſpi-
284 cio, † quæ eſt minor præſumptione;idem Menoch.d.lib.1.q. 5. num. 17.& q.7. à num.41. prout ita argumentatur Deci.in cap.porrecta.nu.1. verſ. eſſet enim valde. de confirmat. vtil. vel inutil. & videtur de mente Corn.vbi ſupra,& Paul.Caſtr. in d.l. iubemus. num. 3. Ex quibus,ad propoſitum,concludendum eſt,Iudicem Sæcularem de Bullarum Clericatus raſura, interlineatione, cancellatione, vel alio ſimili euidenti, & notorio vitio cognoſcere poſſe, vt ſupra dictum eſt.

Circa quod Requiſitum probationis Clericatus per Bullas faciendæ, ante quàm vlterius procedas, vtiliter ad praxim obſeruabis, quòd,quãuis ſupra,nu. 285. & 286.dixerimus, Clericatum, ideſt Ordinum aſſumptionem, probandum eſſe per excipientem,& quidem per Bullas; Sunt tamen ex aduerſo aliqui modi, per
285 quos poteſt probari,aliquem † non eſſe Clericum, vt aduertit Carol. de Graſſ.in tract.de effectib.Cleric. in prælud. nu.234.

Et quia,ex huius propoſitionis intelligentia,maxima ad praxim reſultat vtilitas;ideò Aduerte, quòd,quã-
286 uis negatiui † facti impoſſibilis ſit probatio,l. actor quod aſſeuerat. 23. vbi gloſ. & DD. C. de probatio.cap. ſuper hoc. ad fin. de renunciat. cap. bonæ memoriæ.2 3.verſ.contra legati;vbi optima gloſ.verb.pe rerum naturam. de electio. cum alijs adductis per Maſcard.in tract.de probati. concluſ.1091.num.5. vol.2. Huiuſmodi tamen Regula plures patitur limitationes; vt per eumdem Maſcard.vbi ſupra, & Fului. Pacian. in ſuo tract. de probatio.lib.1.cap.38.cum pluribus ſeqq.Inter quas limitationes,illa maximè ad noſtrum conducit propoſitum, quæ deſumitur ex cap. 1. de confeſ.in 6.vbi diſponitur, Negatiui
287 † facti probationem per aduerſarij confeſſionem fieri poſſe; quem textũ ad idem allegat Anchar. conſ.79.nu. 2. Guid. Pap. ſing.18. num.2. Emanu.Acoſt.in l.ſi ex cautione.in.§. ſed cum placeat.fol.mihi.359.C. de non num. pecun. Roderi. Xuar. in l. poſt rem iudicatam.in. §. ſed pulchrum dubium eſt.num. 5.fol. mihi 661.ff. de re iudic. Maſcard. vbi ſupra,num. 11. Pacian. d. lib.1.d.cap.38.à num. 2. Couar.var.reſolut.lib.2.cap.6.nu. 3. & 4. Vnde, quòd aliquis non ſit
288 Clericus,† per confeſſionem ſui ipſius probari poſſe, tenuerunt Maria. Socin.in cap.peruenit. num.91.de ſent.excomm. Philip.Franc.in cap.ſi Iudex Laicus,verſ.idem eſſe. num.2. vbi etiam Anchar. num.fin. in fin. & Domin. de Sanct. Gemin. num 4. eod. tit. in 6. Boeri. deciſ.171.num. 171.num.18.Fului. Pacia.vbi ſupra, lib.2.cap.34.num.73. quos, & alios refert,& ſequitur Carol. de Graſ.in d.prælud.num.234. & fuit originalis doctrina Ioan. Andr. in d. cap. ſi Iudex Laicus.nu.1.ad fin.

Quam limitationem Carol. de Graſ.vbi ſupra,cum Fulu.Pacian. ſublimitat, vt ſcilicet ſolummodò procedat, quando tractatur de mero commodo ipſius confitentis, & in caſibus,in quibus poteſt ſibi præiudicare,& non alias; Sicque concludit, quòd, cum Clericus non poſſit præiudicare Ordini Clericali.cap. ſi diligenti. de for. comp. ſi ille,qui eſt captus à Iudice Laico, confiteatur ſe non eſſe Clericum, non præiudicat Epiſcopo ipſum vindicare volenti; quia confeſſio facta ſuper re, ſuper qua quis diſponere non poteſt nõ valet. Ballamer. deciſ.683. nu.1.

Quæ ſublimitatio, ſic confuſè propoſita, non caret difficultate; ſiquidem videtur concludere, quòd Clericus, per confeſſionem, non poteſt præiu-

præiudicare Ordini Clericali, non
præiudicat Epiſcopo ipſum vindican-
ti quaſi, quòd ſibi ſoli poſſit præiudi-
care, ita vt, ſi ſemel confiteatur ſe
non eſſe Clericum, non poſſit poſtea
idem ipſe Clericatum allegare, &
probare; & remiſſionem petere con-
tra propriam confeſſionem.
Et quidem, ſi huiuſmodi ſublimi-
tatio ſit intellecta eſt vera, ſequitur
289 ex ea notabilis limitatio ad d.cap. †
ſi diligenti. cum ſimilibus.
Nec caret aliquo fundamento;
Quia negari non poteſt, Textum in
d. cap. ſi Iudex Laicus, loqui de ma-
leſactore capto per Iudicem Laicum,
exiſtente in quaſi poſſeſsione Cleri-
catus; quo caſu Io: Andr. Gemin. An-
chiar. & omnes alij ſupra allegati te-
nent, contra huiuſmodi quaſi poſſeſ-
ſionem, poſſe probari, maleſactorem
prædictum non eſſe Clericum, per
eius confeſsionem. Quæ reſolutio,
licet non extendatur, ad præiudicium
Epiſcopi, vt Pacia. & Graſ. exiſtima-
runt; ad præiudicium tamen Maleſa-
ctoris, & capti, neceſſariò referenda
eſt; ne aliàs ſit inanis, & ſine ſubiecto.
Quare cogita, quia non inuenio exi-
tum.
Sed ſi adhuc (his non obſtantibus)
vis tenere, dictam confeſsionem Ma-
leſactoris, & capti, dicentis, ſe non
eſſe Clericum, non præiudicare Epi-
ſcopo eum vindicanti, vt ſupra di-
ximus, neque ſibi ipſi, Clericatum
poſtea alleganti, & remiſsionem pe-
tenti, contra ſuam confeſsionem,
propter receptiſsimam Regulam. d.
cap. ſi diligenti, quam ſupra exorna-
uimus 1. p. num. 28. Aduerte tamen
ſummopere, ex eiuſmodi confeſsio-
ne oriri ſaltem vehementiſsimam
præſumptionem, quòd remiſsio, con-
tra eam petita, ſit calumnioſa, &
falſa; propter naturam confeſsionis.
ad. l. 1. ff. de confeſ. Quia Confeſsio
290 † eſt verior, & potentior omnibus
alijs probationibus. Menoch. de præ-
ſumptio. 51. num. 39. & de recuper.
poſſeſsio. remed. 1. num. 221. dicit,
291 Confeſsionem † eſſe potentiorem
qualibet præſumptione iuris, & de
iure; Alciat. de præſumpt. in prælud.
lib. 2. p. præſumpt. nu. 4.
Et ſic, caſu, quo aduerſus eiuſmo-
di confeſsionem admittatur proba-
tio ſuper Clericatu, erit neceſſarium,
quòd ſit validiſsima, & concluden-
tiſsima, ad vincendam efficaciam, &
vrgentiam confeſsionis contrariæ
iux. tex. in l. fin. in prin. vbi Bart. num.
1. ff. de eo, quod met. cauſ. Alex conſ.
99. num. fin. lib. 3. Deci. conſ. 342.
num. 1. par. 2. optimè Crauer. conſ.
109. num. fin. Boſsi. in tit. de plurib.
violent. num. 86. & fuit dictum Spe-
culat. in tit. de probatio. §. fin. nu. vlt.
verſ. quintum quando. Ludou. Molin.
de Hiſpan. Primog. lib. 3. cap. 4. num.
33. Menoch. de præſumptio. lib. 1. q.
31. num. 8 Surd. deciſ. 75. nu. 21. Io-
ſeph. Ludou. in ſuis commun. concl.
tit. de probatio. concluſ. vnic. illatio.
158. Mynſing. obſeruat. 68. num. 2.
centur. 5. Qui omnes concludunt,
quòd is, qui habet contrà ſe præſum-
292 ptionem † Iuris, oneratur grauiori,
& vehementiſsima probatione; Ergo
multò magis debet onerari, qui ad-
uerſus ſe habet confeſsionem, quæ
eſt efficacior omni præſumptione,
non ſolum iuris, ſed etiam iuris, &
de iure; vt paulò antea diximus. Et ſic
tene mente, & cogita, quia multoties
ſuccedit caſus.
Secundò probatur, quòd quis non
293 eſt Clericus, † eo ipſo, quòd con-
ſtat, eum eſſe penitus illiteratum;
quia tunc habet præſumptionem
contra ſe, quòd non ſit Clericus; ex
294 quo, penitus illiteratis † nec etiam
prima tonſura conferri debet; tex. in
cap. nullus de tempor. ordi. in 6. Can.
præcipimus. 34. diſtin. Can. 1. 36. di-
ſtin. Concil. Trident. ſeſsio. 23. in de-
cret. de reformat. cap. 4. 5. in prin. &
11. Nauar. in manual. cap. 25. nu. 68.
Sil ui. Tint. de ordinat. Clericor. q. 4.
art. 18. à num. 17. Proptereaque eo
ipſo

ipſo, quòd conſtat, aliquem eſſe pe-
nitùs illiteratum, eſt probatum, eum
non eſſe Clericum: Atque ita tenent
Ioan. Andr. in d. cap. ſi Iudex Laicus
num. 1. ad fin. vbi etiam Gemin. in d.
§. idem eſſe. num. 9. ibique Philipp.
Franc. num. 2. & Anchar. d. num. fin.
in fin. Fulu. Pacia. d. cap. 34. num. 79.
Carol. de Graſ. in d. prælud. nu. 237.
295 Penitùs autem illiteratus † quis
dicatur in hac ſpecie, declarat ele-
ganter Menoch. de arbitr. Iudi. caſ.
425. quem refert, & ſequitur Graſ. d.
num. 237. Flami. Pariſ. de reſig. bene-
fi. lib. 4. q. 4. num. 4. Et quod attinet
ad Clericos primæ tonſuræ, & mino-
rum Ordinum, (de quibus principali-
ter tractat noſter tex. vt ſæpe dictum
eſt) recurre ad d. cap. 4. & 11. Concil.
Trident. & diffusè proſequitur Sayr.
in tract. caſ. conſcien. lib. 7. cap. 13. à
num. 5.

Quam reſolutionem ad praxim
obſeruabis pro aliquibus Inquiſitis,
qui vix ſciunt ſcribere ſua nomina,
& poſtea allegant ſe eſſe Clericos,
vt non ſemel mihi reperiſſe contigit.
Quomodò autem probetur illitera-
296 tura † ex Panorm. in cap. fin. num.
1. de ætat. & qualit. notat Flami. Pa-
riſ. de reſign. benefi. lib. 5. q. 3. nu. 86.

Ex quibus videtur inferri, quòd,
quemadmodum conſtito de omni-
moda illiteratura Inquiſiti, cenſetur
probatum, eum non eſſe Clericum,
297 quia, Omnino illiteratus, † irregu-
laris eſt, & ſic non debet ordinari, vt
ſupra dictum eſt, & proſequitur Sayr.
d. cap. 13. Pariſ. vbi ſupra num. 89.
idem pariter dicendum eſſe, apparen-
te in Inquiſito qualibet alia Irregula-
ritatis ſpecie, propter quam ordinari
non poteſt: nullam enim, quoad hoc,
inuenio differentiam inter Irregula-
ritatem ex defectu literaturæ, & alias
Irregularitates.

Immò maior ratio videtur milita-
re in alijs Irregularitatibus, proue-
nientibus ſaltem ex defectu corpora-
li, de quibus tractat Sayr. d. lib. 6. cap.
298 7. cum ſeq. Quia Irregularitas, †
prouenìens ex defectu literaturæ, eſt
Irregularitas proueniens ex defectu
animi, vt dicit Sayr. d. cap. 13. in prin.
Propterèaque cum ſit quodammodò
occulta, plurimùm in ea operatur Or-
299 dinantis † arbitrium; vt videtur ſen-
tire tex. in d. cap. 11. Concil. Triden.
ibi, Niſi aliud Epiſcopo expedire
magis videretur. Et agnouit Meno-
ch. d. caſ. 425. ad fin. Irregularitas au-
tem proueniens ex defectu corpora-
li, eſt magis euidens, & minus ſuppo
ſita Ordinantis arbitrio, &, per con-
ſequens, magis obſtatiua Ordini; &
ideò inducit maiorem probationem
ad credendum, quòd is, qui tali irre-
gularitate laborat, non ſit Clericus.
Quare cogita, quia forſan aliquandò
iuuabit ad praxim.

Et, ne erres, aduerte, quòd ferè om-
nes allegati DD. (præter Graſſum)
tenentes, conſtito de omnimoda illi-
teratura Inquiſiti, probari, eum non
eſſe Clericum, loquuntur, non de ple-
na, & neceſſaria probatione, ſed de
præſumptiua: dicunt enim, ex eiuſmo-
di illiteratura oriri ingentem, atque
300 vehementem præſumptionem, †
Eum, de quo agitur, non eſſe Cleri-
cum, cum iura Canonica prohibeant
taliter illiteratum ordinari. Et ita eſt,
in rei veritate, quòd eiuſmodi illite-
ratura ſolùm inducit præſumptio-
nem contra eum, qui ea afficitur.

Præſumptionē tñ iuris arguit om-
nimoda illiteratura: Quod probo ex
ſequentibus: Nam certum eſt, nemi-
301 nem præſumi in Dolo, † vel in Cul-
pa, Vt de Dolo loquitur tex. in l. me-
rito. ff. pro Soci. Borgn. Caualc. deciſ.
23. num. 18. p. 2. latè Hippol. de Mar-
ſil. conſ. 1. in prin. De Culpa verò Af-
flict. deciſ. 13. num. 18. Et, in ſuo exer-
302 citio, † quilibet bonus præſumitur;
Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 13. num.
303 3. Et cuiuſque voluntas † præſumi-
tur qualis eſſe debet; Afflict. deciſ.
44. num. 21. Propterèaque non eſt
præſumendum, aliquem Prælatum

ordi-

ordinare voluiſſe irregularem quemquam, maximè ex defectu corporali, & viſibili; id enim eſſet Sacros Canones contemnere, & grauem culpam incurrere, contra ſui officij obligationem; quod (vt ſupra diximus) nunquam præſumitur (citra diſpenſationem tamen ſemper loquendo.) Et hæc dicitur præſum-
304 ptio † iuris, quia fundatur in d. l. merito; ff. pro ſoci. iuncta doctrina Maſcard. de probatio. quæſt. 10. num. 31. volum. 1. Et ſic eam appellat Ioſeph. Ludouic. vbi ſupra num. 1. quibus adde Menoch. de præſumptio. lib. 1. quæſt. 5. num. 18. Atque ita quilibet penitus illiteratus, vel aliàs irregularis, maximè ex defectu corporali, præſumitur non ordinatus; vt dicunt Ioan. Andr. Gemin. Franc. & alij ſupra allegati; & quidem præſumptione iuris, vt paulò antea dixi: ideoque is, qui, aduerſus præſumptionem hanc, Clericatum probare intendit, grauiori probandi onere adſtringitur; ex d. l. fin. in prin. ff. de eo, quod met. cauſ. Bart. Alex. Deci. & alijs vbi ſupra.

305 Tertiò probatur, aliquem non † eſſe Clericum, ſi conſtiterit fuiſſe priuatum priuilegio Clericali. Fulu. Pacian. d. cap. 34. num. 78. quem ſequitur Carol. de Graſſ. in d. prælud. num. 240. Quod eſt pluſquam manifeſtum, ideoque maiori non indiget allegatione.

Infertur tamen ex hac reſolutione ad praxim, (vt alias illationes omittam) quòd, cum in hoc Regno, virtute ſæpe allegatæ Bullæ Clemen. VII. Clericus primæ tonſuræ, vel etiam minorum Ordinum, incedens ſine habitu, & tonſura, eo ipſo, abſque alia declaratione, ſit declaratus Sæcularis, & foro Sæculari ſubiectus, vt latiùs dicemus infra num. 359. non erit inutile, quando Iu-
306 dex † Sæcularis capit Inquiſitum incedentem ſine habitu, & tonſura, id in actis probare; & ita vidi multoties practicari in Magna Curia, & à doctiſſimis Iudicibus commendari.

Ex alio etiam praxim hanc ſemper vtiliſſimam duxi; Quia, quando in Proceſſu conſtat, aliquem fuiſſe captum in habitu Laicali, ta-
307 lis † ſemper præſumitur, donec contrarium manifeſtiùs probetur; quæ quidem præſumptio eſt præſumptio iuris, ſiquidem fundatur in expreſſo textu d. cap. ſi Iudex Laicus. verſ. iuſtum eſt enim. de ſenten. excomm. in 6. iuncta doctrina Maſcard. d. q. 10. num. 31. vol. 1. Et tunc ſuccedit ſæpe allegata regula d. l. fin. in prin. ff. de eo quod met. cauſ. cum alijs ſuprà allegatis.

Quartò probatur aliquem non
308 eſſe Clericum † eo ipſo, quòd contrarium non probatur; quia quilibet
309 naſcitur Laicus, † &, in dubio, talis præſumitur: gloſ. verb. Interceſſiſſe, in princ. in. l. 2. C. de error. aduoca. Bald. in cap. fin. num. 4. de præſumptio. Calderi. conſ. 12. num. 2. de iudici. Rip. in cap. 2. num. 4. de iudic. cum alijs allegatis per Fulu. Pacian. d. lib. 2. d. cap. 34. num. 72. quem ſequitur Carol. de Graſſ. in d. prælud. num. 241. & latiùs num. 184. Quia is, qui negat aduerſarium eſſe Clericum habet intentionem fundatam;
310 cum omnes negationes † ſint liquidæ iuris præſumptiones. vt dicit Bald. in cap. fin. num. 1. de probatio. Hyppol. de Marſil. in rubr. C. de probatio. num. 348. idem Fulu. Pacian. in d. tract. lib. 1. cap. 46. num. 49.

Et hic ſiſtunt Fuluius Pacianus d. cap. 34. & Carol. de Graſſ. in d. prælud. circa hunc articulum, Quibus ſcilicet modis probari poſſit, aliquem non eſſe Clericum: Et neſcio profectò quare vlterius non perrexerint; cum ipſe Pacian. in d. lib. 1. à cap. 38. plures alios adduxerit modos; quibus negatiua probari poteſt; & licet omnes illi huic quæſtioni ac-

commodari minimè poſſint, aliquos tamen practicari poſſe non eſt dubium; vt ex ſequentibus apparebit.

Quintò igitur poteſt probari, aliquem non eſſe Clericum,† probando
311 negatiuam coarctatam loco, & tempore; modus enim eiuſmodi probandi negatiuam certiſſimus eſt, & vulgaris. gloſ. verb. poteſt quærere. in.l.Pontonius.§.1.ff. de acquir. hæred.ſimilis gloſ.verb. Interceſſiſſe. in. l. 2. C. de error. aduocat. Bald. in. l. actor. num. 9. C. de probation. cum alijs multis allegatis per Maſcard. de probatio. d. concluſ. 1091. num. 8. Foller. in practi. Crimin. verb. recipiantur defenſiones reorum. num. 31. Afflict. deciſio. 324. num. 10. Rot. Genuenſ. deciſ. 106. num. 5. & proſequitur Fuluius Pacianus d. lib. 1. cap. 40. declarat optimè Alexandr. Trentacinq. varia. reſolu.lib.2.tit.de probat.reſolut.12. à num. 8.

Exemplificantque præfati Doct. hunc modum probandi negatiuam,
312 † vtpura, ſi aliquis prætenderet, Titium occiſum à Sempronio, & Sempronius probauerit, tempore commiſſi, delicti, ſe fuiſſe in alio loco. Item, ſi teſtes dixerint, Sempronium non occidiſſe Titium; &, interrogati de cauſa ſcientiæ, dixerint, id ſcire, quia fuerunt præſentes tempore, & loco commiſſi delicti, & non viderunt, quòd Sempronius occiderit Titium, quod facilè vidiſſent, ſi ita ſe haberet. Hoc enim modo probari etiam negatiuam coarctatam loco, & tempore, per rationem ſcientiæ, tenuerunt Bald.in.l.cum hi. §. nihil autem. num.2. ff.de tranſact.vbi etiam Iacob.de Sanct. Georgi. in. 2. lector. num. 9. Angel. in.§. hinc nobis.num.12.in Authen. de hæred. & falcid. idem Angel. in. l. 1. §. hoc interdicto. num.4.ff.de itin. act. quæ priua. idem Bald. in. l. optimam. num. 7. Cod.de contrahen. & commit. ſtipul. optimè Alberic.in.l.2. num.3. ff. de probation. quos allegat, & ſequitur Fuluius Pacianus d. libr. 1. d. cap. 37. num. 26. & meliùs in cap. 40. num. 16. & 29. quibus addo Hortenſ. Caualc. de teſtib.3.par.num.112. dicit communem Iul.Clar. in pract.crim.§.fin. q.52. num. 4.

His igitur modis poterit probari, aliquem non eſſe Clericum per coarctationem loci, & temporis; Si ſcilicet dixerint teſtes, quòd, eo tempore, quo aliquis dicitur ordinatus, ipſi eum viderunt in alio loco, à quo erat impoſſibile accedere ad eum locum, vbi dicitur ordinatus; Vel, ſi dixerint, quòd in eo loco, & tempore in quibus prætenditur, eum fuiſſe ordinatum, ipſi teſtes fuerunt præſentes, & non viderunt eum ordinari, quod facilè vidiſſent, ſi ita ſe haberet.

313 Et teſtibus † deponentibus ſuper eiuſmodi ſpecie negatiuæ, tantùm creditur (cæteris paribus,) quantùm teſtibus deponentibus ſuper affirmatiua. Bald. in.d.§.nihil autem. num. 3. vbi etiam Iacob. de Sanct. Georgi. d. num. 9. Panorm. in. cap. bonæ.el 1.num.13.de electio. Iaſon. in rubr. ff.de iur. iur. num.8. Afflict. d.deciſ.324.num.10. Practi.Papien. in form. opponen. contr. teſt. in gloſ.verb.ſatagunt negatiuam. num. 2. quos & alios infinitos allegat, & ſequitur Fuluius Pacianus d. lib. 1. cap. 40. num. 34. quibus addo Hortenſ. Caualc.vbi ſupra 2. par. à num. 176. Ioan.Gutierr. allegat. 6. num. 5. In quo articulo recurre ſemper ad Fulu.Pacian.d.num.34. cum multis ſeqq. vbi latè, & doctè proſequitur materiam.

Sextò poteſt probari, quem non
314 eſſe Clericum,† per probationem negatiuæ teſtis de facto proprio; Hunc enim eſſe efficaciſſimum modum probandi negatiuam per factum proprium, dixerunt Bald. in. l. nec

nec is qui. num. 2. ff. de acquir. hæred. vbi Paul. Caſtrenſ. num. 2. & ferè omnes ordinarij Interpretes. Exornat ampliſſimè Fulu. Pacian. d. lib. 1. cap. 48. vbi num. 12. ex multis reſoluit, quòd, tali caſu, creditur vni ſoli teſti; maximè, ſi ſit perſona honeſta, & ſine affectione proprij commodi deponat; & concurrant aliqua alia adminicula; vt idem reſoluit num. 22. cum ſeqq.

Vnde, ex hac Theorica, vidi aliquandò practicari in Mag. Curia, quòd, quando per aliquem Inquiſitum allegatur Clericatus, & ſuſpicatur, per aliqua adminicula, de Bullarum falſitate; fuerunt per Fiſcum factæ diligentiæ in ſciendo ab ipſo Prælato, per quem Inquiſitus dicitur ordinatus, An id verum ſit? & fuerunt aliqui Prælati adeò Religioſi, & iuſtitiæ zelatores, qui dixerunt, nunquam ſe talem ordinaſſe hominem. Quæ aſſertio Prælati licet in rigore non ſit multum efficax, cum non ſit iurata, nec in forma Iudicij, negari tamen non poteſt, quòd faciat aliquam præſumptionem, ad procedendum ſaltem cum maiori cautela, & cura in articulo Clericatus.

Septimò, Probari etiam poteſt, quem non eſſe Clericum, per fa-
315 mam. Hunc quippe modum † probandi negatiuam per famam, tradiderunt multi DD. magnæ authoritatis, vt videre eſt per Anto. de Butr. in cap. veſtra. num. 37. verſ. Sed eſt dubium an non factum. de cohabit. Cleric. & muli. Bart. in. l. de minore. §. plurimum. num. 25. ff. de quæſtio. Bald. in l. 11. num. 11. C. de teſtamen. & in. l. cum quidam. §. quod dicitur num. 3. ff. de acquir. hæred. vbi Paul. Caſtren. num. 8. & Angel. num. 4. Alexan. conſ. 143. num. 7. volum. 2. quos refert, & ſequitur Fulu. Pacian. d. lib. 1. cap. 49. à num. 6. cum ſeqq. Et addo Hyppol. de Marſil. in d. §. plurimum. num. 45. qui num. ſeq. ex alijs multis reſoluit, quòd (cæteris paribus) tantum creditur teſtibus ſuper fama negatiua, ſicut ſuper affirmatiua. Sequitur Maſcard. de probatio. concluſ. 750. volum. 2.

Probari igitur poterit per famam,
316 quem non † eſſe Clericum, ſi teſtes dixerint, ita eſſe famam publicam, dictum talem non eſſe Clericum; cum requiſitis, poſitis per dictos DD. & præſertim Pacian. (qui omnia in hac materia tetigit) d. cap. 49. à num. 28. Et probat expreſsè tex. in. d. cap. ſi Iudex Laicus. verſ. Non ſic autem. de ſenten. excommu. in. 6.

317 Qui textus † dupliciter ad propoſitum poteſt induci, & ponderari. Primò, Si conſideremus, quòd Summus Pontifex eo loci admittit, probari poſſe, quem non eſſe Clericum, per famam, non ſolùm deponendo teſtes ſuper negatiua expreſſa, vt paulò antea dicebamus, ſed etiam dicendo, quod Malefactor ante apprehenſionem, pro Laico publicè ſe gerebat, ac pro tali communiter habebatur: Doctiſſimus enim Bonifacius, cum agnoſceret difficultatem aliquam eſſe in probanda negatiua explicita, quòd ſcilicet aliquis non ſit Clericus, eam reduxit ad affirmatiuam, quòd, ſcilicet, Malefactor, pro Laico, ante capturam, publicè ſe gerebat, ac pro tali communiter habebatur: Facillimus quidem eſt probandi modus, quando
318 nimirum negatiua † probatur per implicitam, vel oppoſitam affirmatiuam. cap. ſuper hoc. 5. in fin. de renunciat. l. ſi filius. 8. ibi, Et quia ſe liberum eſſe quodammodo contendit. ff. de probatio. cap. fin. verſ. Nos autem illam; & ibi, gloſ. verb. compotem. de ſucceſſio. ab inteſt. Speculat. in tit. de probatio. §. 1. num. 3. Bald. in cap. cum Eccleſia. num. 8. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. proſequitur Fulu. Pacian. d. lib. 1. cap. 43. à

num. 1. cum pluribus. ſeqq. Roman. conſ.350. num.20. Natt. conſ. 648. num.12. tom.4.

Poteſt ſecundò idem tex. ad propoſitum induci, & ponderari, ad deducendam efficaciam, & vehementiam illius probationis, quæ per famam fit in hac ſpecie; ex eo, quòd vincit contrariam iuris præſumptionem. Dicit enim Summ. Pontif. in d. verſ. Non ſic autem; quòd, quando Malefactor fuit apprehenſus in habitu Clericali, ex qua quaſi poſſeſſione, vnuſquiſque, Clericus eſſe præſumitur, vt paulò antea dixerat idem tex. proptereaque præſumptio eiuſmodi, dicitur præſumptio Iuris, vt ſupra num.319. diximus; ideòque, propter huiuſmodi præſumptionem, & quaſi poſſeſſionem, talis Malefactor eſſet remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum, in terminis, in quibus ille tex. loquitur. Hoc tamen non procedit, dicit Summ. Pontif. quando Malefactor, ante apprehenſionem, pro Laico publicè ſe gerebat, ac pro tali communiter habebatur; Quia, tali caſu, eiuſmodi fama ſuperat præſumptionem illam quaſi poſſeſſionis habitus Clericalis, in quo fuit apprehenſus; proptereaque ceſſare remiſſionem, donec pleniùs titulus diſcutiatur. Ex quibus conſtat quantæ ſit efficaciæ famæ probatio in articulo Clericatus.

Poterit ergo prudens, & circumſpectus Iudex, ſecundùm ſuprapoſitas reſolutiones, ſuum Proceſſum formare, & pro facti contingentia ſubſtantiare, omni tamen poſtpoſito affectu, & ambitione; motumq; animi ſui ex argumentis, & teſtimonijs, quæ rei aptiora eſſe compererit, confirmare; vt in ſimili reſpondit Summ. Pontif. in cap. Præterea. 27. & in cap. in noſtra. 32. de teſtib. tex. in l. Milites. §. Oportet. C. de quæſtio. optimè Bald. in d. cap. præterea num.3. & in d. cap. in noſtra. num.1. & vtrobique notat Panorm. & cum co omnes alij ordinarij ibidem, tenentes, Plurimum in probationum

319 † materia operari Iudicis arbitrium optimus tex. in Can. ſi teſtes. in prin. 4. quæſt. 3. vbi Gemini. & Præpoſi. Et accedant omninò quæ notat Præceptor Bart. in l. admonendi. à num. 15. cum ſeqq. ff. de iur. iuran.

320 Secundum Requiſitum † eſt Inceſſus in habitu, & tonſura. Tenetur enim is, qui de Clericatu excipit, vltrà ſuſceptionem Ordinis, per Bullas probatam; vt ſupra; probare etiam ſe inceſſiſſe in habitu, & tonſura, iuxta ea, quæ ſuprà diximus in 1. par. in particulari decidendi ratione ad 2. par. noſtri tex.

Quod requiſitum probatur apertè de Iure noſtri Regni, per Rit. 65. incipit, Item ſi aliquis Clericus. Et per Pragm. 5. incipit, Rex Aragonum. ſub titul. de Cleric. & Diacon. Saluat. & per Pragm. vnic. ſub titul. Quib. immunita. debe. gaud. Cleric. quæ eſt Pragm. 3. ſub eod. tit. de Cleric. & Diacon. Saluat. in nouiſſ. Et de iure Canonico per tex. in cap. contingit. 45. de ſenten. excommun. & per d. Bullam extrauag. Clemen. VII. Quo loci diſponit Summ. Pontifex, Clericos primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum non aliter fori priuilegio gaudere, niſi habitum, & tonſuram honeſtè, & alia ſolemnia, iuxta Canonicas ſanctiones, deferant, poſt duos menſes à die publicationis dictæ Bullæ, nulla alia ſpectata trina monitione, quæ de iure antiquo Canonico requirebatur; quæ Bulla in eius principio mentionem facit dictarum Pragmaticarum, quas per eamdem Bullam confirmatas eſſe tenet Io. Ant. de Nigr. ibi. verb. Pragmaticam ſanctionem. num. fin. Et nouiſſimè adeſt decretum Sacroſancti Concil. Trid. ſeſſio. 23. in decreto de reforma. cap. 6. incipit, Nullus prima. idem diſponens. Adeſtq; declaratio Sacræ Congregat. Dom. Cardinalium idem

idem determinans, vt refert Vincen. Grilanz. conſ. 72. nu. 17.

Ita vt ſit neceſſarium, quòd prima tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus incedat in ha-
321 bitu, & tonſura, copulatiuè, † ad effectum gaudendi fori Clericali priuilegio; vt manifeſtè colligitur ex dictis iuribus, & ex Gemini. in cap. vni. §. fin. de Cleric. coniugat. in. 6. tenet Ioan. Anto. de Nigr. vbi ſupra. in glo. verb. tonſuram. num. 4. Annib. Troy. hic, num. 5. Quæ reſolutio adeò eſt vera, & indubitata, vt non indigeat maiori allegatione. Atque ita quotidie practicatur in Magna Curia, & confirmatur per Sacrum Regium Conſilium. Cui adde ea, quæ ſupra adduximus ad particularem decidendi rationem, ad ſecundam partem noſtri tex.

Sed ecce, quòd, ad hoc vt excipiēs de Clericatu, gaudeat priuilegio fori, eſt neceſſarium, incedat in habitu, & tonſura copulatiuè, vt ſupra dixi-
322 mus: Quæro iam, ſi iſte † talis excipiens, primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, aliquando dimiſit habitū, & tonſuram, num perdat priuilegiū, non obſtāte, quòd poſtea reaſſumpſerit illa? Et quidem quæſtio huiuſmodi ordinaria eſt, & quotidie contingere poteſt; eamque ad partes diſputat Ioan. Anto. de Nigr. in d. Bulla, extrauag. d. verbo, habitum. à num. 27. Ex cuius, & aliorum doctrina, quid ſecurè, & tutè, in propoſita ſpecie, tenendum ſit, reſoluamus oportet.

Pro parte igitur negatiua, nempè quòd per dimiſſionem habitus, & tonſuræ, non perdatur priuilegium, ſi iterum illa fuerint reaſſumpta; Primò facit tex. in Clemen. 1. iuncta glo. verb. quamdiu. de vita, & honeſt. Cleri. Vbi Summus Pontifex determinat, Clericos Macellaros, ſeu Tabernarios, ſi tertiò ab eorum Ordinarijs moniti, ab huiuſmodi artibus non deſtiterint, fori priuilegium amittere, quamdiu in dictis artibus perſeuerauerint: vnde infert dicta gloſ. quòd poterunt fori priuilegium recuperare, quoties voluerint artes illas dimittere. Ergo ſimiliter, in noſtro caſu, poterit Clericus, qui ſemel habitum, & tonſuram dimiſit, quoties voluerit, illa reaſſumere, & fori priuilegium recuperare: prout etiam probare videtur tex. in cap. fin. ibi; dum his ſe implicant; de vit. & honeſt. Cleri. Et, quaſi in ſimili idem voluit Innocentius in cap. Clericus, el ſecundo. eodem titu lo. de vita, & honeſt. Cleric.

Secundò pro eadem opinione fa-
323 cit tex. ſubtiliter inductus, in cap. † vnic. de Cleric. coniug. apud Bonifac. vbi idem Summus Pontifex decreuit, Clericos coniugatos, incedentes ſine habitu, & tonſura, non gaudere priuilegio fori, etiam quoad criminalia: non enim dicit textus, quòd ſi incedunt ſine habitu, & tonſura, amittant fori priuilegium, ſed quòd non gaudeant priuilegio; & ſic non priuat eos priuilegio, ſed illud ſuſpendit: ſtante igitur ſola ſuſpenſione priuilegij, redeuntibus illis Clericis ad habitum, & tonſuram, debent priuilegium recuperare. Similiter ergo, in propoſita ſpecie, Clericus dimittens habitum, & tonſuram, cum ex eo priuilegium illius cenſeatur ſuſpenſum tantummodo, non autem ſublatum, aut amiſſum, ſi redeat ad habitum, & tonſuram, recuperabit priuilegium. Atque ita tenere Archidiaco. Ioan. Monachum, & Dominicum de Sancto Geminiano in d. cap. vnic. refert Ioan. Anto. de Nigr. vbi ſupra. num. 31.

Tertiò facit: Nam cauſa, propter quam Clericus dimittens habitum, & tonſuram, amittit fori priuilegium eſt ipſa dimiſſio; Ergo, ſi reaſſumpſerit habitum, & tonſuram, ceſſat cauſa excluſiua priuilegij. Et ſic, ceſſante illa cauſa, ceſſare debet priuatio; argum. tex. in. cap. cum ceſſante. de Appellat. & in l. adigere. 6. §. quamuis.

ff.de iurepatron. Quam opinionem à multis approbatam eſſe, & ideò cõmunem teſtatur Ioan.Anto.de Nigr. d.num.31.& ante eum Couar.pract. quæſt.cap.31.num.8.

Pro contraria tamen opinione; quòd ſcilicet Clericus dimittens habitum,& tonſuram,perdat fori priuilegium,etiam ſi poſtea illa reaſſumat facit Primò,quòd in incõpatibilibus,
324 † præiudicialibus,& contrarijs, facta vnius electione, non datur regreſſus ad alterum:tex.eſt expreſſus,in cap.vnic.§.fin.de poſtulat. Prælat.in 6.& in cap.vt qui duas.de elect.eod. lib.bonus tex.in.l.quod in hæredem. 9.§.eligere.ff. de tribut. actio. Ergo, cum dimittere habitum,& tonſuram, & illa reaſſumere;& per conſequens, non gaudere, & gaudere priuilegio fori,ſint contraria,& incompatibilia; qui fecit electionem vnius,per dimiſſionem habitus,& tonſuræ,ſibi præiudicauit; & ſic non poterit ad aliud contrarium redire;vt in dictis iuribus probatur. Et ita tenet Bald. in additionibus ad Speculat. in tit. de Cleric.coniug.in prin. quem refert Petr. Foller.ſuper dict. Pragm.quemadmodum Canonicis,ſub tit.de Cleric. & Diacon.Saluat. nu.6.

Secundò facit; Nam certum eſt, quòd,quando Clericus dimiſit habitum,& tonſuram, per illam dimiſſionem perdidit fori priuilegium; ad tex.in Clement. 1. de vit. & honeſt. Cleric. & probatur expreſsè per dictam Bullam extrauag. Clemen.VII. & etiam per diſpoſitionem Concilij Triden.d. cap. 6. iuncta declaratione Sacræ Congregationis Dominorum Cardinalium, cuius meminit Vincen.Grilanz.d.conſ.72. num.17. Ergo,per reaſſumptionem habitus, & tonſuræ, & ſic per factum ſuum, ſe habilitare non poterit; per regulam,
325 Quòd nemo † poteſt ſe ipſum legitimare,ſeu habilem facere.iux.tex.in cap.per noſtras.26.de iure patron. & in can. didicimus.31. poſt princ. 14. q. 1. & in.l.1. §. fuit quæſitum.ff. Ad Senat.conſ.Trebel.

Quæ ratio fortiùs ſtringet, ſi conſideremus, quòd, quando Clericus dimiſit habitum, & tonſuram, amiſit priuilegium fori,facto ſuo; concurrente legis diſpoſitione id ordinante, nempe d. Clemen.1.& d. Bulla extrauag.& d.cap.6. Concilij Tride. Ergo non poterit,per reaſſumptionẽ ſolam, priuilegium recuperare, lege non concurrente.argum.tex.in.l.Nihil tam naturale. 35. ff. de reg.iur.et in cap.1. extr. eod.

Nec ſatisfaciet qui dixerit, argumentum deſumptum ex.d.l. Nihil tã naturale,cum ſimilibus, non obtine-
326 re locum in rebus ſpiritualibus, † quæ faciliùs conſtruuntur, quàm deſtruuntur, propter characterem ſpiritualem,quem imprimunt; vt notat Panorm. in cap. 2. num.31.de tranſlat.Epiſcop. quem refert, et ſequitur Deci.in.d.l.Nihil tam naturale.num.7.et 8.Ac proinde Clericum, ex ſola habitus, et tonſuræ dimiſſione,non debere amittere Clericale fori priuilegium, ita, et taliter,quòd non poſſit illud recuperare, reaſſumptis habitu, et tonſura.

Nam tunc fortiùs obſtabit contrarium argumentum, ſi meminerimus eorum,quæ ſupra diximus in 1.p. in. 3.prælud.num.25.per ſuſceptionem, ſcilicet, minorum Ordinum,aut primæ tonſuræ non imprimi characterem.Et ſic argumentum deſumptum ex.d.l.Nihil tam naturale,cum ſimilibus, ſaltem quoad Clericos primæ tonſuræ,aut minorum Ordinum, validum magis erit, et efficax, ad probandum,quòd talis Clericus, per ſolum ſuum factum, reaſſumendo ſcilicet habitum,et tonſuram, non poteſt recuperare priuilegium.
327 Tertiò facit, Quòd Clericus, † dimittendo habitum, et tonſuram, et incedendo vt Laicus,tacitè cenſetur priuilegio renunciare. ad tex.in Can. Quàm periculoſum. 7. q.1.et in.cap.

ex

ex ore. §. Quia verò. et ibi gloſ.
verb. renunciaſſe. de his, quæ fiu. à
maior.part.Capit.Melior tex.in. cap.
fin.iuncta ibi gloſ.verb.cum facto.de
vit. & honeſt. Cleric.& diximus.ſu-
pra. in. 1. par. num. 214. Cùm igitur
priuilegium fuerit deperditum, non
poteſt ampliùs recuperari;quia,quan
do priuilegium perditur propter ali-
quod delictum, non poteſt ampliùs
recuperari;iux.notata per Innoc.in
cap.2.num.2. de nou. oper.nunciat.
328 Clericus † autem,incedendo ſine
habitu, & tonſura, dubium non eſt,
quòd committit delictum; vt dicit
tex.in cap.1. de Apoſtat.
329 Quartò facit tex.in cap. † Ex par-
te tua.27. ibi, Siue etiam reaſſumant
tonſuram abiectam.extr. de priuileg.
vbi notat Cardinal.Zabarell. in prin.
& Anto.de Butr. num.7. Silueſter in
ſumm. verb. Clericus tertiò. & tenet
expreſsè Andr.de Iſer.in Conſt.Apo
ſtatantes. col. 2. verſ. ſecundo caſu,
quando non fuit contrarium,&c.iun
cta diſpoſitione d. Bullæ extrauag.
Clement.VII. per quam fuit facta mo
nitio ad hoc,vt Clerici reaſſumāt ha-
bitum,& tonſuram.Et Iſerniam ſequi
tur Afflict.ibidem.nu.15. per doctri-
nam Innoc.in d. cap.2.

In quarum opinionum reſolutio-
ne ſatis variant Interpretes: & quidē
Ioan.Anto.de Nigr. vbi ſupra, prio-
rem opinionem tanquam commu-
nem ſequitur;& licet conetur reſpō-
dere fundamentis contrariæ partis,
remmiſſiùs tamen,quàm par eſt, ſe
gerit; ideòque,ſi ego ſimpliciter, &
indiſtinctè reſpondere deberem,huic
vltimæ opinioni Andreæ de Iſernia,
& aliorum,libentiùs, ac tutiùs me
ſubſcriberem; quæ pluribus, & vali-
dioribus nititur fundamentis.

Vt autem, in re tanti momenti,
quid ſecurè tenendum ſit, clarè co-
gnoſcamus;Diſtinguendum eſſe exi-
ſtimo. Duo quippè Iura circa hunc
articulum conſiderare poſſumus;Aut
ſcilicet Ius commune Canonicum,
Aut Ius ſimiliter Canonicum parti-
culare dict.Bullæ Clementis VII.con
firmantis Pragmaticas, & Capitula
huius Regni, vt notauimus paulò an
tea. In prima igitur conſideratione
dicendum eſt, quòd ex ſola dimiſſio-
ne habitus,& tonſuræ, Clericus non
cenſetur amittere Clericale priuile-
gium,taliter,quòd,ſi habitum, & ton
330 ſuram iterum reaſſumat, † non re-
cuperet idem priuilegium. Atque
ita exiſtimo procedere ſecundum, &
tertium argumentum primę Opinio-
nis, quòd ſcilicet per ſolam dimiſſio-
nem habitus,& tonſuræ priuilegium
ſolummodò ſit ſuſpenſum, non autē
amiſſum, ſeu deperditum; & ſic, ceſ-
ſante cauſa ſuſpenſionis,debet ceſſa-
re effectus;reaſſummente ſcilicet Cle
rico habitum, & tonſuram.

At verò,ſi cum eiuſmodi habitus,
& tonſuræ reaſſumptione concurrāt
etiam aliquæ aliæ circunſtantiæ,quæ
afficiant, ſeu aggrauent ipſam reaſ-
ſumptionem, proculdubio non recu-
perabitur priuilegium, non ſuſpen-
ſum in hoc caſu, ſed potiùs amiſſum,
& deperditum. Et hoc eſt, quod di-
331 cunt DD. quòd reaſſumptio † ha-
bitus, & tonſuræ, in fraudem facta,
non ſuffragatur,nec reſtituit priuile-
gium: vt, limitando primam opinio-
nem,ex multis, tenet Ioan. Anto. de
Nigr. vbi ſupra. num.33. & poſt eum
Farin.in pract.crim.tit.de inquiſitio.
q.8.num.66. verſ. item quod ſi. At-
que ita fuiſſe ibi iudicatum refert Ca
pell.Toloſan.deciſ.144.dicens ita te-
nere omnes legiſtas: ſequitur Zeuall.
in ſpecul.commun. contra commun.
q.563.num.2.ante fin.ibi, ceſſante
fraude:&,colligendo Doctorum opi-
niones,ita reſoluit,ſaltem quoad Cle
ricos minorum Ordinum,Anto.de
Butr.in d.cap.ex parte.el 3.num.7.de
priuileg.

Circumſtantiæ autem, quæ poſ-
ſunt concurrere cum reaſſumptione
habitus, & tonſuræ, ad faciendam
illam fraudulentam,ſunt huiuſmodi,

vtputa; diffamatio, accuſatio, inquiſitio, citatio, vel ſententia alicuius criminis commiſſi ante reaſſumptioné. Si enim Clericus, incedendo ſine habitu, & tonſura, & illis iam dimiſſis; commiſit aliquod delictum, &, poſt ipſius diffamationem, accuſationem, inquiſitionem, citationem, vel ſententiam, reaſſumit habitum, & tonſuram; Reaſſumptio huiuſmodi non reſtituit ei priuilegium clericale, quia cenſetur facta in fraudem; vt cum Ioan. Anto. de Nigr. & alijs, diximus ſupra: quamuis Farinac. loco iam allegato, aſſerat, id eſſe intelligendum, quando Clericus fuit condemnatus, vel captus per Iudicem Sæcularem; ſed ipſe portat aquam ad ſuum molendinum; cum re vera fraus, etiam abſque condemnatione, & captura, poſſit conſiderari, & diffamatione, accuſatione, vel alijs circumſtantijs; vt ſentiunt omnes ferè Doctores de hac re tractantes, & diximus ſupra. num. 54.

332 Neque obſtat tex. † in d. Clemen.
1. de vit. & honeſt. Cleric. inductus
pro confirmatione primi Argumenti primę Opinionis, quo loci illi Clerici delictum commiſerunt, exercendo illas artes; incedendoque ſine habitu, et tonſura; contra monitionem Superioris; cui non obtemperare delictum eſt, et tamen textus dicit, iuncta ibi glo. quòd tamdiu priuilegio Clericali non gaudeant, quamdiu in dictis artibus, et in inceſſu ſine habitu, et tonſura perſeuerauerint; quaſi quod, illis artibus relictis, et reaſſumptis habitu, et tonſura, recuperent priuilegium.

Nam Reſpondeo quòd, prćterquã quòd ille tex. plures habet intellectus, vt videre eſt per Zabarell. et Imol. ibi, et ideo immeritò ad Cauſarum deciſionem allegari poteſt, vt diximus ſupra num. 37. adhuc dici poteſt; quòd ideò ibi Clericus, reaſſumptis habitu, et tonſura, recuperat priuilegium, non obſtante delicto commiſſo, et ſic in fraudem; quia ſcilicer in eiuſmodi reaſſumptione; de qua ibi, nulla poteſt conſiderari fraus: nam delictum, de quo in eo tex. ſolummodò erat commiſſum in præiudicium ipſius Eccleſiæ, non autem alicuius tertij; et ſic Iudex Sæcularis nullum poterat prætendere intereſſe, ex quo ille Clericus exerceret illas artes, et non obediret mandatis ſui Superioris; proptereàque, ceſſante intereſſe Iudicis Sæcularis, ceſſat etiam fraus in reaſſumptione habitus, et tonſuræ; Quia, in hac quæſtio-
333 ne, illa dicitur fraus † conſiderabilis, quæ fit ad effugiendum iudicium
Sæculare, et eius pœnas; quæ ceſſat in caſu illius tex. cum in delictis, de quibus ibi agitur, nullum Iudex Sæcularis poſſit, vt diximus, prætendere intereſſe. Sicque ille tex. nulla ratione aduerſatur ſupratraditæ reſolutioni. Reſtatque firmum, quòd, quotieſcumque habitus, et tonſurę reaſſumptio fuerit in fraudem facta, non recuperabitur ex ea Clericale priuilegium. Atque ita intelligi poterunt iura, et authoritates ſecundę Opinionis.

In ſecunda autem conſideratione; attento ſcilicet Iure, et diſpoſitione
334 dictæ † Extrauagan. Bullæ Clemen
tis VII. indiſtinctè tenendum eſt, ex ſola habitus, et tonſuræ dimiſſione, poſt illos duos menſes a die publicationis, priuilegium Clericale amitti, nec ampliùs per reaſſumptionem recuperari. Quod manifeſtè demonſtrant illius tex. verba, ibi, Eoſdem Clericos, et quemlibet ipſorum, ex nũc, prout ex tũc, et è conuerſo, abſq; alia declaratione facienda, foro Sæculari ſubiectos fore, et tanquam Laicos etc. et; ibi, Et quos etiam nos, ex nunc, prout ex tunc, et è conuerſo, declaramus Sæculares, etc. Quæ verba rectè perpenſa, et ſine cauillatione intellecta, manifeſtè demonſtrant voluntatem, et intentionem Summi Pontificis, volentis Clericos

inće-

incedentes ſine habitu, & tonſura, ſtatim fieri Laicos, & foro Sæculari ſubiectos; ita, vt priuilegium, ex huiuſmodi dimiſſione, non dicatur eſſe ſuſpenſum; vt, attento iure communi, dicebat Ioan. Anto. de Nigr. d. num. 31. ſed omninò deperditum; & ius quæſitum Iudicibus Sæcularibus ſuper eorum perſonis; quod ipſi per habitus, & tonſuræ reaſſumptionem tollere non poſſunt; per regulam, Quòd ius alicui quæſitum ſine facto ſuo, ab eo auferri non poteſt. iux. tex. in l. id quod noſtrum. 11. vbi eleganter Hieronym. Cagnol. à num. 2. ff. de regul. iur. Theſaur. deciſ. Pedemon. 101. num. 3. Pro qua Opinione ponderari etiam poſſunt omnia fundamenta ſupra adducta pro ſecunda Opinione; & præſertim ea, quæ notauimus ex Andr. de Iſern. in d. Conſti. Apoſtatantes. col. 2. vbi optimè etiam Afflict. d. nu. 15.

Quibus addo communem illam 335 concluſionem, Quòd, vbi effectus † eſt iam in eſſe productus, non tollitur, cauſa ceſſante; iux. tex. in cap. Quæris à me. 129. §. ideò per hanc ſocietatem. iuncta ibi gloſ. verb. contrahatur. de conſecrat. diſtin. 4. notat Imol. per eum tex. in cap. fin. num. 2. de offici. legat. Quos, & alios multos allegat, idem tenendo, Tiraq. in tract. de ceſſante cauſa. limita. 12. num. 1. quibus addo Bart. in l. 1. §. fin. ff. de donatio. ſequitur Fachin. controuerſ. iur. lib. cap. 96. in fin. ſicque ſtante, quòd ex dimiſſione habitus, & tonſuræ, fuit iam ſequutus effectus amiſſionis priuilegij Clericalis, ex diſpoſitione d. Bullæ extrauag. Clement. VIII. non poteſt tolli iſte effectus amiſſionis, ceſſante cauſa ipſius, ideſt, ceſſante dimiſſione habitus, & tonſuræ, quæ ceſſat illis reaſſumptis. Et videas omninò quæ dicemus ſtatim num. 242.

Accedat etiam his omnibus, quòd 336 in quolibet † ſtatuto, lege, aut alia diſpoſitione, ſemper mens, & intentio Statuentis, aut Legiſlatoris eſt attendenda, vt ex Bart. Alex. & Socin. dicit Octauia. deciſ. Pedemon. 59. nu. 7. Fernan. Vaſqui. Controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 43. num. 3. cum ſeqq. Mens 337 † autem, & intentio Legiſlatoris, ex Præfatione maximè colligitur; Præceptor Bart. in l. fin. num. 3. ff. de hæred. inſti. & in l. 1. num. 16. C. de nou. Codic. facien. quem, & alios refert, & ſequitur Octauia. vbi ſupra. num. 3. late Ioan. Garſi. in tract. de Hiſpan. nobilit. in diuiſ. num. 7. cum ſeqq. Præfatio verò dictæ Bullæ Extrauagantis eſt petitio illa, quam Dux Sueſſæ, tunc temporis Caroli VI Imperatoris, apud Sedem Apoſtolicam, Orator, Summo Pontifici porrexit, quæ in ſumma cōtinebat, quòd, quamuis Clerici Primæ Tonſuræ, vel minorum Ordinum Regni Siciliæ citra Farum, debeant portare habitum, & tonſuram, alias amittant fori priuilegium iux. formam Sacrorum Canonum, & Pragmaticarum dicti Regni; nihilominus tamen dicti Clerici incedentes ſine habitu, & tonſura adeò delinquebant, quòd Reipublicæ tranquillitas maximè turbabatur; ex eo ſcilicet turbabatur, quia eiuſmodi Clerici, incedentes ſine habitu, & tonſura, ſtatim, poſt commiſſum delictum, reaſſumebant habitum, & tonſuram, & ſic putabant effugere iudicium Sæcularium iudicium; & indies audaciores fiebant; in eo confiſi, quòd, ad perdendum fori priuilegiū ex inceſſu ſine habitu, & tonſura, requirebatur trina Canonica monitio, per d. Clemen. vnic. de vit. & honeſt. Cleric. quem Eccleſiaſtici Iudices forſan facere recuſabant: atque ita Clerici prædicti, in Dei offenſam, & Reipublicæ perniciem, & detrimentum, multa, & fœda crimina committebant. Sicque patet, quòd, circa huiuſmodi inconueniens, Dux Sueſſæ conſuluit Summum Pontificem pro opportuno remedio; Qui reſpondit, & decreuit, quòd, ſi eiuſmodi Clerici pri-

ci primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, infra duos menſes à die publicationis, non inceſſerint in habitu, & tonſura, eo ipſo, abſque alia monitione, vel declaratione, perdant priuilegium, & fiant Sæculares; & quod tanquam tales à Iudicibus Sæcularibus, vſque ad ſanguinis vindictam, puniri poſſint. Patet igitur ex ſuperioribus euidenter, mentem, & intentionem Pontificis fuiſſe, Reipublicæ tranquillitati conſulere; cui non fuiſſet prouidè, & integrè conſultum, ſi remaneret facultas, quòd eiuſmodi diſcoli, & facinoroſi Clerici, per habitus reaſſumptionem, recuperarent fori priuilegium, ad plura, & maiora crimina committendum.

Et ad maiorem efficaciam, & declarationem, ſubdit Summ. Pontif. id obſeruandum eſſe, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Per quam
338 clauſulam † cenſetur derogatum omnibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, diſponentibus, in dicta ſpecie eſſe neceſſariam trinam monitionem; & quibuſcumque alijs cōtrarijs menti, & intentioni eiuſdem diſpoſitionis, & Bullæ, quæ de iure communi obſeruabantur. ad nota. per gloſ. quæ eſt Bart. verb. Non obſtantibus. in Extrauag. Ad reprimendum, tit. Quom. in Læſæ Maieſt. crim. proceda. poſt vſus feud. Felyn. in cap. nulli. num. 2. cum ſeqq. et præſertim. nu. 29. verſ. ſuper quibus verbis. Et nu. 11. de reſcript. Mart. in tract. de Clauſul. Clauſul. 74. Barboſ. de Clauſul. Clauſul. 43. nu. 2.

Vnde, ſtante dicta Bulla, concludendum eſt, quòd in Regno Neapolitano, Clericus Primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, qui incedit ſine habitu, et tonſura, ſtatim, et eo ipſo efficitur Sæcularis fori, nec per reaſſumptionem poterit priuilegium recuperare. Sicque quamuis, attento iure Canonico, in eodem Regno fuerint ſæpius remiſſi Clerici in Minoribus ad Iudicem Eccleſiaſticum, etiā ſi tempore delicti incederent ſine habitu, et tonſura, vt refert Gramm. vot. 33. num. 22. tamen, poſt dict. Bullam, non fuerunt ampliùs remiſſi; vt teſtatur idem Gramm. in d. Conſtit. Apoſtatantes. num. 5. in fin. quem refert, et ſequitur Petr. Barboſ. in l. Titia. num. 36. ff. Solut. Matrim. Et hoc, nulla alia ratione, niſi quia illa dimiſſio habitus, et tonſuræ, attenta dicta Bulla facit eos, ſtatim Laicos, et Iudicibus Sæcularibus ſubiectos; nulla habita conſideratione, an habitum, et tonſuram reaſſumpſerint, nec ne.

Et quamuis huic reſolutioni videatur contradicere Ioan. Anto. de Nigr. vbi ſupra d. verb. habitum. num. 32. in fin. ſupplendo dictam Bullam, ita vt, illud, quod diſponit, Clericos ſcilicet primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, incedentes ſine habitu, et tonſura, ſtatim fieri Laicos, et Iudici Sęculari ſubiectos, intelligatur, et pcedat reuocabiliter, nimirū, vt poſſint reuocare amiſſionem priuilegij per reaſſumptionem habitus, et tonſuræ; Ipſe tamen ibi fatetur, quòd eſt aliquantulum ſupplere; et ego dico, diuinare; Et ita eſt in rei veritate: Quin immò tale ſupplementum eſt contra mentem Pontificis eo loci, qui expreſsè intendit prouidere Reipublicę tranquillitati, cui non eſſet ſatis conſultum, ſi admitteretur reaſſumptio, vt ſuprà dicebamus.

Neque obſtat, ſi aliquis dixerit,
339 Praxim Thomæ † Grammat. d. nu. 5. in fin. loqui tantummodò de Clerico, qui, dimiſſis habitu, et tonſura, commiſit delictum; non autem de eo, qui poſtea habitum, et tonſuram reaſſumpſit, prout ſunt termini noſtræ quæſtionis. Nam Reſpondeo, Thomam Grammaticum ita eo loci neceſſario intelligendum fore; ſiquidem loquitur in terminis dictæ Bullæ Extrauagantis, cuius præcipuus finis

nis

nis fuit, monere dictos Clericos, qui
incedebant ſine habitu, & tonſura,
vt illa reaſſumerent, aliàs habeantur
pro Laicis; ſicque elapſis illis duobus
Menſibus, de quibus in eo tex. ad re-
aſſumendum habitum, & tonſuram,
non eſt locus ampliùs reaſſumptio-
ni, ad effectum recuperandi fori pri-
uilegium. Atque ita Grammaticum
intelligit Barboſa. d. num. 36. Ex qui-
bus reſoluendum eſt, quòd, attenta
dicta Bulla, ſi Clericus Primæ tonſu-
ræ, vel minorum Ordinum, dimiſſis
habitu, & tonſura, incedat vt Laicus;
non recuperabit fori priuilegium, e-
tiam ſi poſtea habitum, & tonſuram
reaſſumpſerit. Quam tamen reſolu-
tionem temperabis prudenter ſecun-
dùm ea, quæ ſtatim dicemus. à num.
258. cum ſeqq.

Neque rurſus obſtabit, ſi aliquis
dixerit, dictam Bullam Extrauag. ſo-
lùm loqui de Clericis tunc temporis
in Regno exiſtentibus, ideòque tan-
quam correctoriam ad Clericos po-
ſtea superuenientes non fore exten-
dendam. Nam Reſpondeo, quòd Lex
340 † ſemper loquitur. l. Arriani, vbi Sa-
lyc. C. de hæreti. & ante eum Bart. in.
l. omnes populi. num. 64. vbi copioſa
Apoſtilla liter. g. ff. de iuſti. & iure.
Et ſic, quemadmodum dicta Extra-
uag. Bulla loquebatur quando fuit pu
blicata contra Clericos tunc tempo-
ris in Regno exiſtentes; ita etiam po-
ſtea loquuta eſt, & nunc loquitur,
contra ſucceſſores.

341 Sed quæro, Quid, ſi Clericus † Pri-
mæ tonſuræ, vel minorum Ordinum
tempore delicti incedebat in habitu,
& tonſura, commiſſo autem delicto
dimiſit habitum, & tonſuram? Num,
ex tali dimiſſione cenſeatur amiſiſſe
fori priuilegium, ita, vt poſſit pro eo
delicto à Iudice Sæculari puniri? Re-
ſpondeo, quòd non; quia, quamuis, in
rei veritate, tunc temporis non gau-
deat fori priuilegio ob dimiſſionem
habitus, & tonſuræ, iuxta proximè
traditam reſolutionem; tamen, quoad
punitionem, attenditur tempus deli-
cti. l. 1. vbi. DD. ff. de pœnis. l. iniuria-
rum æſtimatio. 21. ff. de iniur. l. doli.
5. §. fin. ff. de ſeru. corrupt. Anto. Go-
mez. var. reſol. tom. 3. cap. 10. num. 5.
Atque ita fuiſſe deciſum per Sacr.
Conſil. refert Grammat. deciſ. 10. nu.
3. Et faciunt tradita per Aluar. Vala-
ſc. Conſul. 57. in prin. Verum quidem
eſt, quòd poterit capi per Iudicem
Laicum eiuſmodi Clericus, & captus
tenebitur probare ſupradictam qua-
litatem, quòd, ſcilicet, tempore deli-
cti, incedebat in habitu, & tonſura;
quia, attento præſenti ſtatu, habet
præſumptionem contra ſe.

Et hodie, attenta diſpoſitione Con
cil. Triden. ſeſſio. 23. in decret. de re-
format. cap. 6. incipit, Nullus prima
tonſura, tenebitur idem Clericus
probare ſimiliter, tempore delicti ob-
ſeruaſſe etiam alia requiſita, quæ in
eo tex. continentur, & de quibus age
mus ſtatim; Quia priuilegium Cleri-
cale fori non conſeruatur, ſecundùm
eum tex. per ſolum inceſſum in habi-
tu, & tonſura; ſed ſunt etiam neceſſa-
ria dicta requiſita.

Id autem quod ſupra diximus, Cle
342 ricum † ſcilicet Primæ tonſuræ, vel
minorum Ordinum incedentem ſine
habitu, & tonſura, reaſſumptis habi-
tu, & tonſura, non recuperare fori
priuilegium, intelligendum eſt, quòd
non recuperat dictum priuilegium
ex ſola reaſſumptione habitus, & ton
ſuræ: Cæterùm, ſi, cum dicta reaſſum-
ptione, ſuſceperit etiam idem Cleri-
cus aliquem alium Ordinem, credo,
quòd tunc temporis vtique recupe-
rabit priuilegium; quia, ſcilicet, tali
caſu cum dicta reaſſumptione habi-
tus, & tonſuræ concurrit etiam Ec-
cleſiæ voluntas ipſum ordinantis, &
iterum eum reſtituentis ad priuile-
gium prædictum: iux. ea, quæ ſupra
diximus in ſecundo fundamento ſe-
cundæ Opinionis. Et iſto caſu ſubin-
trat alia Quæſtio: An, ſcilicet, talis Or
do ſit ſuſceptus in fraudem; ad finem,
quòd

quòd non poſſit gaudere priuilegio fori iux. ea, quæ adduximus ſupra num. 55.

In quo paſſu cautè animaduerte, quòd Iudices Eccleſiaſtici, quando Clericus Primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum dimiſit habitum, & tonſuram per aliquod tempus conſiderabile, iuxta notata infra. nu. 409. & poſteà prætendit illa reaſſumere;
341 ſolent interponere Decretum, † declarando, licere tali Clerico habitum, & tonſuram reaſſumere, ad effectum gaudendi fori Clericali priuilegio, prout hodie emergit in Magna Curia, in Cauſa Regij Fiſci contra Thomam, aliàs Maſillum Magiſtri Antonij de Sancta Agata, inquiſitum de homicidijs, & alijs grauiſſimis delictis; qui, poſtquam per plures annos, dimiſsis habitu, & tonſura, inceſſit vt Laicus, obtinuit ſupradictum Decretum à Rev. Epiſcopo Caſertano, in quo declarat, licere eidem Thomæ reaſſumere habitum Clericalem; exhibitoque huiuſmodi Decreto in termino ſibi dato ſuper Clericatu, dicebam, nullius debere eſſe momenti ad dictum effectum recuperandi fori priuilegium.

Et Ratio eſt manifeſtiſsima, quia talis Clericus, per dimiſsionem habitus, & tonſuræ iam amiſit fori priuilegium, & factus, & declaratus eſt Sęcularis, vt expreſsè determinat Sum. Pontif. in. d. Bulla Extrauag. & præſertim ibi; Et quos etiam nos ex nunc prout ex tunc, & è conuerſo, declaramus Sæculares. Ergò Iudex Eccleſiaſticus non poteſt per ſolum illum Decretum eximere, & ſubtrahere huiuſmodi Vaſſallum Sæcularem à Regia iuriſdictione.

Probatur conſequentia; Quia, quamuis adſint in Iure Pontificio aliqui modi, quibus Sæculares fiunt Eccleſiaſtici, & eximuntur à Sæculari iuriſdictione; vt puta Clericatus aſſumptio, Religionis approbatæ ingreſſus, à Sancta Matre Eccleſia inſtituti, & ab vniuerſo Populo Chriſtiano, Sacriſque Concilij admiſsi. Anchar. in regul. ea quæ num. 20. de reg. iur. in 6. Marian. Soci. in cap. 1. num. 11. de for. compet. Steph. Aufr. de poteſt. Sæcular. in Eccleſiaſ. regul. 2. num. 37. quòd tamen vnus Epiſcopus, per ſimplex decretum, poſsit Sæcularem Vaſſallum facere Eccleſiaſticum, & eum ſubtrahere à Regia iuriſdictione, non reperitur iure cautum; & in materia exemptionis, &
344 Priuilegiorum † erubeſcimus dum ſine lege loquimur. Argum. tex. in cap. cum perſonæ. de priuileg. in. 6. eſſetque iuriſdictiones perturbare, & mittere falcem in meſſem alienam, quod nunquam licuit, iux. tex. in. cap. ſolitæ. de maiorit. & obedien. cum alijs ſupra adductis. 1. p. nu. 52.

Nec dicas, quòd, in dicta ſpecie, quando ſcilicet Iudex Eccleſiaſticus facit dictum decretum, ſolùm declarat, licere eidem Clerico reaſſumere habitum, & tonſuram, & recuperare priuilegium Clericale, per dimiſsionem ſuſpenſum: in qua declaratione nullum poteſt conſiderari inconueniens, cum per eam nihil inducatur de nouo, vt dicit gloſ. verb. Iterum; in additio. in. l. fin. C. de teſtib. & res facile reuertitur ad ſuam naturam. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. cum vulgar.

Nam tunc magis vrget ſuperior reſolutio; quia, ſtante d. Bulla Extrauaganti Clementis. VII. non eſt verum, quòd, per dimiſsionem habitus, & tonſuræ, fuit ſuſpenſum Clericale priuilegium, ſed omninò deperditum, & amiſſum; vt denotant maniſeſtè ſupra relata verba eiuſdem tex. ibi, Et quos etiam nos, &c. & diximus ſupra num. 359. ad fin.

Vnde, cum per dictam declaratio-
345 nem † nihil inducatur de nouo, vt dicit d. gloſ. verb. Iterum; & proſequitur latiſsimè Anto. Gabriel. in ſuis commun. concluſ. tit. de reg. iur. concluſ. 3. quem refert, & ſequitur

Domi-

Dominus Regens Valenzuela, conſ.
23. nu. 137. Quomodo igitur dictum
decretum declaratorium, quod nihil
de nouo inducit, & nihil eſt, poteſt o-
perari tam grandem effectum, qua-
lis eſt ſubtrahere aliquem ab alterius
iuriſdictione?

346 Et, quando declaratio † fit circa
ſubſtantiam actus, & in tertij præiu-
dicium, vt in caſu dicti decreti decla-
ratorij, non dicitur declaratio, ſed no-
ua diſpoſitio; vt ex Paul. Caſtr. & a-
lijs notat Ant. Gabr. vbi ſuprà. num.
61. & 62. Et propterea idem Ant. Ga
bri. ibidem, num. 49. dicit, quòd non
dicitur declaratio illa, per quam al-
teratur ſubiectum, vt in caſu noſtro;
ſed noua diſpoſitio.

Et eſt etiam certum, quòd declara-
347 tio † nunquam admittitur in tertij
præiudicium; vt dicit idem Gabri. d.
num. 62. Petr. Barboſ. in l. ſi quis in-
tentione ambigua. num. 49. ff. de iu-
dic. Non ergo poterit Epiſcopus, per
dictum decretum, ſubtrahere Cleri-
cum prætenſum, qui per dimiſſionem
habitus, & tonſuræ, virtute dictæ Bul
læ, effectus fuit Laicus, à iuriſdictio-
ne Regia Iudicis Sæcularis;

Quibus adde, quòd Epiſcopus non
poteſt facere eiuſmodi decretum, per
quod declarat, fori priuilegium com-
petere Clerico reaſſumenti habitum,
& tonſuram; loquendo ſemper in ter-
minis dictæ Bullæ Extrauagantis;
Quia tale decretum nihil aliud eſt,
quàm declaratio ipſius Bullæ, modi-
ficans eam, vt, ſcilicet, non habeat
locum, quoties Clericus voluerit re-
aſſumere habitum, & tonſuram; vt,
ſupplendo eandem Bullam, tentauit
Ioa. Ant. de Nigr. ibidem. verb. Habi-
tum. nu. 32. in fin. & tetigimus ſuprà
num. 338. in fin. Quæ quidem decla-
348 ratio † dicitur declaratio modifica-
tiua, iux. ſingularem doctrinam Paul.
Caſtr. conſ. 338. quia exceptiones. n.
8. lib. 1. quem ſequitur Anto. Sol. in
Conſt. Sabaud. rub. de clauſ. mandat.
Prin. ſignif. glo. vnic. nu. 10. Declara-
349 tio † autem modificatiua reſcripto
rum, ſeu Priuilegiorum Principis, ad
eum ſolùm, non ad alium ſpectat; Ex
vulgata Regula, Quòd eius eſt inter-
pretari, ſeu declarare, cuius eſt con-
dere: vt, in ſimili, proſequitur Aym.
Crauet. in Reſponſ. pro Genero. n. 99.
& Conſ. 976. in Conſilio noſtro. nu.
27. to. 5. Ant. Sol. vbi ſupra. nu. 9.

Et adhuc eo caſu, quando ſcilicet
350 dicta declaratio † modificatiua eſ-
ſet facienda per Summum Pontificẽ,
à quo deſcendit dicta Bulla, videtur
neceſſaria Principis ſæcularis cita-
tio; cum tractetur de eius intereſſe: vt
notat expreſsè Innoc. in cap. olim. n.
2. verſ. Modificatio autem priuilegij.
de verb. ſig. quem ſequitur Caſtr. vbi
ſuprà n. 12. Bellam. concl. 723. à n. 2.
cum ſeqq. & præſertim. n. 4. cum alijs
allegat. per Fontanell. de pact. dotali
tom. 1. clauſ. 4. gl. 11. nu. 35.

Et facili, quod ſuprà dicitur, quòd res
de facili reuertitur ad ſuam nãm, in-
telligendum eſt ciuili modo, ideſt da-
351 tis terminis habilibus. † arg. tex. in
l. ſi cui ſimpliciter ff. de ſeruit. Bella.
concl. 722. nu. 7. Ex quibus colliges
quantum fundamenti, & efficaciæ ha-
beat dictum decretum Reu. Epiſcopi
Caſert. & cuiuſuis alterius Iudicis Ec
cleſiaſtici in ſupradicta ſpecie. Et ſm
hãc reſolutionem fuit poſtea iudica-
tum per M.C. in d. Cauſa, contra di-
ctũ Thomam Magiſtri Antonij. Scri-
ba eſt Pettitus, in Banca Groſſi.

352 Tertium Requiſitũ, † ꝙ debet pro-
bari, allegata exceptione fori declina
toria, in Clericatu fundata, ſm̃ Cara.
hic, eſt Seruitiũ in Diuinis: Clerica-
tus .n. ad finẽ declinandi forũ, conſi-
ſtit ẽt in Seruitio diuinorũ Officiorũ,
cũ deſcriptione quoq; ad aliq̃ Eccle-
ſiã, de mandato ipſius Epiſcopi, Dato
igitur termino ad docendũ de Cleri-
catu, tenebitur is, qui prætendit forũ
declinare, vltra ſupradicta duo requi-
ſita, hoc vltimũ ꝓbare; Quòd ſ. inſer-
uierit in Diuinis in aliqua Eccleſia,
cui fuerit adſcriptus de mãdato Epi-

V ſcopi

ſcopi. Atq; ita, de iure antiquo, colli-
tur ex c. pen. de vit. & hon. Cler. Et a-
pud nos adeſt Prag. 4. incipit, Quēad-
modū Cano. ſub tit. de Cleri. & Diac.
Salu. Et nouiſſimè ita fuit decretū ꝑ
Sacroſ. Conc. Trid. ſeſſi. 23. in decret.
de Reformat. c. 16. incipit, Nullus pri-
ma. Quæ iura allegat Carauit. hic. Et
ita quotidie practicatur.

Circa ꝙ Requiſitū obſeruabis Pri-
mò, ꝙ antiquitus, & adhuc meo tēpo-
re, hoc Requiſitū Seruitij in Diuinis
practicabatur ſic ſimpliciter, & abſolu
tè, ita, vt ſufficeret, excipiente ꝓbaſſe
ſeruitiū in quacūq; Eccleſia, & in di-
uerſis Eccleſijs: poſteà verò fuit eiuſ-
modi Requiſitū reſtrictū ad aliq̄ cer-
tā Eccleſiā, cui, de mādato ſui Epiſco
pi, ſit adſcript⁹ is, q̄ allegat Clericatū

Quæ reſtrictio expreſsè fūdatur in
d. c. 6. Conc. Trid. Et ꝓ ea adeſt decla
ratio Dom. Card. cuius meminit Gri
lanz. d. Conſ. 72. n. 17. & alia declara-
tio, ſeu deciſio 144. & 147. vt refert
Marzil. lib. 4. Decr. Trid. tit. 6. de for.
Comp. dicit. n. ꝙ in d. dec. 147. diſpo-
nitur, Clericū prima tōſura inſignitū,
habitū clericalē, & tonſurā deferētē,
nec alicuius Eccleſiæ ſeruitio de mā-
dato Epiſcopi deſcriptū, licet fori pri-
uilegio nō gaudeat, gaudere tñ bene-
ficio c. Odoar. Vbi apparet, ꝙ ſimplici-
ter Tōſuratus, q̄uis deferat habitū, &
tōſurā, ſi tñ nec alicuius Eccleſię ſer-
uitio, de mādato Epiſcopi, fuerit ad-
ſcriptus, nō gaudet fori priuilegio. Et
ex multis, tenet ita pūctualiter Mau.
Burg. in tract. de mod. ꝓced. ex abrup
q. 65. n. 27. & 30. Cen. 1. cū mille alijs
q̄ ad ꝓpoſitū poſſent allegari. Seqtur
Carol. de Graſ. in tract. de effect. Cleri
effect. 1. n. 1170. Ambroſi. de immuni
Eccleſ. cap. 22. nu. 8. Guaz. in tract. ad
defenſ. defenſio. 28. cap. 10. nu. 35.

Et ꝓbatur efficaciſſimo argumēto
deſumpto ex d. c. 6. Conci. Trid. In il-
lis verbis, ibi, (fori priuilegio nō gau-
deat niſi, &c.) Illæ n. particulę (Nō ni
353 ſi) † inducūt formā, vt, ex Mar. Anti
van reſ. lib. 1. reſo. 94. n. 2. notat Aug.

Barb. de dicti. & clau. dict. 187. Et ipſa
354 particula (niſi) † inducit conditionē
355 vt dixi in 1. p. nu. 241. Et conditio †
inducit formā. Fely. in ca. dilecta. n. 6.
de reſcrip. Dec. conſ. 11. & ꝓ tenui fa-
cultate in. 9. p. 1. dicit cōem opinionē
Fern. Vaſq. de ſucceſ. creatio. lib. 1. §. 4
n. 26. qbus addo Aym. Crau. cōſ. 939
cautio ꝓ debitorē. n. 7. to. 5. Io. Bapti.
Coſt. in tract. de facti ſcien. & igno. in-
ſpect. 6. n. 7. cen. 1. Sicq; tex. in d. c. 6.
Conc. Trid. conſtituit formā, obſeruā
dā ꝓ Clericū primę tōſurę, vel mino
rū Ordinū, volētē gaudere fori priuil.

Quòd ēt cōſtat ex eo, ꝙ Quotieſcū
356 que lex, † vel ſtatutū diſponit aliqd
aliter, q̄ à Iure cōi eſt diſpoſitū, talis
diſpoſitio dicitur de forma: Hypp. de
Marſil. conſ. 65. nu. 14. inter ciuilia.
Doct. Marta, in Tract. de iuriſdi. 4. p.
cen. 1. caſ. 94. n. 15. Io. Gutier. in trac.
de matrim. c. 61. n. 6. Hyp. Rim. conſ.
467. n. 16. & 35. lib. 4. Alex. Trētac in
var. reſol. lib. 1. de legi. & conſti. reſol.
357 1. nu. 5. Forma † aūt legis ꝓſumitur
ſubſtantialis. Bal. in l. cōparationes. n.
8. C. de fid. inſtr. quē ſeqtur Dec. cōſ.
466. ſtāte ſtatuto. nu. 12. p. 2. Et dicit
ēt cōem Fern. Vaſq. vbi ſuprà, nu. 27.
Rol. à Vall. Conſ. 33. nu. 9. vol. 3. Ti-
raq. de retract. ligneag. gl. 2. §. 36. nu.
358 29. Omiſſio vero formæ † ſubſtātia-
lis reddit actū nullū, & inualidū; idē
Dec. d. Conſ. 466. n. 13. Ang. in. l. qd.
qd aſtringēdæ. n. 1. ff. de verb. oblig.
Greg. Lopez. in. l. 9. tit. 16. partit. 6. in
gl. verb. Iurar. Io. Igne. in reper. Auth.
ex cauſa. num. 8. C. de liber. præter. Et
impedit diſpoſitionem legis: Bal. in. l.
idemque iuris. num. 2. ff. de pignorā-
ctio. Et in l. ſi quis mihi §. ſi coram.
num. 2. ff. de acquir. hæredit. Etiam ſi
forma per ignorantiam omiſſa fuerit;
Ludouic. Molin. de Hiſpanor. primo-
geni. lib. 1. cap. 9. num. 17. Rolan. à
Valle conſ. 60. num. 2. volum. 4 Et ob
iuſtiſſimam cauſam; idem Roland.
conſ. 72. num. 64. volum. 3. Ioann.
Gutierr. d. cap. 61. num. 7. Tiraqu.
de retract. conuentio. §. 4. gloſ. 6. num.

31. in

31. in fi. etiam ſi omittatur in minima qualitate; Guliel. Benedict. in cap. Raynuntius, verb. in eodem teſtamento el, 1. num. 72. de teſtam. Hierony. Cagnol. in l. etſi nihil. num. 2. ff. de regu. iuri. Zeuall. in Specul. commu. contra commun. q. 749. num. 15. Rolan. à Vall. conſ. 72. nu. 58. vol. 3. Doctor Mart. d. caſ. 94. num. 17. Et hinc Aym. Crauet. conſ. 375. cum abundè. num. 17. tom. 3. dixit, quòd ea, quæ ſunt formæ habentur indiuidua. Dicit communem Vaſq. d. §. 4. per totum, & præſertim. num. 28. Adeò, quòd, li-
359 cet ceſſet ratio formæ, † non debet ceſſare formæ obſeruatio; Tiraq. in tractat. ceſſant. cauſ. limitat. 37. quem refert, & ſequitur, dicens communem, Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14. num. 12. Si igitur adſcriptio ad aliquam Eccleſiam, de mandato Epiſcopi, & ſeruitium in ea præſtandum, ſunt de forma ſubſtantiali Clericatus, ad effectum gaudendi fori priuilegio, vt ſupra ſatis probatum eſt; ſequitur manifeſtè, Clericum, non adimplentem huiuſmodi requiſitum, ſeu conditionem formalem, non habere Clericatum ad dictum effectum; ex his, quæ paulò antea diximus; &, vt dicebat Bald. in l. ſcimus. §. fin verò. C. de iur. deliberan. omittens for-
360 mam † legis, eius beneficio iuuari non debet.

Atque ita, ſecundùm hanc reſolutionem, fuit per Magnam Curiam iudicatum, & per Sacrum Conſilium confirmatum, die 16. Martij. 1621. in Cauſa Franciſci de Auxilio de Auerſa; in Banca Putei. Et ſimiliter fuit deciſum per Regium Collaterale Conſilium, adiunctis Dominis, Pomponio Saluo, & Scipione Rouito, Regijs Conſiliarijs, die 7. Iunij. 1621. in Cauſa Ioannis Iacobi. Lagomancino; in Banca de Scacciauento. Et ita quoque fuit iudicatum per eandem Magnam Curiam, & per Sacrum Conſilium confirmatum, die 10. Decembris. 1621. in Cauſa Scipionis Colliza; in Banca Tartagliæ. Et per eandem Magnam Curiam in Cauſa Sebaſtiani Caccaci, die 14. Auguſti. 1623. in eadem Banca Tartagliæ: Et die 16. eiuſdem Menſis, & anni, in Cauſa Franciſci Anelli de Roſa; in Banca Groſſi.

Et, dum votaretur Cauſa dicti Franciſci Anelli, vnus ex Dominis votantibus dicebat, adeſſe nouiter aliam declarationem eiuſdem Sacræ Congregationis, diſponentem, non eſſe neceſſariam adſcriptionem alicui Eccleſiæ, cui ſimpliciter Tonſuratus, vel in Minoribus conſtitutus, de mandato Epiſcopi teneatur inſeruire, ad hoc, vt fori priuilegio gaudeat: quam declarationem ego nunquam vidi, nec inuenire potui, nec aliquem ſcribentem, eam allegantem; & ſic valdè vereor, an adſit; ſtantibus maximè alijs contrarijs Declarationibus, ſuprà per Grilanzol. & Marzill. allegatis: eſſet enim graue inconueniens, exiſtimare, quòd, circa vnum, eundemque articulum, Sacra Congregatio modò vnum, modò aliud determinaret.

Quod prætereà, ex alio capite, mihi perſuadeo; Nam certum eſt, quòd Illuſtriſſimi Domini Cardinales dictæ Congregationis habent hoc ius
361 † declarandi Sacr. Concil. Trident. ex mandato Summi Pontificis, virtute Bullæ Pij IV. quæ incipit, Benedictus Deus, & Pater. in fin. eiuſdem Concilij poſitæ, ſuper confirmatione ipſius, in verſ. Ad vitandum prætereà. Quo loci Summ. Pontif. Sacroſanctum Concilium confirmando, ſibi reſeruauit, declarationem difficultatum, vel controuerſiarum circa illud occurrentium; quemadmodum eadem Sancta Synodus, Seſſio. 25. in Decreto de recipien. & obſeruand. Decret. Concil. quod incipit, Tanta fuit horum; iam antea reſeruauerat: hoc tamen circa ea, quæ, in contentis in eodem Concilio, dubia, & obſcura viſa fuerint; vt apertè demonſtrant il-

V 2 la-

læ verba eiuſdem Bullæ, ibi, (Si cui
verò in eis aliquid obſcurius dictum
& ſtatutum fuiſſe, eamque ob cauſã
interpretatione,&c.)

Et meritò quidem; Quia declara-
362 tio † non cadit,niſi ſuper re dubia,
& obſcura.Prob.in additio.ad Mona-
ch.in cap.ſtatutum.el 2.num.1.& 2.
de hęred.in.6.Alex.in.l.ſi ſic ſtipula-
tus.num.2.ff. de verb. oblig. Crauet.
Conſ.338.num.20.vol.3.Hyppo.Ri-
minal.conſ.471.num.12. vol.4. Ti-
raq.in.l.ſi vnquam,verb. libertis.nu.
13.& 15.C.de reuoc. dona. Non au-
tem ſuper re clara,& manifeſta, qua-
lia ſunt verba d.cap.6. Concil.Tride.
diſponentia,Clericum tonſuratum,
aut in minoribus Ordinibus conſtitu-
tum,teneri inſeruire alicui Eccleſiæ
de mandato Epiſcopi, vt fori priuile-
gio gaudere poſſit:Quæ quidem ver-
ba, vt ſupra ſatis probatum eſt, indu-
cunt formam ſubſtantialem; & ſic
quælibet diſpoſitio huic formæ, &
ſubſtantiæ contraria, tanquam alte-
rans ſubiectum, non dicetur Decla-
ratio, ſed noua Conſtitutio; vt ex
Paul.Caſtr.Anto. Gabr. & alijs dixi-
mus paulò anteà:ſequitur Ioan.Fran
ciſ.Apont.de poteſt. Proreg.tit.de
aſſenſ.Regijs.§.4.nu.13. Steph.Gra-
tia.diſcept.forenſ. tom.1.cap.42.nu.
10. Quæ noua Conſtitutio iam eſt
extra terminos d.Bullæ Pij. IV.& vi-
detur non debere tollere ius quæſi-
tum, Principi Sæculari competens,
virtute d.cap.6.Concilij Triden.cir-
ca Laicitatem prætenſi Clerici, ob
non adimplementum illius requiſiti;
ex adductis per Tiraqu. d.num.13.&
15.& Riminal.d.num.12. Anto. Ga-
briel.comm.opinio.lib.6. tit. de reg.
iur.conclu.3. num.66. Sint tamen
omnia dicta ſub cenſura,& correctio-
ne Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholi-
cę Rom.cui me humiliter proſterno.

Et ad ſuprapoſitam Reſolutionem
redeundo;illam,ex ſuperioribus, am-
pliabis Primò, Vt ſcilicet procedat,
etiamſi adſcriptio ad Eccleſiam facta
363 fuerit per Vicariũ † Epiſcopi: quo-
niam nec adhuc eo caſu cenſebitur
adimpletum dictum Requiſitum. Et
ratio eſt,Quia, cum tex.in d.c.6.Con
cil.Trid.inducat formam;vt ſupra re-
ſolutũ eſt,non dicetur adimpleta per
æquipollens, ideſt, per mandatũ,ſeu
adſcriptionem Vicarij;Cum ſit certũ
354 in iure; Quòd forma † legis nõ põt
per æquipollens adimpleri.glò.verb.
tertio.in Clemen.1.de vit.& honeſt.
Cler.Tiraq.de retrac.ligneag.§.1.gl.
21.nu.11.Boer.dec.1.nu.44. cũ alijs
adductis per Medic.vt refertur.to.1.
reg.iur.lib.1.verb.æquipollens non
ſufficit.Ludo.Moli. de Hiſp.Primog.
lib.2.ca.6.nu.37.Io:Guttier.in reper.
l.nemo põt.n.114.ff.de leg.1.Guilli.
Benedi.d.verb.in eodem teſtam. nu.
73.Ouid.de Ami.de iur.Emphit.q.1.
nu.2.Cabal.Millelo.375.p.1.Eſcoba.
de Ratioci.c.33.nu.12. Et ſic adſcri-
ptio ad Eccleſiã, in ſupradicta ſpecie,
neceſſariò ẽ faciẽda ꝑ ipsũ Epiſcopũ.

Ampliabis, & ſecundò eãdẽ ſupra-
traditã Reſolutionẽ,vt ſimiliter ꝓce-
dat,ẽtſi talis Clericus ſuſcepit primã
tonſurã,vel minores Ordines ab Epi-
365 ſcopo † nõ ſuo, qui in aliena Diœ-
ceſi, & iuriſdictione nõ videtur poſſe
facere dictã adſcriptionẽ: qa adhuc
in dicto caſu nõ ſuffragabitur Clerica
tus,ad effectum gaudẽdi fori priuile-
366 gio.Et Ratio eſt,Quia omiſſio † for
mæ ſubſtãtialis,ẽtſi cõtingat ꝑ impo
tẽtiã facti,vitiat actũ.tex.eſt optimus
ſi ſubtiliter inducatur,in.l.Cõficiun-
tur.§.Codicilli. verſ. qd .n. ff.de iur.
Codicil.Melior tex.cũ ſua gl.verb.te
ſtam.in.l.Diu.Verus.§.1.verſ. Codi-
cill.ff.eod.tit.ſimilis gl.verb.neceſſita
tes.in Auth.de trient. & ſemiſſ. §.Et
quod ſæpe.colla.2.Et faciũt notata ꝑ
Steph.Grat.in c.440.n,12.to.3.diſce
pt.fore.Bal.in.l.4.nu.5.C.de vſufr.ꝑ
q̃ iura ita tenet Cæpol.loquẽs in ma-
teria teſtamẽtorũ.cõſ.65.n.27. inter
Ciuil. Idẽq; dicẽdũ ẽ in diſpoſitione
legali,vel ſtatutaria, ꝑ ęqparationẽ in
ter teſtamẽto,leges,& ſtatuta;vt ꝓſe-
quitur

quitur Eucr. in topi. legal. in loco à lege ad teſtatorē; Et faciūt notata per Bal. in. l. 1. nu. fin. C. qui admit. ad bonor. poſſ. Vnde tenebitur tali caſu huiuſmodi Clericus petere à proprio Epiſcopo dictam adſcriptionem, per Regulam, Quòd qui vult conſequens,
367 † debet velle eius neceſſarium antecedens. l. illud. 76. vbi Bart. ff. de acquir. hæredit. Aym. Crauet. conſ. 174. num. 2. Et habetur tom. 1. regul. iur. verb. conſequens. Guid. Pap. ſing. 423. num. 2.

Prætereà, circà dictum tertium Requiſitum, ad praxim obſeruabis, Quòd, quamuis is, qui allegat Clericatum, non probet ſeruitium in diuinis in aliqua Eccleſia, cui, de mandato Epiſcopi, ſit adſcriptus, vt paulò
368 antea dicebamus; ſi tamen † probauerit in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Vniuerſitate, de licentia ſui Epiſcopi verſari, obtinebit in Clericatus articulo, & erit remittendus. Quod manifeſtè probat Concil. Triden. in d. cap. 6. Et ſequitur Carauit. hic, dum ſe fundat in il-
369 lius deciſione; Quia Doctor † eſt intelligendus ſecundum tex. quem allegat, vt dicit Bart. in. l. non ſolùm. §. ſi liberationis verba. ff. de liberat. legat. quem ad idem allegat Afflict. deciſ. 73. num. 4. Carauit. ſuper Rit. 21. num. 2.

Quod tamen intelligas volo, Dum
370 modo, ſiue in Seminario † Clericorum, aut in aliqua Schola, ſeu Vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, verſetur, ſemper talis Clericus incedat in habitu, & tonſura. Quod apertè probatur ex contextura d. cap. 6. Concil. Trident. ibi, (aut Clericalem habitum, & tonſuram deferēns, &c.) vſque ad verbum, (verſetur). Omnia enim huiuſmodi verba faciunt vnum ſenſum, aut periodum, quæ regitur ab illis verbis (inſeruiat, & verſetur) Quæ quidem verba determinantur, & qualificantur ab illo participio (deferens) quod inducit conditionem; ſecundùm Hyppol. Riminal. conſ. 261. nu.
371 39. vol. 3. Et, cum ſit præſentis † temporis, reſoluitur in relatiuum. Alex. conſ. 124. in cauſa, & lite. num.
372 6. lib. 2. Relatiuum † autem adiunctum verbo futuri temporis (prout ſunt illa verba (Inſeruiat, & verſetur) quæ vnita cum illa particula (niſi) denotant in effectu futurum tempus) inducit conditionem ſecundùm Bar. conſ. 63. in quæſtione propoſita. nu. 3. lib. 2. & in. l. ſtichum. ff. de legat. 1.
373 Quæ quidem conditio † inducit quandam qualitatem, ad notata per Bald. in l. ea quæ. num. 11. C. de con-
374 dictio. indebit. Quotieſcunque † autem aliquid profertur cum aliqua qualitate, debet vtrumque probari, nempè illud eſſe adimpletum, & cum eius qualitate. Alexa. conſ. 119. viſo proceſſu. num. 3. lib. 1. & conſ. 172. Viſis, & opportunè. num. 5. lib. 2. Chaſſan. in Conſuetud. Burgu. Rubr. 4. §. 5. num. 10. Otalor. in tract. de nobilitat. 3. par. cap. 8. num. 3. Et hinc fit,
375 quòd ſermo † qualificatus, dicitur vnum, & quid indiuiduum. Secundùm eundem Chaſſan. d. rub. 4. §. 2. in glo. verb. femene. num. 13. Propterèàque Anto. Sola. in Comment. ad Conſti. Sabaud. in tit. de alienat. bo. nor. minor. & mulier. gloſ. 3. num. 33.
376 dixit, quòd Participia † reſtringunt diſpoſitionem, & ponūt rem ſic eſſe, vt dicit Luc. de Penn. in. l. in ſacris, la. 3. num. 1. C. de proxim. ſacro. ſcrin. lib. 12. Ergò ſequitur, quòd is, qui prætendit declinare forum, ex quo in aliquo Seminario Clericorum, vel in aliqua Schola, ſeu Vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, verſatus fuerit; in quocumque caſu, debet probare, ſe inceſſiſſe in habitu, & tonſura.

Et, ſtante, quòd dictum Participium (deferens) determinat totam ſequentem orationem, vt paulò anteà dixi, quæ habet plura determinabilia, nempè, Alicui Eccleſiæ, de mandato Epiſcopi, inſeruire; vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua

Schola, vel Vniuerſitate, de licentia
Epiſcopi, verſari; ſequitur, quòd de-
bet ea pariformiter determinare: per
Regulam, Quòd vna determinatio
reſpiciens plura determinabilia, de-
bet ea pariformiter determinare. l. iã
hoc iure. ff. de vulg. & pup. ſubſt. cum
Vulgat. & habetur lib. 4. regul. iur.
verb. determinabile; cum ſeqq. At-
que ita expreſsè declarauit Sacra
Dominorum Cardinalium Congre-
gatio, vt refert Marzill. d. lib. 4. decre.
Concil. Triden. tit. 6. de for. compet.
Ita, vt aſſiſtentia Clerici in aliqua
Vniuerſitate, vel Seminario de licen
tia Epiſcopi, ſuccedat, & æquipolleat
ſeruitio in Diuinis in aliqua Eccleſiæ
de mandato Epiſcopi. Et ſic hoc ter-
tium Requiſitum eſt alternatiuum,
& adimpletur, vel ſeruiendo in Diui-
nis, Eccleſiæ, cui de mandato Epiſco-
pi Clericus eſt adſcriptus; vel aſſiſten
do in aliqua Vniuerſitate, vel Semi-
nario Clericorum de licentia Epiſco
pi; ſemper tamen cum inceſſu in ha-
bitu, & tonſura, vt ſupra probatum
eſt.

377 Id autem, quod de licentia † Epi-
ſcopi diximus, debes intelligere, vt
ſcilicet talis licentia præcedat, ſiue
in continenti, ſiue ex interuallo; &
debet eſſe expreſſa, & per ſcripturam
probari; ſecundum Chaſſan. in Con-
ſuetud. Burgun. rubr. 4. §. 7. in gloſ.
verb. Si ce n'eſt du conſeritement,
num. 39. Roian. à Vall. conſ. 67. Do-
minus Iacobus. num. 64. cum ſeqq.
vol. 3. Menoch. de præſumptio. lib. 6.
præſumptio. 34. num. 19. cum ſeqq.
Gregor. Lopez. in. l. 13. tit. 6. par. 6. in
gloſ. verb. Hotorgamientos. Rot. Ge-
nuenſ. deciſ. 192. num. 3. in tract. de
mercat.

Huiuſmodi igitur tria Requiſita
debet in termino ſibi dato probare
is, qui allegat Clericatum, ad effe-
ctum obtinendi remiſſionem ad Iu-
dicem Eccleſiaſticum; Quæ quidèm
debent concurrere, & probari copu-
latiuè, vt colligitur ex natura illius
copulatiuæ, (Et,) poſitæ in. d. cap. 6.
Concil. Trident. & in d. Bull. Extra-
uag. Clement. VII. loquentibus de
huiuſmodi requiſitis; Natura enim
378 Copulatiuæ † requirit omnium
copulatorum concurſum l. ſi hæredi
plures 5. ff. de conditio. inſti. Alciat.
in. l. ſæpè ita num. 3. & 5. ff. de verb. ſi-
gnif. Atque ita eſſe declaratum per
Sacram Dominorum Cardinalium
Congregationem, deciſ. 147. teſta-
tur Marzill. vbi ſupra per doctrinam
Gemini. in cap. ſi Iudex Laicus. verſ.
idem. de ſenten. excomm. in 6. Adeſt-
que ad idem alia declaratio eiuſdem
Congregationis, facta ſub die 14. Au
guſti. 1586. quam manuſcriptam ha-
beo.

Sed, antequàm vlteriùs progre-
diar; Primò, circa eiuſmodi Requiſi-
ta, quoad praxim, animaduerto,
Quòd allegans Clericatum fundatum
in dictis Requiſitis, debet probare
379 eorum continuationem, † ideſt,
continuò ſe inceſſiſſe in habitu, &
tonſura, & inſeruiſſe in Diuinis, in
Eccleſia, cui de mandato Epiſcopi
fuit adſcriptus; vel in aliquo Semi-
nario Clericorum, vel Schola, ſeu
Vniuerſitate, de licentia Epiſcopi,
verſatum fuiſſe.

Quæ reſolutio probatur ex verbis,
& mente eiuſdem cap. 6. Concil. Tri-
dent. Primò enim ex illo verbo, (in-
ſeruiat) Quia particula, ſeu præpoſi-
380 tio, † (in,) adiuncta verbo, (ſeruiat)
eſt augumentatiua, ad tex. in. l. Gallus
§. ille caſus vbi etiam gloſ. 1. & Bart.
num. 2. ff. de liber. & poſth. notat An-
gel. in. l. ſi cui ſerui. num. 1. ff. de le-
gat. 1. Floria. in. l. Prætor ait. §. hæc
autem. num. 8. in fin. ff. de his qui de-
iecer. Sicque Concilium non ſolum
dixit, quòd Clericus ſeruiat, ſed
quòd inſeruiat, ideſt, valde, & conti-
nuò ſeruiat. ſequitur Carol. de Graſſ.
in tract. de effect. Clericat. effect. 1.
num. 1182.

Præterea illud Participium (deſe-
rens,) in eodem tex. poſitum, dubium
non

non eſt, quòd qualificat illam diſpo-
ſitionem, quam determinat in illis
verbis(inſeruiat,& verſetur,)vt ſupra
diximus; Quotieſcumque autem ali-
quid profertur cum aliqua qualitate,
debent, & factum, & qualitas con-
currere, & adimpleri; vt cum Alexa.
Sol. & alijs paulò antea reſoluimus;
ne idem moleſtè ſæpius repetamus;
381 Factum † autem, & adimpletum
non dicitur id,quod non durat; tex.
in.l.ſi pro parte.10.§.verſum. iuncta
ibi gloſ.verb.durat verſum. ff.de in
rem verſ. l. item eorum. 6. §.quòd ſi
actor.vbi gloſ.fin.ff.quod cuius. Vni-
uerſ.l.ſtipulatus es.45.ad fin. ff. de
fideiuſſ.Ioa.Corraſ.in.l.filium,quem.
num. 60. C. famil. æuiſcun. Ergo is
Clericus non dicetur illud factum,
& illam qualitatem adimpleuiſſe,qui
continuò non inceſſit in habitu, &
tonſura, & in ſeruitio in Diuinis,in
Eccleſia, cui de mandato Epiſcopi
fuit adſcriptus,vel in Seminario Cle-
ricorum, aut Schola,ſeu Vniuerſita-
te continuò non fuit verſatus:dum
in eiſdem exercitijs continuò non
durauit.

Pro qua Reſolutione ſtringit for-
tiùs,quòd mens,& verba Concilij,in
d.cap.6. intendunt; ita demum Cle-
ricum primæ tonſuræ,vel minorum
Ordinum gaudere debere fori Cleri-
corum priuilegio, ſi ſcilicet adimple-
uerit vnam ex dictis alternatiuis con-
ditionibus; Nempè, quòd deferens
habitum, & tonſuram, Eccleſiæ, cui
eſt adſcriptus,inſeruiat; Vel,quòd de-
ferens ſimiliter habitum, & tonſu-
ram, in aliquo Seminario, Schola,
vel Vniuerſitate, de licentia Epiſco-
pi,verſetur;vt colligitur ex illa parti-
cula,(niſi)In eo.tex.poſita;quæ de
ſui natura conditionem inducit.l. o-
bligationem. 43. §. conditio. ff.de
obligatio.& actio. & diximus ſupra
num.243.& in.1.par.num.241.Con-
382 ditio † autem,ſeu quælibet alia di-
ſpoſitio, quæ habet tractum ſucceſſi-
uum (prout ſunt illæ,de quibus in d.
cap:6. Concilij) non cenſetur adim-
pleta per actus momentaneos, ſeu
interpolatos, ſed requirit continua-
tionem, & perſeuerantiam. tex. in.l.
inter Caſtelianum. 49. ff. de recept.
arbi.optimè Iaſ.in.l.ſi quis. num.14.
vbi etiam Deci.num.3.C. de inſti. &
ſubſti.Alex.conſ.53. conſideratis his
num.12.lib.6.Bald. conſ.42. num. 1.
vol.5.quem ad idem allegat Ioannes
Baptiſt.Coſta, in tract.de fact. ſcien.
ignorant.inſpectio.11.num.5.cent.1
Anto.Gabr.lib.4.comm.concluſ.tit.
de fideicommiſſ. concluſ. 8. num. 6.
Franciſ. Marq. deciſ. 1054. num. 5.
par.1.Prob.in additio.ad Monach.in
cap.vnic.num.26.de Schiſmat. in 6.
Hyppol. Riminal.conſ.52.num.136.
vol.1.Ergo,ad hoc,vt cenſeantur ad-
impletæ illius tex.conditiones, non
ſufficit, quòd Clericus, per aliquas
vices, ſeu aliquos actus, illas adim-
pleuerit,ſed erit neceſſaria continua-
tio, & perſeuerantia, iux. notata per
Felyn. in proem. decretal. num. 6.
Quibus accedant omnia ea, quæ ſu-
prà diximus, nu. 229. cum ſeqq. At-
que ita expreſsè diſponitur per Prag-
382 mat.4. † quæ incipit; Quemadmo-
dum Canonicis; ibi, vbique aſſiduè,
& continuò, ſub tit.de Cleric.& Dia-
con. Saluati. Quam Pragmaticam
confirmatam eſſe per ſæpè dictam
Bullam Clementis VII. tenet Ioan.
Anto.de Nigr.ibi.in gloſ.verb.Prag-
maticam ſanctionem nu. fin. Aduer-
tendo ego, quòd dicta Pragmatica
in noua editione legitur diminutè,&
defectuosè; vt apparet ex vetuſtiori-
bus, & emendatioribus Codicibus.

Putarem tamen huiuſmodi Reſo-
lutionem cum grano ſalis intelligen-
dam fore;vt,ſcilicet,ſit temperanda,
caſu,quo Clericus, ob aliquam iuſtã
cauſam, per modicum tempus non
deferret habitum, & tonſuram, nec
ſeruiret Eccleſiæ, cui eſt adſcriptus,
vel in Seminario Clericorum, aut in
Schola non verſaretur. Tunc enim
ob eiuſmodi modicam intermiſſioné,

iuſta

iuſta ſubſiſtente cauſa, non eſſet æ-
quum priuari fori priuilegio. Quia
384 de modicis † non eſt curandum. l.
rebus. 18. §. poſſunt, vbi Bart. ff. com-
mod. l. Neſenius. ff. de negot. geſt.
cum alijs adductis lib. 11. reg. iur.
verb. Modicum; optimè Marienz. lo-
quens de modico tempore in l. 6. tit.
3. gloſ. 1. num. 2. in fin. lib. 5. recopila-
tio. Maximè iuſta ſubſiſtente cauſa,
iux. tex. in l. igitur 12. §. poteſt. ff. de
liberal. cauſ. l. plagij. la 2. & ibi gloſ.
ordinaria. C. ad leg. Flaui. de plagiar.
Et ita fuiſſe determinatũ per Sacram
Dominorum Cardinalium Congre-
gationem; deciſ. 144. ſuper d. cap. 6.
Concil. teſtatur Marzill. vbi ſuprà.

Quod autem, hoc caſu, dicatur
385 Modicum † tempus, puro Iudicis
arbitrio relinquendum eſſe; iux. do-
ctrinam Bart. in tracta. de percuſſion.
num. 3. Afflict. deciſ. 73. num. 2. Ioan.
Igne. in l. in cognitione num. 64. ff.
ad Senat. conſ. Sylania. Hyppol. Ri-
minal. conſ. 807. num. 17. lib. 7. Iacob.
de Sanct. Georg. in Authen. qui rem
num. 80. C. de Sacroſan. Eccleſ. Nam;
quod dicatur Modicum tempus, ſeu
interuallum, magis intellectu, quàm
eloquutione poteſt exprimi; vt dicit
gloſ. verb. interuallo. in l. cum quidã
24. ff. de legat. 2. Andreas de Iſern. in
Conſtitut terminum vitæ col. 3. poſt
prin. & ex Aul. Gelli. lib. 12. noctiũ. At
tica. cap. 13. dicit Arri. Pinel. in Rubr.
C. de reſcinden. Venditio. 1. par. num.
14. quòd modicum idem eſt, quod
congruum, & temperatum.

Cæterùm, ſi huiuſmodi Clericus
pluribus, interpolatis vicibus, etiam
per modicum tempus, & ſine iuſta
cauſa, deſineret obſeruare dicta Re-
quiſita Concil. Trident. d. cap. 6. ca-
rebit abſque dubio fori priuilegio,
per regulam tex. in. d. l. inter Caſte-
lianum, cum alijs ſupra allegatis; Et
386 quia Modicum † tempus non dif-
fert à magno, quando illud modicum
eſt multiplicatum, iuxt. notat. per
Marc. Mant. ſing. 19. ſolet vulgò nu.
6. Vel quando illud modicum eſt fun
datum, non ſuper rei quantitate, ſed
ſuper iniuſtitia, vel iniquitate. Petr.
Gerar. de Petr. Sanct. ſingul. 19. ſcis
quod furtum. num. 3. quem refert Lu-
doui. Gomez. in §. ſupereſt. nu. 75. in-
ſti. de actio.

Secundò, attentis ijſdem Requiſi-
tis d. cap. 6. Concil. Triden. & eiuſ-
dem tex. diſpoſitione, vtiliter ad pra-
387 xim infero, Quòd is Clericus, †
qui dicta Requiſita non adimpleue-
rit, & probauerit, ſecundùm ſupra tra
ditam formam, non debet gaudere
fori priuilegio; nedum in Criminali-
bus, ſed nec etiam in Ciuilibus.

Quod euidenter demonſtrãt verb.
eiuſdem tex. ibi, fori priuilegio non
gaudeat; Quæ verba, reſpectu Cau-
ſarum Criminalium, Ciuilium, &
388 Mixtarum, ſunt indefinita, † ſecun-
dùm doctrinam Couar. variar. reſol.
lib. 1. cap. 13. num. 1. Cagnol. in l. 1.
389 nu. 6. ff. de reg. iur. Indefinita † au-
tem diſpoſitio æquipollet Vniuerſa-
li; l. ſi pluribus 45. in princ. vbi Bar. ff.
de legat. 2. tex. in cap in Geneſi, vbi
Panorm. num. 1. de electio. Lap. alle-
gat. 84. num. 3. Iaſ. in rub. inſtit. de
actio. num. 75. & habetur lib. 9. regul.
iur. verb. indefinita. 1. & 2. vbi dicitur.
Regulam hanc habere etiam locum
in legibus; & etiam in ſtatutis obtine-
re defendit Cagnol. vbi ſupra num.
12. & ſeq. idem tenet Petr. Gerar. de
Petr. Sanct. ſing. 7. quando rubrica
nu. 16. Couar. vbi ſupra num. 8. Hyp-
pol. de Marſil. ſingul 171. audiuiſtis,
alias. num. 1. latiſſimè Franciſc. Sar-
mient. Select. interpret. lib. 1. ad. l. 2.
ff. de liber. & poſth. num. 6. Ergo, quan
do Concil. Trident. d. cap. 6. dixit, Fo
ri priuilegio non gaudeat, perinde
fuit, ac ſi diceret vniuerſaliter, Om-
ni fori priuilegio non gaudeat; vel,
nullo fori priuilegio gaudeat: Quod
ad Cauſas Ciuiles, & Criminales ex-
tendi diximus ſupra in. 1. par. in. 2. præ
lud. Et hæc circa primam practicam
noſtri tex. fundatam in diſpoſitione

d. cap.

d. cap. 6. Concil. Triden. d. ſeſſio. 23. in decret. de reformat.

Subintrat igitur nunc Secunda
390 † noſtri tex. practica, quæ verſatur circa Clericum Primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, prætendentem declinare forum Iudicis Laici, ex eo capite, quòd habet Eccleſiaſticum Beneficium, iux. ea, quæ ſupra dixi num. 210. & ſeq. Circa quam cautè Iudex Sæcularis ſe gerere debet; ſiquidem in Regno Neapolit. non procedit æquiparatio, quam in præ-
391 ſenti facit Carauit. † inter Clericos in Sacris conſtitutos, & eos, qui habent Eccleſiaſticum Beneficium, quamuis ſint primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, quoad cognitionem Clericatus faciendam per Iudicem Laicum: prout nec procedit eiuſdem Carauit. doctrina, exiſtimantis, Ritum noſtrum non practicari cum Clericis Primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, habentibus Eccleſiaſticum Beneficium; intellecta ſaltem ſic generaliter, & indiſtinctè, prout ſonat.

Siquidem, quamuis verum ſit, quod Ritus noſter non practicatur cum prædictis Clericis primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, qui habent Eccleſiaſticum Beneficium, ita, vt, in termino, teneantur probare Clericatum, cum inceſſu in habitu, & tonſura, & alijs requiſitis, de quibus paulò antea in prima Practica; prout illi, qui Beneficium Eccleſiaſticum non habent; Tenentur tamen probare aliqua requiſita, in quibus eorum priuilegium conſiſtit, ad effectum declinandi forum Iudicis Sæcularis; iuxta ea, quæ diximus in p. 1. in particulari decidend. ratione ad 2. p. noſtri tex. nu. 240.

Citato igitur Inquiſito, & eo perſonaliter comparente, vt dicit noſter tex. vel eo capto, & allegante fori declinatoriam, fundatam in Beneficio Eccleſiaſtico, quod dicit habere; datur ei terminus ſuper allegata exce-
392 ptione, In quo † debet exhibere Bullas ſui Clericatus; necnon Bullas collationis Beneficij; & probare actualem poſſeſſionem perceptionis fructuum ipſius; vt colligitur ex Foller. in practi. crimin. verb. audiantur excuſatores. num. 47. in fin. Gramm. deciſ. 81. ante. num. 1. Capyc. deciſ. 87. num. 9. Farinac. in practi. crim. tit. de inquiſitio. q. 8. num. 45. & 70. Baiar. ad Iul. Clar. in pract. crimi. §. fin. q. 36. à num. 27. Maur. Burgi. in tract. de mod. proceden. ex abrupt. q. 65. num. 19. cent. 1. Et ſimilis legis, & Practicæ Regni Caſtellæ meminit Gutierr. pract. quæſt. ciuil. lib. q. 7. & eandem obſeruari in Regno Portugalliæ, virtute alterius legis eiuſdem Regni, quam Extrauagantem vocat, refert Aluar. Valaſc. Conſulta. 48. num. 6. tom. 1. Et in hoc Regno, & eius Magna Curia Vicarlæ, ita quotidie practicatur, & obſeruatur.

Quæ quidem Praxis fundatur in d. deciſione Sacroſ. Concil. Trident. ſeſſio. 23. in decret. de reformat. cap. 6. incipit, Nullus prima; quem tex. iam ſupra num. 210. retulimus, & ponderauimus; eumdemq; Ioan. Guttier. d. q. 7. conatur concordare cum d. lege Regia, prout, in effectu, doctiſſimè concordat. Quibus omnino addе ea, quæ ſupra diximus in d. particulari decidendi ratione, ad ſecundam. p. noſtr. tex.

Sciendum itaque eſt, quòd ille, qui prætendit declinare forum Iudicis Sæcularis ex eo capite, quòd habet Eccleſiaſticum Beneficium, debet, in termino ſibi dato, probare ſupradicta tria Requiſita: Nēpè, Quòd eſt Clericus, per exhibitionem Bullarum ſui Clericatus; Item exhibere Bullas collationis Beneficij; Et tandem probare actualem poſſeſſionem perceptionis fructuum ipſius.

Et quamuis Maur. Burgi. d. q. 65. num. 23. exiſtimet, adhuc per Clericum beneficiatum eſſe probandum
393 † inceſſum cum habitu, & tonſura; eius

ci primæ tonſuræ, vel minorum Or-
dinum, infra duos menſes à die pu-
blicationis, non inceſſerint in habitu,
& tonſura, eo ipſo, abſque alia moni-
tione, vel declaratione, perdant pri-
uilegium, & fiant Sæculares; & quod
tanquam tales à Iudicibus Sæculari-
bus, vſque ad ſanguinis vindictam,
puniri poſſint. Patet igitur ex ſupe-
rioribus euidenter, mentem, & inten
tionem Pontificis fuiſſe, Reipublicæ
tranquillitati conſulere; cui non fuiſ-
ſet prouidè, & integrè conſultum,
ſi remaneret facultas, quòd eiuſmodi
diſcoli, & facinoroſi Clerici, per ha-
bitus reaſſumptionem, recuperarent
fori priuilegium, ad plura, & maiora
crimina committendum.

Et ad maiorem efficaciam, & de-
clarationem, ſubdit Summ. Pontif. id
obſeruandum eſſe, non obſtanti-
bus Conſtitutionibus, & Ordina-
tionibus Apoſtolicis, Cæteriſque
contrarijs quibuſcunque. Per quam
338 clauſulam † cenſetur derogatum
omnibus Conſtitutionibus, & Ordi-
nationibus, diſponentibus, in dicta
ſpecie eſſe neceſſariam trinam mo-
nitionem; & quibuſcumque alijs cō-
trarijs menti, & intentioni eiuſdem
diſpoſitionis, & Bullæ, quæ de iure
communi obſeruabantur. ad nota. per
gloſ. quæ eſt Bart. verb. Non obſtan-
tibus. in Extrauag. Ad reprimendum
tit. Quom. in Læſæ Maieſt. crim. pro-
ceda. poſt vſus feud. Felyn. in cap. nul
li. num. 2. cum ſeqq. et præſertim. nu.
29. verſ. ſuper quibus verbis; Et nu.
11. de reſcript. Mart. in tract. de Clau-
ſul. Clauſul. 74. Barboſ. de Clauſul.
Clauſul. 43. nu. 2.

Vnde, ſtante dicta Bulla, conclu-
dendum eſt, quòd in Regno Neapo-
litano, Clericus Primæ tonſuræ, vel
minorum Ordinum; qui incedit ſine
habitu, et tonſura, ſtatim, et eo ipſo
efficitur Sæcularis fori, nec per reaſ-
ſumptionem poterit priuilegium re-
cuperare. Sicque quamuis, attento
iure Canonico, in eodem Regno fue-
rint ſæpius remiſſi Clerici in Minori-
bus ad Iudicem Eccleſiaſticum, etiā
ſi tempore delicti incederent ſine
habitu, et tonſura, vt refert Gramm.
vot. 33. num. 22. tamen, poſt dict. Bul-
lam, non fuerunt ampliùs remiſſi; vt
teſtatur idem Gramm. in d. Conſtit.
Apoſtatantes. num. 5. in fin. quem re-
fert, et ſequitur Petr. Barboſ. in. l. Ti-
tia. num. 36. ff. Solut. Matrim. Et hoc,
nulla alia ratione, niſi quia illa di-
miſſio habitus, et tonſuræ, attenta
dicta Bulla facit eos, ſtatim Laicos,
et Iudicibus Sæcularibus ſubiectos;
nulla habita conſideratione, an habi-
tum, et tonſuram reaſſumpſerint, nec
ne.

Et quamuis huic reſolutioni vi-
deatur contradicere Ioan. Anto. de
Nigr. vbi ſupra d. verb. habitum. num.
32. in fin. ſupplendo dictam Bullam,
ita vt, illud, quod diſponit, Clericos
ſcilicet primæ tonſuræ, vel minorum
Ordinum, incedentes ſine habitu, et
tonſura, ſtatim fieri Laicos, et Iudici
Sæculari ſubiectos, intelligatur, et pro-
cedat reuocabiliter, nimirū, vt poſſint
reuocare amiſſionem priuilegij per
reaſſumptionem habitus, et tonſuræ;
Ipſe tamen ibi fatetur, quòd eſt ali-
quantulum ſupplere; et ego dico, di-
uinare; Et ita eſt in rei veritate; Quin
immò tale ſupplementum eſt contra
mentem Pontificis eo loci, qui ex-
preſsè intendit prouidere Reipublicę
tranquillitati, cui non eſſet ſatis con
ſultum, ſi admitteretur reaſſumptio,
vt ſuprà dicebamus.

Neque obſtat, ſi aliquis dixerit,
339 Praxim Thomæ † Grammat. d. nu.
5. in fin. loqui tantummodò de Cleri-
co, qui, dimiſſis habitu, et tonſura,
commiſit delictum; non autem de eo,
qui poſtea habitum, et tonſuram re-
aſſumpſit, prout ſunt termini noſtræ
quæſtionis. Nam Reſpondeo, Tho-
mam Grammaticum ita eo loci ne-
ceſſario intelligendum fore; ſiqui-
dem loquitur in terminis dictæ Bul-
læ Extrauagantis, cuius præcipuus fi-
nis

nis fuit, monere dictos Clericos, qui incedebant ſine habitu, & tonſura, vt illa reaſſumerent, aliàs habeantur pro Laicis; ſicque elapſis illis duobus Menſibus, de quibus in eo tex. ad reaſſumendum habitum, & tonſuram; non eſt locus ampliùs reaſſumptioni, ad effectum recuperandi fori priuilegium. Atque ita Grammaticum intelligit Barboſa.d.num.36. Ex quibus reſoluendum eſt, quòd, attenta dicta Bulla, ſi Clericus Primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, dimiſſis habitu, & tonſura, incedat vt Laicus, non recuperabit fori priuilegium, etiam ſi poſtea habitum, & tonſuram reaſſumpſerit. Quam tamen reſolutionem temperabis prudenter ſecundùm ea, quæ ſtatim dicemus. à num. 258. cum ſeqq.

Neque rurſus obſtabit, ſi aliquis dixerit, dictam Bullam Extrauág. ſolùm loqui de Clericis tunc temporis in Regno exiſtentibus, ideòque tanquam correctoriam ad Clericos poſtea ſuperuenientes non fore extendendam. Nam Reſpondeo, quòd Lex
340 † ſemper loquitur. l. Arriani, vbi Salyc. C. de hæreti. & ante eum Bart. in. l. omnes populi. num. 64. vbi copioſa Apoſtilla liter. g. ff. de iuſti. & iure. Et ſic, quemadmodum dicta Extrauag. Bulla loquebatur quando fuit publicata contra Clericos tunc temporis in Regno exiſtentes; ita etiam poſtea loquuta eſt; & nunc loquitur, contra ſucceſſores.

341 Sed quæro, Quid, ſi Clericus † Primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum tempore delicti incedebat in habitu, & tonſura, commiſſo autem delicto dimiſit habitum, & tonſuram? Num, ex tali dimiſſione cenſeatur amiſiſſe fori priuilegium, ita, vt poſſit pro eo delicto à Iudice Sæculari puniri? Reſpondeo, quòd non; quia, quamuis, in rei veritate, tunc temporis non gaudeat fori priuilegio ob dimiſſionem habitus, & tonſuræ, iuxta proximè traditam reſolutionem; tamen, quoad punitionem, attenditur tempus delicti. l. 1. vbi. DD. ff. de pœnis. l. iniuriarum æſtimatio. 21. ff. de iniur. l. doli. 5. §. fin. ff. de ſeru. corrupt. Anto. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 10. num. 5. Atque ita fuiſſe deciſum per Sacr. Conſil. refert Grammat. deciſ. 10. nu. 3. Et faciunt tradita per Aluar. Valaſc. Conſul. 57. in prin. Verum quidem eſt, quòd poterit capi per Iudicem Laicum eiuſmodi Clericus, & captus tenebitur probare ſupradictam qualitatem, quòd, ſcilicet, tempore delicti; incedebat in habitu, & tonſura; quia, attento præſenti ſtatu, habet præſumptionem contra ſe.

Et hodie, attenta diſpoſitione Concil. Triden. ſeſſio. 23. in decret. de reformat. cap. 6. incipit, Nullus prima tonſura, tenebitur idem Clericus probare ſimiliter, tempore delicti obſeruaſſe etiam alia requiſita, quæ in eo tex. continentur, & de quibus agemus ſtatim: Quia priuilegium Clericale fori non conſeruatur, ſecundùm eum tex. per ſolum inceſſum in habitu, & tonſura; ſed ſunt etiam neceſſaria dicta requiſita.

Id autem quod ſupra diximus, Cle-
342 ricum † ſcilicet Primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum incedentem ſine habitu, & tonſura, reaſſumptis habitu, & tonſura, non recuperare fori priuilegium, intelligendum eſt, quòd non recuperat dictum priuilegium ex ſola reaſſumptione habitus, & tonſuræ: Cæterùm, ſi, cum dicta reaſſumptione, ſuſceperit etiam idem Clericus aliquem alium Ordinem, credo, quòd tunc temporis vtique recuperabit priuilegium; quia, ſcilicet, tali caſu cum dicta reaſſumptione habitus, & tonſuræ concurrit etiam Eccleſiæ voluntas ipſum ordinantis, & iterum eum reſtituentis ad priuilegium prædictum: iux. ea, quæ ſupra diximus in ſecundo fundamento ſecundæ Opinionis. Et iſto caſu ſubintrat alia Quæſtio: An, ſcilicet, talis Ordo ſit ſuſceptus in fraudem; ad finem,

quòd

quòd non poſſit gaudere priuilegio
fori ?iux. ea, quæ adduximus ſupra
num. 55.
In quo paſſu cautè animaduerte,
quòd Iudices Eccleſiaſtici, quando
Clericus Primæ tonſuræ, vel mino-
rum Ordinum dimiſit habitum, &
tonſuram per aliquod tempus conſi-
derabile, iuxta notata infra. nu. 409.
& poſteà prætendit illa reaſſumere;
342 ſolent interponere Decretum, †
declarando, licere tali Clerico habi-
tum, & tonſuram reaſſumere, ad effe-
ctum gaudendi fori Clericali priuile-
gio, prout hodie emergit in Magna
Curia, in Cauſa Regij Fiſci contra
Thomam, aliàs Maſillum Magiſtri
Antonij de Sancta Agath, inquiſitum
de homicidijs, & alijs grauiſſimis de-
lictis; qui, poſtquam per plures an-
nos, dimiſsis habitu, & tonſura, inceſ-
ſit vt Laicus, obtinuit ſupradictum
Decretum à Reu. Epiſcopo Caſerta-
no, in quo declarat, licere eidem Tho-
mæ reaſſumere habitum Clericalem;
exhibitoque huiuſmodi Decreto in
termino ſibi dato ſuper Clericatu, di-
cebam, nullius debere eſſe momenti
ad dictum effectum recuperandi fori
priuilegium.
Et Ratio eſt manifeſsima, quia ta-
lis Clericus, per dimiſsionem habi-
tus, & tonſuræ iam amiſit fori priui-
legium, & factus, & declaratus eſt Se-
cularis, vt expreſsè determinat Sum.
Pontif. in. d. Bulla Extrauag. & præ-
ſertim ibi; Et quos etiam nos ex nunc
prout ex tunc, & è conuerſo, decla-
ramus Sæculares. Ergo Iudex Eccle-
ſiaſticus non poteſt per ſolum illum
Decretum eximere, & ſubtrahere
huiuſmodi Vaſſallum Sæcularem à
Regia iuriſdictione.
Probatur conſequentia; Quia,
quamuis adſint in Iure Pontificio a-
liqui modi, quibus Sæculares fiunt
Eccleſiaſtici, & eximuntur à Sæcula-
ri iuriſdictione; veputa Clericatus
aſſumptio, Religionis approbatæ in-
greſſus, à Sancta Matre Eccleſia inſti-
tuti, & ab vniuerſo Populo Chriſtia-
no, Sacriſque Concilij admiſsi. An-
char. in regul. ea quæ num. 20. de
reg. iur. in. 6. Marian. Soci. in cap. 1.
num. 11. de for. compet. Steph. Aufr.
de poteſt. Sæcular. in Eccleſiaſ. regul.
2. num. 37. quòd tamen vnus Epiſco-
pus, per ſimplex decretum, poſsit Sæ-
cularem Vaſſallum facere Eccleſia-
ſticum, & eum ſubtrahere à Regia
iuriſdictione, non reperitur iure cau
tum; & in materia exemptionis, &
344 Priuilegiorum † erubeſcimus dum
ſine lege loquimur. Argum. tex. in
cap. cum perſonæ. de priuileg. in. 6.
eſſetque iuriſdictiones perturbare, &
mittere falcem in meſſem alienam,
quod nunquam licuit, iux. tex. in. cap.
ſolitæ. de maiorit. & obedien. cum
alijs ſupra adductis. t. p. nu. 52.
Nec dicas, quòd, in dicta ſpecie,
quando ſcilicet Iudex Eccleſiaſticus
facit dictum decretum, ſolùm decla-
rat, licere eidem Clerico reaſſumere
habitum, & tonſuram, & recuperare
priuilegium Clericale, per dimiſsio-
nem ſuſpenſum: in qua declaratione
nullum poteſt conſiderari inconue-
niens, cum per eam nihil inducatur
de nouo, vt dicit gloſ. verb. Iterum;
in additio. in. l. fin. C. de teſtib. & res
facile reuertitur ad ſuam naturam
l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de
pact. cum vulgar.
Nam tunc magis vrget ſuperior
reſolutio; quia, ſtante d. Bulla Extra-
uaganti Clementis. VII. non eſt ve-
rum, quòd, per dimiſsionem habitus,
& tonſuræ, fuit ſuſpenſum Clericale
priuilegium, ſed omninò deperdi-
tum, & amiſſum; vt denotant manife-
ſtè ſupra relata verba eiuſdem tex.
ibi, Et quos etiam nos, &c. & diximus
ſupra num. 359. ad fin.
Vnde, cum per dictam declaratio-
345 nem † nihil inducatur de nouo,
vt dicit d. gloſ. verb. Iterum; & proſe-
quitur latiſsimè Anto. Gabriel. in
ſuis commun. concluſ. tit. de reg. iur.
concluſ. 3. quem refert, & ſequitur
Domi-

Dominus Regens Valenzuela, conſ.
23.nu. 137. Quomodo igitur dictum
decretum declaratorium, quod nihil
de nouo inducit, & nihil eſt, poteſt o-
perari tam grandem effectum, qua-
lis eſt ſubtrahere aliquem ab alterius
iuriſdictione?

346 Et, quando declaratio † fit circa
ſubſtantiam actus, & in tertij præiu-
dicium, vt in caſu dicti decreti decla-
ratorij, non dicitur declaratio, ſed no-
ua diſpoſitio; vt ex Paul. Caſtr. & a-
lijs notat Ant. Gabr. vbi ſuprà. num.
61. & 62. Et propterea idem Ant. Ga-
bri. ibidem, num. 49. dicit, quòd non
dicitur declaratio illa, per quam al-
teratur ſubiectum, vt in caſu noſtro;
ſed noua diſpoſitio.

Et eſt etiam certum, quòd declara-
347 tio † nunquam admittitur in tertij
præiudicium; vt dicit idem Gabri. d.
num. 62. Petr. Barboſ. in l. ſi quis in-
tentione ambigua. num. 49. ff. de iu-
dic. Non ergo poterit Epiſcopus, per
dictum decretum, ſubtrahere Cleri-
cum prætenſum, qui per dimiſſionem
habitus, & tonſuræ, virtute dictæ Bul-
læ, effectus fuit Laicus, à iuriſdictio-
ne Regia Iudicis Sæcularis;

Quibus adde, quòd Epiſcopus non
poteſt facere eiuſmodi decretum, per
quod declarat, fori priuilegium com-
petere Clerico reaſſumenti habitum,
& tonſuram, loquendo ſemper in ter-
minis dictæ Bullæ Extrauagantis;
Quia tale decretum nihil aliud eſt,
quàm declaratio ipſius Bullæ, modi-
ficans eam, vt, ſcilicet, non habeat
locum, quoties Clericus voluerit re-
aſſumere habitum, & tonſuram; vt,
ſupplendo eandem Bullam, tentauit
Ioa. Ant. de Nigr. ibidem. verb. Habi-
tum. nu. 32. in fin. & tetigimus ſuprà
num. 338. in fin. Quæ quidem decla-
348 ratio † dicitur declaratio modifica-
tiua, iux. ſingularem doctrinam Paul.
Caſtr. conſ. 338. quia exceptiones. n.
8. lib. 1. quem ſequitur Anto. Sol. in
Conſt. Sabaud. rub. de clauſ. mandat.
Prin. ſignif. glo. vnic. nu. 10. Declara-
349 tio † autem modificatiua reſcripto-
rum, ſeu Priuilegiorum Principis, ad
eum ſolùm, non ad alium ſpectat; Ex
vulgata Regula, Quòd eius eſt inter-
pretari, ſeu declarare, cuius eſt con-
dere: vt, in ſimili, proſequitur Aym.
Crauet. in Reſponſ. pro Genero. n. 99.
& Conſ. 976. in Conſilio noſtro. nu.
27. to. 5. Ant. Sol. vbi ſupra. nu. 9.

Et adhuc eo caſu, quando ſcilicet
350 dicta declaratio † modificatiua eſ-
ſet facienda per Summum Pontificē,
à quo deſcendit dicta Bulla, videtur
neceſſaria Principis ſæcularis cita-
tio; cum tractetur de eius intereſſe: vt
notat expreſsè Innoc. in. cap. olim. n.
2. verſ. Modificatio autem priuilegij.
de verb. ſig. quem ſequitur Caſtr. vbi
ſuprà n. 12. Bellam. concl. 723. à. n. 2.
cum ſeqq. & præſertim. n. 4. cum alijs
allegat. per Fontanell. de pact. dotal.
tom. 1. clauſ. 4. gl. 11. nu. 35.

Et id, quod ſuprà dicitur, quòd res
de facili reuertitur ad ſuam nām, in-
telligendum eſt ciuili modo, ideſt da-
351 tis terminis habilibus. † arg. tex. in.
l. ſi cui ſimpliciter ff. de ſeruit. Bella.
concl. 722. nu. 7. Ex quibus colliges
quantum fundamenti, & efficaciæ ha-
beat dictum decretum Reu. Epiſcopi
Caſert. & cuiuſuis alterius Iudicis Ec-
cleſiaſtici in ſupradicta ſpecie. Et ſiñ
hāc reſolutionem fuit poſtea iudica-
tum per M.C. in d. Cauſa, contra di-
ctū Thomam Magiſtri Antonij: Scri-
ba eſt Pettitus, in Banca Groſſi.

352 Tertium Requiſitū, † q̄ debet pro-
bari, allegata exceptione fori declina-
toria, in Clericatu fundata, ſiñ Cara.
hic, eſt Seruitiū in Diuinis: Clerica-
tus .n. ad finē declinandi forū, conſi-
ſtit ēt. in Seruitio diuinorū Officiorū,
cū deſcriptione quoq; ad aliq̄ Eccle-
ſiā, de mandato ipſius Epiſcopi, Dato
igitur termino ad docendū de Cleri-
catu, tenebitur is, qui prætendit forū
declinare, vltra ſupradicta duo requi-
ſita, hoc vltimū ꝓbare; Quòd ſ. inſer-
uierit in Diuinis in aliqua Eccleſia,
cui fuerit adſcriptus de mādato Epi-

ſcopi. Atq; ita, de iure antiquo, colli-
tur ex.c.pen.de vit.& hon.Cler.Et a-
pud nos adeſt Prag.4.incipit, Quēad-
modū Cano.ſub tit.de Cleri.& Diac.
Salu. Et nouiſſimè ita fuit decretū p
Sacroſ.Conc.Trid.ſeſſi.23.in decret.
de Reformat.c.6.incipit, Nullus pri-
ma. Quæ iura allegat Carauit. hic. Et
ita quotidie practicatur.

Circa q Requiſitū obſeruabis Pri-
mò, q antiquitus, & adhuc meo tēpo
re, hoc Requiſitū Seruitij in Diuinis
practicabatur ſic ſimpliciter, & abſolu
tè, ita, vt ſufficeret, excipientē pbaſſe
ſeruitiū in quacūq; Eccleſia, & in di-
uerſis Eccleſijs: poſteà verò fuit eiuſ-
modi Requiſitū reſtrictū ad aliq̄ cer-
tā Eccleſiā, cui, de mādato ſui Epiſco
pi, ſit adſcript⁹ is, q allegat Clericatū

Quæ reſtrictio expreſsè fūdatur in
d.c.6.Conc.Trid.Et p ea adeſt decla
ratio Dom.Card.cuius meminit Gri
lanz.d.Conſ.72.n.17.& alia declara-
tio, ſeu deciſio 144. & 147.vt refert
Marzil.lib.4.Decr.Trid.tit.6. de for.
Comp.dicit.n.q in d.dec.147.diſpo-
nitur, Clericū prima tōſura inſignitū,
habitū clericalē, & tonſurā deferētē,
nec alicuius Eccleſiæ ſeruitio de mā-
dato Epiſcopi deſcriptū, licet fori pri-
uilegio nō gaudeat, gaudere tñ bene-
ficio c.Odoar. Vbi apparet, q ſimplici-
ter Tōſuratus, q̄uis deferat habitū, &
tōſurā, ſi tñ nec alicuius Eccleſię ſer-
uitio, de mādato Epiſcopi, fuerit ad-
ſcriptus, nō gaudet fori priuilegio. Et
ex multis, tenet ita pūctualiter Mau.
Burg.in tract.de mod. pced.ex abrup
q.65.n.27.& 30.Cen.1.cū mille alijs
q̄ ad ppoſitū poſſent allegari. Seqtur
Carol.de Graſ.in tract.de effect.Cler.
effect.1.n.1170.Ambroſi.de immuni
Eccleſ.cap.22.nu.8.Guaz.in tract.ad
defenſ.defenſio.20.cap.10.nū.35.

Et pbatur efficaciſſimo argumēto
deſumpto ex.d.c.6.Conci.Trid.in il-
lis verbis, ibi, (fori priuilegio nō gau-
deat niſi, &c.) Illæ n. particulę (Nō ni
353 ſi) † inducūt formā, vt, ex Mar. Anti
vāt reſ.lib.1.tit.o.94.n.2.notat Aug.
Barb.de dicti.& clau.dict.187.Et ipſa
354 particula (niſi) † inducit conditionē
355 vt dixi in.1.p.nu.241.Et conditio †
inducit formā. Fely.in ca.dilecta.n.6.
de reſcrip.Dec.conſ.11.& p tenui fa
cultate.n.9.p.1.dicit cōem opinionē
Fern.Vaſq.de ſucceſ.creatio.lib.1.§.4
n.26.qbus addo Aym.Crau.cōſ.939
cautio p debitorē.n.7.to.5.Io:Bapti.
Coſt.in tract.de facti ſcien.& igno.in-
ſpect.6.n.7.cen.1.Sicq; tex.in d.c.6.
Conc.Trid.conſtituit formā, obſeruā
dā p Clericū primę tōſurę, vel mino
rū Ordinū, volētē gaudere fori priuil.

Quòd ēt cōſtat ex eo, q Quotieſcū
356 que lex, † vel ſtatutū diſponit aliqd
aliter, q̄ à Iure cōi eſt diſpoſitū, talis
diſpoſitio dicitur de forma: Hypp. de
Marſil.conſ.65. nu. 14.inter ciuilia.
Doct. Marta, in Tract.de iuriſdi.4.p.
cen.1.caſ.94.n.15.Io.Gutier.in trac.
de matrim.c.61.n.6.Hyp. Rim.conſ.
467.n.16.& 35.lib.4.Alex.Trētac.in
var.reſol.lib.1.de legi.& conſti.reſol.
357 1.nu.5. Forma † aūt legis pſumitur
ſubſtātialis. Bal.in l.cōparationes.n.
8.C.de fid.inſtr. quē ſeqtur Dec.cōſ.
466.ſtāte ſtatuto.nu.12.p.2. Et dicit
ēt cōem Fern.Vaſq.vbi ſuprà, nu.27.
Rol.à Vall.Conſ.33.nu.9. vol.3. Ti-
raq.de retract.ligneag.gl.2.§.36.nu.
358 29.Omiſſio vero formæ † ſubſtātia-
lis reddit actū nullū, & inualidū; idē
Dec.d.Conſ.466.n.13.Ang.in.l.qd.
qd aſtringēdæ.n.1. ff. de verb.oblig.
Greg.Lopez.in.l.9.tit.16.partit.6.in
gl.verb.Iurar.Io.Igne.in repet.Auth.
ex cauſa.num.8.C.de liber.præter. Et
impedit diſpoſitionem legis: Bal.in.l.
idemque iuris.num.2.ff.de pignor.a-
ctio. Et in l. ſi quis mihi §. ſi coram.
num.2.ff.de acquir.hæredit. Etiam ſi
forma per ignorantiam omiſſa fuerit;
Ludouic.Molin.de Hiſpanor.primo-
gen. lib.1. cap. 9. num. 17. Rolan.à
Valle conſ.60.num.2.volum.4 Et ob
iuſtiſſimam cauſam † idem Roland.
conſ.72.num.64.volum.3. Ioann.
Gutierr. d. cap. 61. num. 7. Tiraqu.
de retract.conuentio.§.4.gloſ.6.num.

31·in

31. in fi. etiam ſi omittatur in minima
qualitate; Guliel. Benedict. in cap.
Raynuntius. verb. in eodem teſtamen
to el, 1. num. 72. de teſtam. Hierony.
Cagnol. in l. etſi nihil. num. 2. ff. de
reg. iuri. Zeuall. in Specul. commu.
contra commun. q. 749. num. 15. Ro-
lan. à Vall. conſ. 72. nu. 58. vol. 3. Do-
ctor. Mart. d. caſ. 94. num. 17. Et hinc
Aym. Crauet. conſ. 375. cum abundè.
num. 17. tom. 3. dixit; quòd ea, quæ
ſunt formæ habentur indiuidua. Dicit
communem Vaſq. d. §. 4. per totum,
& præſertim. num. 18. Adeò, quòd, li-
359 cet ceſſet ratio formæ, † non debet
ceſſare formæ obſeruatio; Tiraq. in
tractat. ceſſant. cauſ. limitat. 37. quem
refert, & ſequitur, dicens commu-
nem, Mant. de coniect. vltim. volunt.
lib. 2. tit. 14. num. 12. Si igitur adſcri-
ptio ad aliquam Eccleſiam, de man-
dato Epiſcopi, & ſeruitium in ea præ-
ſtandum, ſunt de forma ſubſtantiali
Clericatus, ad effectum gaudendi fo-
ri priuilegio, vt ſupra ſatis probatum
eſt; ſequitur manifeſtè, Clericum, non
adimplentem huiuſmodi requiſitum,
ſeu conditionem formalem, non ha-
bere Clericatum ad dictum effectum;
ex his, quæ paulò antea diximus; &,
vt dicebat Bald. in l. ſcimus. §. fin ve-
ro. C. de iur. deliberan. omittens for-
360 mam † legis, eius beneficio iuuari
non debet.

Atque ita, ſecundùm hanc reſolu-
tionem, fuit per Magnam Curiam iu-
dicatum, & per Sacrum Conſilium
confirmatum, die 16. Martij. 1621. in
Cauſa Franciſci de Auxilio de Auer
ſa; in Banca Putei. Et ſimiliter fuit
deciſum per Regium Collaterale
Conſilium, adiunctis Dominis, Pom
ponio Saluo, & Scipione Rouito, Re-
gijs Conſiliarijs, die 7. Iunij. 1621. in
Cauſa Ioannis Iacobi Lagomanci-
no; in Banca de Scacciauento. Et ita
quoque fuit iudicatum per eandem
Magnam Curiam, & per Sacrum
Conſilium confirmatum, die 10. De-
cembris. 1621. in Cauſa Scipionis
Colliza; in Banca Tartagliæ. Et per
eandem Magnam Curiam in Cauſa
Sebaſtiani Caccaci, die 14. Auguſti.
1623. in eadem Banca Tartagliæ: Et
die 16. eiuſdem Menſis, & anni, in
Cauſa Franciſci Anelli de Roſa; in
Banca Groſſi.

Et, dum votaretur Cauſa dicti Frã-
ciſci Anelli, vnus ex Dominis votan-
tibus dicebat, adeſſe nouiter aliam
declarationem eiuſdem Sacræ Con-
gregationis, diſponentem, non eſſe
neceſſariam adſcriptionem alicui Ec-
cleſiæ, cui ſimpliciter Tonſuratus,
vel in Minoribus conſtitutus, de
mandato Epiſcopi teneatur inſerui-
re, ad hoc, vt fori priuilegio gaudeat:
quam declarationem ego nunquam
vidi, nec inuenire potui; nec aliquem
ſcribentem, eam allegantem; & ſic
valdè vereor, an adſit; ſtantibus ma-
ximè alijs contrarijs Declarationi-
bus, ſuprà per Grilanzol. & Marzill.
allegatis: eſſet enim graue inconue-
niens, exiſtimare, quòd, circa vnum,
eundemque articulum, Sacra Con-
gregatio modò vnum, modò aliud de-
terminaret.

Quod prætereà, ex alio capite, mi-
hi perſuadeo; Nam certum eſt, quòd
Illuſtriſſimi Domini Cardinales di-
ctæ Congregationis habent hoc ius
361 † declarandi Sacr. Concil. Trident.
ex mandato Summi Pontificis, virtu-
te Bullæ Pij IV. quæ incipit, Bene-
dictus Deus, & Pater. in fin. eiuſdem
Concilij poſitæ, ſuper confirmatione
ipſius, in verſ. Ad vitandum præte-
reà. Quo loci Summ. Pontif. Sacro-
ſanctum Concilium confirmando, ſi-
bi reſeruauit, declarationem difficul-
tatum, vel controuerſiarum circa il-
lud occurrentium; quemadmodum
eadem Sancta Synodus, Seſſio. 25. in
Decreto de recipien. & obſeruand.
Decret. Concil. quod incipit, Tanta
fuit horum; iam antea reſeruauerat:
hoc tamen circa ea, quæ, in contentis
in eodem Concilio, dubia, & obſcura
viſa fuerint; vt apertè demonſtrant il-

la verba eiuſdem Bullæ, ibi, (Si cui
verò in eis aliquid obſcurius dictum
& ſtatutum fuiſſe, eamque ob cauſã
interpretationẽ,&c.)

Et meritò quidem; Quia declara-
362 tio † non cadit, niſi ſuper re dubia,
& obſcura. Prob. in additio. ad Mona-
ch. in cap. ſtatutum. el 2. num. 1. & 2.
de hęred. in. 6. Alex. in. l. ſi ſic ſtipula-
tus. num. 2. ff. de verb. oblig. Crauet.
Conſ. 338. num. 20. vol. 3. Hyppo. Ri-
minal. conſ. 471. num. 12. vol. 4. Ti-
raq. in. l. ſi vnquam. verb. libertis. nu.
13. & 15. C. de reuoc. dona. Non au-
tem ſuper re clara, & manifeſta, qua-
lia ſunt verba d. cap. 6. Concil. Tride.
diſponentia, Clericum tonſuratum,
aut in minoribus Ordinibus conſtitu-
tum, teneri inſeruire alicui Eccleſiæ
de mandato Epiſcopi, vt fori priuile-
gio gaudere poſſit: Quæ quidem ver-
ba, vt ſupra ſatis probatum eſt, indu-
cunt formam ſubſtantialem; & ſic
quælibet diſpoſitio huic formæ, &
ſubſtantiæ contraria, tanquam alte-
rans ſubiectum, non dicetur Decla-
ratio, ſed noua Conſtitutio; vt ex
Paul. Caſtr. Anto. Gabr. & alijs dixi-
mus paulò anteà: ſequitur Ioan. Fran
ciſ. Apont. de poteſt. Proreg. tit. de
aſſenſ. Regijs. §. 4. nu. 13. Steph. Gra-
tia. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 42. nu.
10. Quæ noua Conſtitutio iam eſt
extra terminos d. Bullæ Pij. IV. & vi-
detur non debere tollere ius quæſi-
tum, Principi Sæculari competens,
virtute d. cap. 6. Concilij Triden. cir-
ca Laicitatem prætenſi Clerici, ob
non adimplementum illius requiſiti;
ex adductis per Tiraqu. d. num. 13. &
15. & Riminal. d. num. 12. Anto. Ga-
briel. comm. opinio. lib. 6. tit. de reg.
iur. conclu. 3. num. 66. Sint tamen
omnia dicta ſub cenſura, & correctio-
ne Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholi-
cę Rom. cui me humiliter proſterno.

Et ad ſuprapoſitam Reſolutionem
redeundo; illam, ex ſuperioribus, am-
pliabis Primò, Vt ſcilicet procedat,
etiamſi adſcriptio ad Eccleſiam facta
363 fuerit per Vicariũ † Epiſcopi: quo-
niam nec adhuc eo caſu cenſebitur
adimpletum dictum Requiſitum. Et
ratio eſt, Quia, cum tex. in d. c. 6. Con
cil. Trid. inducat formam; vt ſupra re-
ſolutũ eſt, non dicetur adimpleta per
æquipollens, ideſt, per mandatũ, ſeu
adſcriptionem Vicarij; Cum ſit certũ
354 in iure; Quòd forma † legis nõ põt
per æquipollens adimpleri. glò. verb.
tertio. in Clemen. 1. de vit. & honeſt.
Cler. Tiraq. de tetrac. ligneag. §. 1. gl.
21. nu. 11. Boer. dec. 1. nu. 44. cũ alijs
adductis per Medic. vt refertur. to. 1.
reg. iur. lib. 1. verb. æquipollens non
ſufficit. Ludo. Moli. de Hiſp. Primog.
lib. 2. ca. 6. nu. 37. Io: Guttier. in repet.
l. nemo põt. n. 114. ff. de leg. 1. Guilli.
Benedi. d. verb. in eodem teſtam. nu.
73. Ouid. de Ami. de iur. Emphit. q. 1.
nu. 2. Cabal. Millelo. 375. p. 1. Eſcoba.
de Ratioci. c. 33. nu. 12. Et ſic adſcri-
ptio ad Eccleſiã, in ſupradicta ſpecie,
neceſſariò ẽ faciẽda p ipsũ Epiſcopũ.

☞ Ampliabis, & ſecundò eãdẽ ſupra-
traditã Reſolutionẽ, vt ſimiliter pce-
dat, ẽtſi talis Clericus ſuſcepit primã
tonſurã, vel minores Ordines ab Epi-
365 ſcopo † nõ ſuo, qui in aliena Diœ-
ceſi, & iuriſdictione nõ videtur poſſe
facere dictã adſcriptionẽ: qa adhuc
in dicto caſu nõ ſuffragabitur Clerica
tus, ad effectum gaudẽdi fori priuile-
366 gio. Et Ratio eſt, Quia omiſſio † for
mæ ſubſtãtialis, ẽtſi cõtingat p impo
tẽtiã facti, vitiat actũ. tex. eſt optimus
ſi ſubtiliter inducatur, in. l. Cõficiun-
tur. §. Codicilli. verſ. qd. n. ff. de iur.
Codicil. Melior tex. cũ ſua gl. verb. te
ſtam. in. l. Diu. Verus. §. 1. verſ. Codi-
cill. ff. eod. tit. ſimilis gl. verb. neceſſita
tes. in Auth. de trient. & ſemiſſ. §. Et
quod ſæpe. colla. 2. Et faciũt notata p
Steph. Grat. in c. 440. n. 12. to. 3. diſce
pt. fore. Bal. in. l. 4. nu. 5. C. de vſufr. p
q̃ iura ita tenet Cæpol. loquẽs in ma-
teria teſtamẽtorũ. cõſ. 65. n. 27. inter
Ciuil. Idẽq; dicẽdũ ẽ in diſpoſitione
legali, vel ſtatutaria, p ęqparationẽ in
ter teſtamẽto, leges, & ſtatuta; vt pſe-
quitur

qtur Eucr.in topi.legal.in loco à lege
ad teſtatorē; Et faciūt notata per Bal.
in.l.1.nu.fin.C. qui admit. ad bonor.
poſſ. Vnde tenebitur tali caſu huiuſ-
modi Clericus petere à proprio Epi-
ſcopo dictam adſcriptionem, per Re-
gulam, Quòd qui vult conſequens,
367 † debet velle eius neceſſarium an-
tecedens.l.illud.76.vbi Bart. ff. de
acquir. hæredit. Aym. Crauet.conſ.
174.num.2.Et habetur tom.1.regul.
iur.verb.conſequens.Guid.Pap.ſing.
423. num.2.

Præterea, circà dictum tertium
Requiſitum, ad praxim obſeruabis,
Quòd, quamuis is, qui allegat Cleri-
catum, non probet ſeruitium in diui-
nis in aliqua Eccleſia, cui, de manda-
to Epiſcopi, ſit adſcriptus, vt paulò
368 antea dicebamus; ſi tamen † proba-
uerit in Seminario Clericorum, aut
in aliqua Schola, vel Vniuerſitate,
de licentia ſui Epiſcopi verſari, obti-
nebit in Clericatus articulo, & erit
remittendus. Quod manifeſtè probat
Concil. Triden.in.d. cap.6. Et ſequi-
tur Carauit. hic; dum ſe fundat in il-
369 lius deciſione; Quia Doctor † eſt
intelligendus ſecundum tex. quem
allegat, vt dicit Bart.in.l.non ſolùm.
§. ſi liberationis verba. ff. de liberat.
legat. quem ad idem allegat Afflict.
deciſ.73. num.4. Carauit. ſuper Rit.
21. num.2.

Quod tamen intelligas volo, Dum
370 modo, ſiue in Seminario † Clerico-
rum, aut in aliqua Schola, ſeu Vniuer
ſitate, de licentia Epiſcopi, verſetur,
ſemper talis Clericus incedat in ha-
bitu, & tonſura. Quod apertè proba-
tur ex contextura d. cap. 6. Concil.
Trident. ibi, (aut Clericalem habi-
tum, & tonſuram deferens, &c.) vſque
ad verbum, (verſetur). Omnia enim
huiuſmodi verba faciunt vnum ſen-
ſum, aut periodum, quæ regitur ab il-
lis verbis (inſeruiat, & verſetur) Quæ
quidem verba determinantur, & qua-
lificantur ab illo participio (deferens)
quod inducit conditionem; ſecun-
dùm Hyppol. Riminal.conſ.261. nu.
371 39. vol. 3. Et, cum ſit præſentis †
temporis, reſoluitur in relatiuum.
Alex.conſ.124.in cauſa, & lite. num.
372 6.lib. 2. Relatiuum † autem adiun-
ctum verbo futuri temporis (prout
ſunt illa verba (Inſeruiat, & verſetur)
quæ vnita cum illa particula (niſi) de-
notant in effectu futurum tempus)
inducit conditionem ſecundùm Bar.
conſ.63. in quæſtione propoſita. nu.
3.lib.2.& in.l.ſtichum. ff. de legat.1.
373 Quæ quidem conditio † inducit
quandam qualitatem, ad notata per
Bald.in l.ea quæ. num.11. C. de con-
374 dictio.indebit. Quotieſcunque † au
tem aliquid profertur cum aliqua
qualitate, debet vtrumque probari,
nempè illud eſſe adimpletum, & cum
eius qualitate. Alexa. conſ.119. viſo
proceſſu. num.3. lib.1. & conſ.172.
Viſis, & opportunè. num. 5. lib. 2.
Chaſſan.in Conſuetud.Burgu.Rubr.
4.§.5.num.19.Otalor.in tract.de no-
bilitat.3.par.cap.8.num.3.Et hinc fit,
375 quòd ſermo † qualificatus dicitur
vnum, & quid indiuiduum. Secun-
dùm eundem Chaſſan. d. rub.4. §.2.
in glo.verb. femene.num.13.Propte-
reàque Anto. Sola.in Comment. ad
Conſti. Sabaud. in tit.de alienat.bo-
nor.minor.& mulier.gloſ.3.num.33.
376 dixit, quòd Participia † reſtringunt
diſpoſitionem, & ponūt rem ſic eſſe,
vt dicit Luc.de Penn. in. l. in ſacris,
la.3.num.1.C.de proxim.ſacro.ſcrin.
lib.12. Ergò ſequitur, quòd is, qui
prætendit declinare forum, ex quo in
aliquo Seminario Clericorum, vel in
aliqua Schola, ſeu Vniuerſitate, de
licentia Epiſcopi, verſatus fuerit; in
quocumque caſu, debet probare, ſe
inceſſiſſe in habitu, & tonſura.

Et, ſtante, quòd dictum Partici-
pium (deferens) determinat totam
ſequentem orationem, vt paulò an-
teà dixi, quæ habet plura determina-
bilia, nempè, Alicui Eccleſiæ, de man
dato Epiſcopi, inſeruire; vel in Semi-
nario Clericorum, aut in aliqua

Schola, vel Vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, verſari; ſequitur, quòd debet ea pariformiter determinare: per Regulam, Quòd vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare. l. iã hoc iure. ff. de vulg. & pup. ſubſt. cum Vulgat. & habetur lib. 4. regul. iur. verb. determinabile, cum ſeqq. Atque ita expreſsè declarauit Sacra Dominorum Cardinalium Congregatio, vt refert Marzill. d. lib. 4. decre. Concil. Triden. tit. 6. de for. compet. Ita, vt aſſiſtentia Clerici in aliqua Vniuerſitate, vel Seminario de licentia Epiſcopi, ſuccedat, & æquipolleat ſeruitio in Diuinis in aliqua Eccleſiæ de mandato Epiſcopi. Et ſic hoc tertium Requiſitum eſt alternatiuum, & adimpletur, vel ſeruiendo in Diuinis, Eccleſiæ, cui de mandato Epiſcopi Clericus eſt adſcriptus; vel aſſiſtendo in aliqua Vniuerſitate, vel Seminario Clericorum de licentia Epiſcopi; ſemper tamen cum inceſſu in habitu, & tonſura, vt ſupra probatum eſt.

377 Id autem, quod de licentia † Epiſcopi diximus, debes intelligere, vt ſcilicet talis licentia præcedat, ſiue in continenti, ſiue ex interuallo; & debet eſſe expreſſa, & per ſcripturam probari; ſecundum Chaſſan. in Conſuetud. Burgun. rubr. 4. §. 7. in gloſ. verb. Si ce n'eſt du conſentement, num. 39. Rolan. à Vall. conſ. 67. Dominus Iacobus, num. 64. cum ſeqq. vol. 3. Menoch. de præſumptio. lib. 6. præſumptio. 34. num. 19. cum ſeqq. Gregor. Lopez. in. l. 13. tit. 6. par. 6. in gloſ. verb. Hotorgamientos. Rot. Genuenſ. deciſ. 192. num. 3. in tract. de mercat.

Huiuſmodi igitur tria Requiſita debet in termino ſibi dato probare is, qui allegat Clericatum, ad effectum obtinendi remiſſionem ad Iudicem Eccleſiaſticum; Quæ quidèm debent concurrere, & probari copulatiuè, vt colligitur ex natura illius copulatiuæ, (Et,) poſitæ in d. cap. 6. Concil. Trident. & in d. Bull. Extrauag. Clement. VII. loquentibus de huiuſmodi requiſitis; Natura enim

378 Copulatiuæ † requirit omnium copulatorum concurſum l. ſi hæredi plures 5. ff. de conditio. inſti. Alciat. in. l. ſæpè ita num. 3. & 5. ff. de verb. ſignif. Atque ita eſſe declaratum per Sacram Dominorum Cardinalium Congregationem, deciſ. 147. teſtatur Marzill. vbi ſupra per doctrinam Gemini. in cap. ſi Iudex Laicus. verſ. idem. de ſenten. excomm. in 6. Adeſtque ad idem alia declaratio eiuſdem Congregationis, facta ſub die 14. Auguſti. 1586. quam manuſcriptam habeo.

Sed, antequàm vlteriùs progrediar; Primò, circa eiuſmodi Requiſita, quoad praxim, animaduerto, Quòd allegans Clericatum fundatum in dictis Requiſitis, debet probare

379 eorum continuationem, † idest, continuò ſe inceſſiſſe in habitu, & tonſura, & inſeruiſſe in Diuinis, in Eccleſia, cui de mandato Epiſcopi fuit adſcriptus, vel in aliquo Seminario Clericorum, vel Schola, ſeu Vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, verſatum fuiſſe.

Quæ reſolutio probatur ex verbis, & mente eiuſdem cap. 6. Concil. Trident. Primò enim ex illo verbo, (inſeruiat) Quia particula, ſeu præpoſi-

380 tio, † (in,) adiuncta verbo, (ſeruiat) eſt augumentatiua, ad tex. in. l. Gallus §. ille caſus vbi etiam gloſ. 1. & Bart. num. 2. ff. de liber. & poſth. notat Angel. in. l. ſi cui ſerui. num. 1. ff. de legat. 1. Floria. in. l. Prætor ait. §. hæc autem. num. 3. in fin. ff. de his qui deiecer. Sicque Concilium non ſolum dixit, quòd Clericus ſeruiat, ſed quòd inſeruiat, idest, valde, & continuò ſeruiat. ſequitur Carol. de Graff. in tract. de effect. Clericat. effect. 1. num. 1182.

Præterea illud Participium (deſerens,) in eodem tex. poſitum, dubium

non

non eſt; quòd qualificat illam diſpo-
ſitionem, quam determinat in illis
verbis(inſeruiat,& verſetur,)vt ſupra
diximus; Quotieſcumque autem ali-
quid profertur cum aliqua qualitate,
debent, & factum, & qualitas con-
currere, & adimpleri; vt cum Alexa.
Sol. & alijs paulò antea reſoluimus;
ne idem moleſtè ſæpius repetamus;
381 Factum † autem, & adimpletum
non dicitur id, quod non durat; tex.
in.l.ſi pro parte.10.§.verſum. iuncta
ibi gloſ.verb.durat verſum. ff.de in
rem verſ. l. item eorum. 6. §.quòd ſi
actor.vbi gloſ.fin.ff.quod cuius. Vni-
uerſ.l.ſtipulatus es.45.ad fin. ff. de
fideiuſſ.Ioa.Corraſ.in.l.filium,quem.
num. 60. C. famil. æuiſcun. Ergo is
Clericus non dicetur illud factum,
& illam qualitatem adimpleuiſſe,qui
continuò non inceſſit in habitu, &
tonſura, & in ſeruitio in Diuinis,in
Eccleſia, cui de mandato Epiſcopi
fuit adſcriptus,vel in Seminario Cle-
ricorum, aut Schola,ſeu Vniuerſita-
te continuò non fuit verſatus:dum
in eiſdem exercitijs continuò non
durauit.

Pro qua Reſolutione ſtringit for-
tiùs,quòd mens,& verba Concilij,in
d.cap.6. intendunt; ita demum Cle-
ricum primæ tonſuræ,vel minorum
Ordinum gaudere debere fori Cleri-
corum priuilegio, ſi ſcilicet adimple-
uerit vnam ex dictis alternatiuis con
ditionibus; Nempè, quòd deferens
habitum, & tonſuram, Eccleſiæ, cui
eſt adſcriptus,inſeruiat;Vel,quòd de-
ferens ſimiliter habitum, & tonſu-
ram, in aliquo Seminario, Schola,
vel Vniuerſitate, de licentia Epiſco-
pi,verſetur;vt colligitur ex illa parti-
cula,(niſi)in eo tex.poſita;quæ de
ſui natura conditionem inducit.l. o-
bligationem. 43. §. conditio. ff.de
obligatio.& actio. & diximus ſupra
num.243.& in.1.par.num.241.Con-
382 ditio † autem,ſeu quælibet alia di-
ſpoſitio, quæ habet tractum ſucceſſi-
uum(prout ſunt illæ,de quibus in d.
cap.6. Concilij) non cenſetur adim-
pleta per actus momentaneos, ſeu
interpolatos, ſed requirit continua-
tionem, & perſeuerantiam. tex. in.l.
inter Caſtelianum. 49. ff. de recept.
arbi.optimè Iaſ.in.l.ſi quis. num.14.
vbi etiam Deci.num.3.C. de inſti. &
ſubſti.Alex.conſ.53. conſideratis his
num.12.lib.6.Bald. conſ.42. num.1.
vol.5.quem ad idem allegat Ioannes
Baptiſt.Coſta, in tract.de fact. ſcien.
ignorant.inſpectio.11.num.5.cent.1
Anto.Gabr.lib.4.comm.concluſ. tit.
de fideicommiſſ. concluſ. 8. num. 6.
Franciſ.Marq.deciſ. 1054. num. 5.
par.2.Prob.in additio.ad Monach.in
cap.vnic.num.26.de Schiſmat. in 6.
Hyppol. Riminal.conſ.52.num.136.
vol.1.Ergo,ad hoc,vt cenſeantur ad-
impletæ illius tex.conditiones, non
ſufficit, quòd Clericus, per aliquas
vices, ſeu aliquos actus, illas adim-
pleuerit,ſed erit neceſſaria continua-
tio, & perſeuerantia, iux. notata per
Felyn. in proem. decretal. num. 6.
Quibus accedant omnia ea, quæ ſu-
prà diximus. nu.229. cum ſeqq.At-
que ita expreſsè diſponitur per Prag-
382 mat.4. † quæ incipit; Quemadmo-
dum Canonicis; ibi, vbique aſſiduè,
& continuò.ſub tit.de Cleric.& Dia-
con. Saluati. Quam Pragmaticam
confirmatam eſſe per ſæpè dictam
Bullam Clementis VII. tenet Ioan.
Anto.de Nigr.ibi.in gloſ.verb.Prag-
maticam ſanctionem nu. fin. Aduer-
tendo ego, quòd dicta Pragmatica
in noua editione legitur diminutè,&
defectuoſè; vt apparet ex vetuſtiori-
bus, & emendatioribus Codicibus.

Putarem tamen huiuſmodi Reſo-
lutionem cum grano ſalis intelligen-
dam fore;vt,ſcilicet,ſit temperanda,
caſu,quo Clericus, ob aliquam iuſtã
cauſam, per modicum tempus non
deferret habitum, & tonſuram, nec
ſeruiret Eccleſiæ, cui eſt adſcriptus,
vel in Seminario Clericorum, aut in
Schola non verſaretur. Tunc enim
ob eiuſmodi modicam intermiſſionẽ,
iuſta

d. cap. 6. Concil. Triden. d. ſeſſio. 23. in decret. de reformat.

Subintrat igitur nunc Secunda
390 † noſtri tex. practica, quæ verſatur circa Clericum Primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, prætendentem declinare forum Iudicis Laici, ex eo capite, quòd habet Eccleſiaſticum Beneficium, iux. ea, quæ ſupra dixi num. 210. & ſeq. Circa quam cautè Iudex Sæcularis ſe gerere debet; ſiquidem in Regno Neapolit. non procedit æquiparatio, quam in præ-
391 ſenti facit Carauit. † inter Clericos in Sacris conſtitutos, & eos, qui habent Eccleſiaſticum Beneficium, quamuis ſint primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, quoad cognitionem Clericatus faciendam per Iudicem Laicum: prout nec procedit eiuſdem Carauit. doctrina, exiſtimantis, Ritum noſtrum non practicari cum Clericis Primę tonſuræ, vel minorum Ordinum, habentibus Eccleſiaſticum Beneficium; intellecta ſaltem ſic generaliter, & indiſtinctè, prout ſonat.

Siquidem, quamuis verum ſit, quod Ritus noſter non practicatur cum prædictis Clericis primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, qui habent Eccleſiaſticum Beneficium, ita, vt, in termino, teneantur probare Clericatum, cum inceſſu in habitu, & tonſura, & alijs requiſitis, de quibus paulò antea in prima Practica; prout illi, qui Beneficium Eccleſiaſticum non habent; Tenentur tamen probare aliqua requiſita, in quibus eorum priuilegium conſiſtit, ad effectum declinandi forum Iudicis Sæcularis; iuxta ea, quæ diximus in. p. 1. in particulari decidend. ratione ad 2. p. noſtri tex. nu. 240.

Citato igitur Inquiſito, & eo perſonaliter comparente, vt dicit noſter tex. vel eo capto, & allegante fori declinatoriam, fundatam in Beneficio Eccleſiaſtico, quod dicit habere; datur ei terminus ſuper allegata exce-
392 ptione, In quo † debet exhibere Bullas ſui Clericatus; necnon Bullas collationis Beneficij; & probare actualem poſſeſſionem perceptionis fructuum ipſius; vt colligitur ex Foller. in practi. crimin. verb. audiantur excuſatores. num. 47. in fin. Gramm. deciſ. 81. ante. num. 1. Capyc. deciſ. 87. num. 9. Farinac. In practi. crim. tit. de inquiſitio. q. 8. num. 45. & 70. Baiar. ad Iul. Clar. in pract. crimi. §. fin. q. 36. à num. 27. Maur. Burgi. in tract. de mod. proceden. ex abrupt. q. 65. num. 19. cent. 1. Et ſimilis legis, & Practicæ Regni Caſtellæ meminit Gutierr. pract. quæſt. ciuil. lib. q. 7. & eandem obſeruari in Regno Portugalliæ, virtute alterius legis eiuſdem Regni, quam Extrauagantem vocat, refert Aluar. Valaſc. Conſulta. 48. num. 6. tom. 1. Et in hoc Regno, & eius Magna Curia Vicariæ, ita quotidie practicatur, & obſeruatur.

Quæ quidem Praxis fundatur in d. deciſione Sacroſ. Concil. Tridenc. ſeſſio. 23. in decret. de reformat. cap. 6. incipit, Nullus prima; quem tex. iam ſupra num. 210. retulimus, & ponderauimus; eumdemq; Ioan. Guttier. d. q. 7. conatur concordare cum d. lege Regia, prout, in effectu, doctiſſimè concordat. Quibus omnino adde ea, quæ ſupra diximus in d. particulari decidendi ratione, ad ſecundam. p. noſtr. tex.

Sciendum itaque eſt, quòd ille, qui prætendit declinare forum Iudicis Sæcularis ex eo capite, quòd habet Eccleſiaſticum Beneficium, debet, in termino ſibi dato, probare ſupradicta tria Requiſita: Nēpè, Quòd eſt Clericus, per exhibitionem Bullarum ſui Clericatus; Item exhibere Bullas collationis Beneficij; Et tandem probare actualem poſſeſſionem perceptionis fructuum ipſius.

Et quamuis Maur. Burgi. d. q. 65. num. 23. exiſtimet, adhuc per Clericum beneficiatum eſſe probandum
393 † inceſſum cum habitu, & tonſura;

eius

eius tamen opinio, nec practicatur, nec eſt probabilis: Repugnat enim verbis, & menti Concilij d. cap. 6. Et DD. per Burg. allegati pro ſua opinione nihil tale dicunt, quinimmo contrarium. Atque ita ſecurè tenendum eſt, Prætendentem declinare forum, ex eo, quòd habet Eccleſiaſticum Beneficium ſolùm teneri probare ſupradicta tria Requiſita.

Aduerte tamen, quod Dominus Carolus de Tapia, in ſua Compilat. iur. Regn. ſuper hoc tex. quem collocauit ſub tit. de Epiſcop. & Cleri. fol. 26. num. 4. virtute cuiuſdam Bullæ Sixti V. tenet, eandem opinionem Maur. Burg. & teſtatur, ita obſeruari in Mag. Cur. Sed id non meo tempore: & ex Guttier. & Zeuall. probauimus ſupra nu. 211.

394 Primum ergò Requiſitum, † nempè, quòd ille, qui prætendit declinare forum ex eo capite, quòd habet Eccleſiaſticum Beneficium, debeat probare ſe eſſe Clericum; manifeſtè colligitur ex illis verbis d. cap. 6. ibi, Is etiam fori priuilegio, &c. Relatiuũ
395 enim † (is,) refert ſuum antecedẽs, nempe initiatum prima tonſura, vel eum, qui in minoribus Ordinibus eſt conſtitutus; & quidem cum omnibus ſuis qualitatibus: argum. tex. in l. à filio. §. teſtator; cum ſeq. ff. de alim. & cibat. legat. Præceptor. Bart. in. l. ſi quis ſeruum. §. fin. num. 5. ff. de legat. 2. Paul. Caſtrenſ. conſ. 140. viſa reformatione. num. 3. lib. 1. Crauet. cõſ. 47. Magnificus Dominus nu. 4. lib. 1. Grat. conſ. 137. num. 14. vol. 2. Mantu. Venauid. in Analaſ. varia. quæſti. tit. de Relatiuis. Quaſi dicat tex. quòd is, qui prima tonſura eſt initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus; fori priuilegio non gaudeat, niſi Beneficium Eccleſiaſticum habeat; & ſic iam ſupponit, eum debere eſſe Clericum, tonſuratum ſcilicet, aut in minoribus Ordinibus conſtitutum, qui prætendit gaudere Clericali for. priuilegio, ex eo capite, quòd habet Eccleſiaſticum Beneficium; ſicque de Clericatu, ante omnia, conſtare
396 debet; quia Clericatus † non præſumitur. Innoc. in cap. ſuper his. num. 10. in fin. de accuſatio. quem refert, & ſequitur Ioan. Corraſ. in paraphr. ſacerdot. 3. p. cap. 1. num. 4. Boer. deciſ. 171. num. 15. Aym. Crauet. conſ. 93. Eccleſia Parochialis. nu. 1.

Secundum Requiſitum eſt, exhi-
397 bere, & præſentare Bullas † collationis Beneficij, ideſt, probare titulum ipſius. Quod Requiſitum licet non ponatur expreſſè in d. cap. 6. Concil. Trident. implicitè autem, & virtualiter comprehenditur in illis verbis eiuſdem, ibi, Niſi Beneficium Eccleſiaſticum habeat. Quia verbum,
398 (Habere) † generale eſt, & ad titulum, ſeu proprietatem refertur; & etiã ad poſſeſſionem, tex. in. l. habere verbum. 188. vbi Alciat. num. 1. ff. de verb. ſignif. tex. ſubtiliter inductus in l. ſtipulatio iſta. 38. §. hi qui. vbi Bart. ff. de verb. obligatio. Aluar. Valaſc. conſulta. 79. num. 3. Angel. Peruſi. in. l. Prætor. §. quod autem. num. 1. ff. de vi; & vi armat. Steph. Gratia. diſcept. forenſ. cap. 372. nu. 20. tom. 2. Et cum
399 effectu † eſt intelligendum. l. nomẽ filiarum. 164. verſ. habere; vbi Alcia. ff. illo tit. de verb. ſignif. Ioan. Corraſ. in. l. filium, quem. num. 60. C. famil. æriſcun. Hoſtienſ. in cap. cum in cunctis. nu. 28. de electio. Dom. Regens Valenzu. conſ. 26. num. 27. Anto. Sola. in Conſtit. Sabaud. tit. de feud. in §. quas quidem. num. 4. Et hinc Ant. de Butr. in cap. 2. num. 41. de tranſlatio. prælato. notauit ex eo tex. quòd, paria ſunt, Non habere, vel Habere ſine effectu, & inutiliter; Et hoc quidem ad tollendum fictiones, & fraudes, quæ aliàs poſſent contingere, iux. gloſ. verb. cum effectu. in Clement. 1. ad fin. de decim. Barboſ. de dictio. dictio. 60. num. fin. Effectus autem habendi Beneficium, eſt ipſa poſſeſſio; Quia non dicitur quis habere
400 Beneficium, † quod non poſſidet; ad tex.

ad tex.in cap.licet Epiſcopus.de præ
ben.& dignit. in. 6. Prob.in additio.
ad Monach.in cap.licet Eccleſiarum
num.50.eod.tit.& lib. Effectuſque
poſſeſſionis eſt fructuum perceptio;
Quia habens Beneficium ſine fructi-
bus,non dicitur Beneficium habere;
vt ſtatim dicemus. Sicque, quamuis
401 verbum,(habere)† latiſſimum aliàs
ſit,& quandoque ad dominium,quan
doque ad poſſeſſionem referatur; vt
proſequitur Rebuf. in.l. id apud ſe
quis.ff.de verb. ſign. In hac tamen
ſpecie ad vtrumque debet referri;
quia ſic ſubiecta materia expoſtulat:
vt in ſimili tenent Euerar. conſ. 217.
num.12.Matienz.in.l.2.tit.9.gloſ.3.
402 num.5.lib.5.recollectio.Et verba †
ſemper debent intelligi ſecundum
ſubiectam materiam.ad tex.in.l.ſi ſti-
pulatus ſis. 4.ff. de vſur.cum alijs ad-
ductis per Hyppol. de Marſil. ſinguli
510.Iaſ.in.§.ſic itaque.num.15.inſti.
de actio.Rolan. à Vall.conſ.39.num.
9.vol.4.Iacob. de Franch. in præludi
feud. in. §. ſpecies feud. quot ſint.
num.64.Et ſic vtroque modo proba-
ri debet, habere Eccleſiaſticum Be-
neficium. Circa quæ Requiſita tene-
bitur excipiens probare, habere Ec-
cleſiaſticum Beneficium, eo,ſcilicet,
modo,quo Iudex Secularis de eo co-
gnoſcere poſſit,vt ſtatim dicemus.
Tertium, & vltimum Requiſitum
403 eſt,quod declinans † forum, ex eo
capite, quod habet Eccleſiaſticum
Beneficium,debet probare poſſeſſio-
nem actualis perceptionis fructuum
ipſius; vt tenent DD. ſuprà allegati
num. 266. Et probatur ex d. cap. 6.
Concil. Triden. Nam verbum,(habe-
re) ibi poſitum, vt paulò antea dixi-
mus; refertur etiam ad poſſeſſionem
effectiuam; & ſic tenebitur excipiens
(vltra ius,& titulum) probare poſſeſ-
ſionem Beneficij per actualem perce-
ptionem fructuum illius; aliàs enim
non poteſt dici,quod cum effectu ha-
beat Eccleſiaſticum Beneficium:
404 Quia non dicitur habere † Benefi-
cium, qui non percipit eius fructus.
cap.ſi tibi conceſſo.vbi gloſ.fin.de
præben.& dignit.in.6.& ibi Ioa: An-
dr. num. 1. & 2. quem ſequuntur ibi
Archid.Anchar.Ioa:Monach. & Phi-
lip. Prob. Franc. num.4. & Gemini.
num.7.agnouit.Panorm.in cap.de
multa.num.16.ad fin.extr.eod. gloſ.
verb.titulo.in.§.Cui rei.tit. de colla-
tion. in pragm. ſanctio. Ludou. Go-
mez.in reg.de annal. poſſeſſor.q.47.
poſt princ. Et mox latiùs explicabi-
mus.

Difficultas tamen conſiſtit in de-
clarando,quomodò Iudex Sæcularis
de huiuſmodi tribus Requiſitis iudi-
cialiter, & adhibita Cauſæ cognitio-
ne, cognoſcere valeat. Nam, quoad
Primum Requiſitum, quòd pertinet
ad exhibitionem Bullarum Clerica-
tus,negotium eſt arduum,& difficile;
ſiquidem huiuſmodi Bullæ ſunt quid
Eccleſiaſticum; & ſpirituale, vel ſal-
tem ſpiritualibus annexum; iuxta ea
quæ adduximus ſuprà; in prima par-
te. num. 193. & in 2. par.num.217.
Ergo de eis Iudex Sæcularis cogno-
ſcere non poteſt; iuxta ea, quæ dixi-
mus ſupra.in 1. par. in ſolutione Se-
cundi principalis argum.

Circa Secundum Requiſitum eſt
etiam maior difficultas; ex eo, quòd
405 Beneficium † Eccleſiaſticum rem
Eccleſiaſticam,& Spiritualem eſſe
negabit nemo; quod & nomen ipſum
indicat,necnon eius definitio, quam
tradit Læli. Zech. de Benef. & Pen-
ſio.Eccleſ.cap.1.num.8. Corraſ. in
paraphra. Sacerdot. 1.par.cap.2.num
2. Adrian.Iaqueſlot. in expoſitio Be-
nefici. in prin. & ibi gloſ. 3. Ergo Iu-
dex Sæcularis de eo cognoſcere non
poterit: ex iam dictis in.d.1. par. in
ſolutione ſecundi principalis argu-
menti. Et tantò minus de titulo, ſeu
iure ipſius Beneficij, conſiſtente in
Bullis collationis ipſius; quas tene-
tur Clericus exhibere, & præſentare
in termino ſibi dato, Iudex Sæcularis
cognoſcere poterit; cum de Cauſis
Spiri-

Spiritualibus, & Eccleſiaſticis, in iure conſiſtentibus, nullatenus Sæcularis Iudex cognoſcere poſſit; vt diximus in diſolutione d. Secundi principalis Argumenti. Cognoſcere autem de titulo, nihil aliud eſt, quàm cognoſcere de cauſa iuris, ſeu proprietatis; quia titulus eſt illud ius, quo iuſtificatur poſſeſſio: vt diximus ſuprà in 1. par. num 130. Ergò videtur, quòd Iudex Laicus de titulo Beneficij Eccleſiaſtici, conſiſtente in dictis Bullis collationis ipſius, cognoſcere minimè poſſit.

Tandem, quoad Tertium Requiſitum, nō eſt minor difficultas, & quaſi ex eadem origine deſcendens; Quia poſſeſſio actualis perceptionis fructum Beneficij conſiſtit in iure. Poſ-
406 ſeſſionem † enim quid iuris eſſe, defendit Præceptor Bart. in l. 1. num. 6. ff. de acquir. poſſeſſ. & eſt communis Opinio ſecundùm Cuma. ibi, nu. 7. Sequitur Couar. in reg. poſſeſſor. in initio. 2. par. num. 3. per tex. in l. peregrè. 44. ibi, ius poſſeſſionis; & in l. poſſeſſio quoque. 49. in fin. principij ff. de acquir. poſſeſſ. l. nemo. 10. C. eod. cum multis alijs. Ergo Iudex Secularis de eiuſmodi poſſeſſione perceptionis fructuum cognoſcere minimè poterit, cum ſit articulus iuris Cauſæ Eccleſiaſticæ, & ſpiritualis, ex his quæ ſuprà diximus.

His tamen difficultatibus non obſtantibus, à ſupradicta Praxi nequaquam eſt recedendum. Neque obſtat Prima difficultas circa cognitionem faciendam per Iudicem Sæcularem ſuper Bullis Clericatus; quia eiuſmodi cognitio ſolùm verſabitur caſu, quo ipſæ Bullæ apparuerint falſæ aliquo vitio viſibili, & apparenti; iuxta ea, quę latiùs diximus ſuprà in prima Practica; à num. 295. Vbi videas.

A propoſito autem non recedendo, quæro, Numquid ſufficiat præſentare, & exhibere Bullas collationis
407 Beneficij, ad probandum † Clericatum, qui aliàs probandus eſt per Bullas, ſeu literas teſtimoniales, geſtas, & confectas ſuper ipſa ordinatione Clericali, vt paulò anteà dicebamus; ita, vt huiuſmodi Bullæ collationis Beneficij, in quibus Beneficiatus enunciatur Clericus, poſſint probare, & titulū Beneficij, & Ordinem, ſeu Clericatum ſimul. Cum ſit certum in iure,
408 quòd Eccleſiaſtica † Beneficia non dantur niſi Clericis. cap. 2. de inſtitu. cap. Ex literis. 6. de tranſactio. cap. Ioannes. de Cleri. coniug. & conſtat ex definitione Beneficij, quam tradit Læli. Zech. vbi ſupra. Et ſic quòd collatio Beneficij ſupponat Clericatum, ita, vt, probata collatione, Clericatus etiam cenſeatur probatus? Tantò magis, quòd conferēte, ſemper in dictis Bullis collationis aſſerunt, ſe contuliſſe illud Beneficium tali Clerico, iux. formulam traditam per Rebuff. in prax. Benef. de form. collati. & proviſio. ordinario. num. 1. Ita, vt videatur dicendum, ſuperfluum eſſe primū Requiſitum.

Quam Quæſtionem ad partes diſputat Grammat. d. deciſ. 81. à num. 1. cum ſeqq. & per multas authoritates, & rationes concludit, dictas Bullas collationis Beneficij nulla ratione probare Clericatum, ibique num. 2. dicit, hanc eſſe veriorem, & crebriorem Opinionem. Atque ita, ex Inno. tenet in ſpecie Bald. in. l. ſi qua per calumniam. num. 5. C. de Epiſcop. & Cleri. quem communiter omnes ſequuntur, ſecundùm eundem Grammat. vbi ſuprà. Et optima ratione id probat Euerar. in. loc. à conceſſio. con ceſſio. conſequen. nu. 4. Sequitur Foller. ſuper Pragmat. quæ incipit, Magnifici Regente. num. 3. quæ hodie incipit, Rex Aragonum. Et eſt 5. ſub tit. de Cleri. & Diacon. Saluat. in noua Compilatio.

Et adeò hoc verum eſt, quòd, etiam
409 ſi dictæ Bullæ † ſint expeditæ à Summo Pontifice, & in eis nominet, vel enunciatiuè dicat, aliquem eſſe Clericum, non ex eo per dictas Bullas

la probatur Clericatus, ſecundùm Panor. in cap. dudum. num. 7. de præſumptio. quem ſequitur Ioan. Andr. in reg. non licet actori. à nu. 2. de reg. iur. in 6. Et Io: Andr. ſequuntur Boer. dec. 171. nu. 12. Foller. vbi ſuprà. nu. 4. & ſuper Rit. 65. incipit, Item ſi aliquis citatus. num. 11. Scipio Roui. in Pragm. 1. de tit. abuſu. num. 86. Crau. conſ. 322. Domina Abbatiſſa. num. 4. verſ. adeo etiam. in fin.

Quæ reſolutio, quāuis obtineat in Bullis collationis, factæ ab inferiori; attamen in Bullis expeditis à Summo Pontifice maximam habet difficulta-
410 tem; ex tex. in Clem. † vni. de probatio. quo loci ſtatuitur, Literis Apoſtolicis, quibus aliquid fuiſſe factum narratur, plenam fidem adhibendam eſſe: ergò ſimiliter plena fides eſt adhibenda Bullis Apoſtolicis, in quibus Summus Pontifex aſſerit, ſe contuliſſe Beneficium alicui Clerico; ad hoc, vt iſte talis ſit Clericus reputandus; iux. notata per Andr. de Iſer. in cap. 1. à num. 15. tit. qui ſucceſſor. teneant. el. r. in Vſib. feud. quem refert, & ſequitur Afflict. deciſ. 305. nu. 15. li et idem Iſern. aliud ſenſerit in §. ſancimus. col. 2. nu. 3. in fin. quo tempo. mi. les inueſti. petat. in Vſib. feud.

Circa quam difficultatem (quæ nō vulgaris eſt, ſed ſolemnis, ſecundùm Felyn. in cap. cum à nobis. ante num. 1. de teſtib.) variè ſenſerunt Interpretes, tam antiqui, quam moderni; vt videre eſt per Lapum, alleg. 7. vbi latiſſime eam proſequitur, Quintil. Mādoſ. & Liparol. ad Iserniam in d. §. ſancimus. d. nu. 3. verb. tutus poſſeſſor. litera, F. ponit ſedes locorum, vbi de materia tractatur; & nouiſſimè eā explicat Nicola. de Genu. in tract. de ſcriptpriu. lib. 3. tit. de lite. Apoſtol. & latius in tract. de Enunci. verb. lib. 2. q. 2. per totam. Ex quorum dictis nos aliqua in præſenti, pro dictæ difficultatis reſolutione, aſſumemus.

Et certè Primò poſſet reſponderi, ponendo falcem ad radicem, d. Cle-
411 ment. † vnic. nulla ratione obſtare; quia, eam ſolemniter eſſe correctam per Conſtitutiones modernorum Conciliorum, refert Felyn. in cap. ad audientiam. num. 10. in fin. de præſcriptio. Sed, quia huiuſmodi ſolutio ſicca nimis eſt, & rigida;

Ideò Secundò poteſt Reſponderi; d. Clem. vnic. ſtrictè, & in eo tantùm caſu, in quo loquitur, intelligendam fore; quò minùs reſtringatur Ius Diuinum, & Commune; quibus cauetur, Quòd in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum; vt habetur Deuthero. cap. 17. Matth. cap. 18. & Ioan. cap. 8. tex. in cap. in omni negotio. 4. de teſtib. l. vbi numerus. ff. eod. Ita, vt d. Clementina reſtringatur, & limitetur per dicta iura: cum non ſit
412 nouum in iure, poſteriores † leges per priores limitari, & reſtringi; ad notata per Afflict. in Conſti. de Succeſſionibus. num. 42. per gloſ. quam dicit communiter receptam. verb. non compelli. in l. ſciendum, in prin. ff. qui ſatiſd. cog. quæ allegat tex. in d. l. ſed & poſterius. 28. ff. de legib. Bocrat. in loc. à ratio. legis. ſtrict. ſeu limit. à num. 13. Et ſic d. Clementina ſolummodò habeat locum, & procedat in literis Apoſtolicis ipſius Summi Pontificis; ex ratione tex. in cap. per venerabilem. extr. qui fil. ſint legit. & in can. 1. 40. diſtin. notat Panorm. in cap. audientiam. num. 10. de præſcriptio. Gramma. d. deciſ. 81. nu. 4. Et caſu, quo dictæ literæ Apoſtolicæ diſponant ſuper Eccleſiaſticis perſonis, vel etiam ſuper Sæcularibus, ratione tamen rei, vel perſonæ, ipſi Summo Pontifici ſubiectis; vt ſentire videtur Panorm. vbi ſuprà. num. 9. vbi etiam Felyn. num. 10. idem Panorm. in d. cap. cum à nobis. num. 2. verſ. Ego credo. de teſtib. vbi etiam Felyn. num. 3.

Et Ratio prædictæ reſtrictionis, & limitationis eſt, quæ deſumitur ex Innoc. in cap. inquiſitioni. num. 3. de ſent. excomm. iuncto tex. in Clemen.

paſtoralis. §. Cæterùm. de ſenten. &
413 re iudi. vbi dicitur, quòd Princeps, †
etiam cum ſuis Subditis non poteſt
vti plenitudine poteſtatis; quod mo-
deſtius dixit Vrſil. ad Afflict. deciſ.
14. num. 10. ſequitur Theſaur. deciſ.
Pedemon. 91. num. 1. Couar. variar.
reſol. lib. 3. cap. 6. nu. 8. exornat Fran-
ciſ. Sarmien. Selectar. interpret. lib. 1.
cap. 8. num. 20. Andre. Gayl. obſerua-
tione 56. nu. 9. lib. 2. (Circa quod ad-
414 uerte, quòd Dominus Rex † (ſalua
ſua clementia) in Regno Aragonum
non habet ſupremam poteſtatem, vt
notat Ioſeph, Seſſe, deciſ. Aragon. 74.
nu. 44.) Et optimè ſeruauit Antigo-
nus Rex Macedonum, vt refert Plu-
tar. in Apophteg. Ergò multò minùs
cū nō ſubditis; vt dicit Inn. vbi ſuprà.

Vnde, cum diſpoſitio d. Clem. vni.
415 † ſit præter Ius Diuinum, & Poſiti-
uum, vt ſuprà diximus, videtur, quòd
deſcendat à plenitudine poteſtatis ip
ſius Summi Pontificis, & ſic, contra
non ſubditos, locum habere non de-
bet; Card. Pariſ. in l. eſt hac ſcriptura,
à nu. 45. cum ſeqq. ff. de donatio. Et
proinde Iudex Sæcularis (quantum
ad hoc exemptus à Pontificis pote-
ſtate; ſiquidē iure proprio habet Cle-
ricatus cognitionem, in terminis de
quibus egimus in 1. par. in particula-
ri decidendi ratione, ad 2. par. noſtri
tex.) non tenebitur ſtare eius aſſer-
tioni; maximè dum tractatur de præ-
iudicio tertij; vt conſiderant Io: And.
Panor. & Fely. vbi ſuprà; prout cōtin-
git in præſenti, vbi agitur de decli-
nanda Regia iuriſdictione; iux. notata
ſuprà. 1. par. num. 265.

Vel, Tertiò, poteſt reſpōderi, quòd
416 literis Summi Pontificis, † vel præ-
dictis Bullis ita demum credendum
eſt, & eis fides adhibenda, ſi ſcilicet
Summus Pontifex in illis enunciet,
vel enarret factum ſuum, vel coram
ſe celebratum, vel in eo ſe fundet, vel
diſpoſitiuè loquatur, quod idem eſt;
Et ſic, circa eius, vel coram illo factū,
creditur, ſiue narratiuè, ſiue diſpoſiti-
uè procedat; & ita ſentit glo. verb. fe-
ciſſe narratur. in d. Clement. ſequitur
Fely. in d. cap. cum non à nobis. nu. 2.
de teſtib. Nicol. de Gen. in d. tract. de
ſcrip. priua. lib. 3. tit. de lit. Apoſto. nu.
12. iuncto nu. 18. & latiùs in d. tract.
de enunciat. verb. lib. 2. q. 2. vbi plenè
tractat de materia. Optimè Gramma.
deciſ. 103. à num. 231. Ant. Gamm.
deciſ. Luſita. 47. num. 1.

Niſi forſan tractaretur de commo-
do, & intereſſe ipſius Summi Pontifi-
cis, tunc enim res eſſet dubitabilis;
per doctrinam And. de Iſer. d. nu. 15.
quam declarat Nicol. de Gen. d. q. 2.
à nu. 22. & Andr. ſequitur Deci. conſ.
606. num. 12. par. 2. Cæterùm Bullæ
prędictę Summi Pontificis, quatenus
factum alienum continent, non pro-
bant, nec fidem faciunt; vt tenent ſu-
pradicti DD. ſiue narratiuè, ſiue di-
ſpoſitiuè loquantur: & ita regulam
conſtituit Genua, d. q. 2. nu. 32. Niſi
tamen, diſpoſitiuè loquendo, ſe fun-
daret Summus Pontifex in tali facto
alieno, cum clauſula Motus proprij;
quia tunc dictæ Bullæ, ſeu literæ, in-
ducerent aliquam præſumptionem;
iux. notata per Gen. d. q. 2. à num. 33.
Eſt igitur neceſſarium, quòd Sum-
mus Pontifex, quando diſponit ſuper
facto alieno, vel in eo ſe fundat, adiun
gat clauſulam Motus proprij.

Vnde, ad Argumentum; Cū in di-
ctis Bullis ſeu literis Apoſtolicis, ex-
peditis ſuper collatione Beneficij, nō
atteſtetur Sūmus Pontifex (nominā
do talem Clericum) de facto proprio,
ſed de alieno, in quo nō ſe fundat; nec
diſponit cū clauſula Motus ꝓprij, de
417 qua expreſsè † conſtare debet, ſm
Gē. d. q. 2. n. 35. meritò eis, in hac par
te, nō eſt fides adhibē da: Et ſic eſt ne-
ceſſariū, ꝙ de Clericatu cōſtet aliàs;
vtputa, ꝑ Bullas, confectas ſuper actu
Ordinationis, vel ſaltē ꝑ teſtes in ſuo
caſu; vt diximus ſuprà nu. 216. Et ita
ſoluitur huiuſmodi prior difficultas.

Neque obſtat Secunda, quoad Se-
cundum Requiſitum ſuprà poſitū, ꝑ
cuius

cuius intelligentia, & ſolutione, rem
ab origine repetere breuiter oportet.
Quare ſciendum eſt; quòd Beneficiũ
418 † Eccleſiaſticum nihil aliud eſt, niſi
diſtincta quædam portio iurium Ec-
cleſiaſticorum, coniuncta Spirituali
muneri, certis Eccleſijs, vel Altaribus
deſignata; Clericis legitimè confe-
renda; ad eorum vitam. Ita Læli. Ze-
ch. de Benefi. & Penſio. Eccleſiaſti.
cap. 1. num. 8. Eandem definitionem
tradit Petr. Gregor. Tholoſa. in Syn-
tag. Iur. vniu. lib. 15. cap. 1. num. 2.
Corraſ. in Paraphra. Sacerdot. 1. par.
cap. 2. num. 1. Tolet. in ſumm. lib. 5.
cap. 76. Ioan. Selu. in tracta. de Benef.
1. par. q. 1. per totam, Et præſertim
num. 10. in fin. Adrian. Iaquiſioe. in 3.
Expoſition. benef. in prin. & ibi gloſ.
3. Duaren. de ſacr. Eccleſ. miniſter.
lib. 2. cap. 4. in prin. Zeuall. de cogn.
per viam violen. q. 61. num. 14.
Cuius Definitionis ſingula verba
ſuum obtinent miniſterium; vt latè
explicant præfati DD: & præſertim
Zech. & Duar. Illa tamen, ad propo-
ſitum noſtrum, ſunt diſcutienda, ibi;
(Clericis legitimè conferenda) qui-
bus ſignificatur, Beneficia Eccleſia-
ſtica, per legitimos modos conferen-
419 da, & obtinenda eſſe; Modus † au-
tem à lege introductus, & legitimus,
ad Beneficium obtinendum, eſt Ca-
nonica Inſtitutio: Beneficia enim
Eccleſiaſtica ſine Canonica Inſtitu-
tione obtineri minimè poſſunt. tex.
vulgatus in cap. 1. de reg. iur. in 6. Et
420 aliter obtinens † peccat mortaliter
gloſ. verb. inquirant. in §. Ordinarij.
tit. de pacifi. poſſeſſor. in pragma. ſan-
ctio. Et decipit animas: vt dicit eadem
gloſ. paulò inferius.
421 Verbum igitur (Inſtitutio) † in d.
cap. 1. largo modo pro quacumque
prouiſione accipitur; ſecundùm Din.
ibi. num. 56. Petr. Gregor. Tholoſ. vbi
ſupra cap. 4. num. 13. & cap. 16. num.
4. Læli. Zech. vbi ſuprà cap. 12. num.
32. Optimè Couar. variar. reſol. lib. 3.
cap. 16. num. 1. Expreſsè Cæſar Lam-
bertin. de Iur. patron. lib. 2. par. 3. q. 1.
prin. num. 3. Per Inſtitutionem au-
tem ſic latè ſumptam, & legitimè fa-
ctam, transfertur ius; & titulus Bene-
ficij Eccleſiaſtici in Beneficiarium;
vt dicit Couar. vbi ſuprà per tex. in
cap. fin. in fin. de conceſſ. præbend. in
6. gloſ. communiter recepta; ſecun-
dùm eundem Couar. verb. collatio.
in cap. penult. de præbend. & dignit.
in 6. proptereàque Corraſ. in Para-
phr. Sacerdot. 1. par. cap. 6. num. 1.
422 dixit, quòd in Beneficijs, Titulus †
accipitur, pro quolibet modo obti-
nendi Beneficia; à lege non impro-
bato: idem tenet Rebuff. de pacif. poſ-
ſeſſor. num. 53. de quibus modis ob-
tinendi Eccleſiaſtica Beneficia, tra-
ctant Ioan. Selu. de Benefi. 3. par. q. 1.
per totam. Corraſ. vbi ſuprà 4. par.
cap. 1.
423 Quia in quolibet Eccleſiaſtico †
Beneficio poſſumus conſiderare, aut
ius, & proprietatem ipſius; (ſaltem
quoad adminiſtrationem; quia Bene-
ficiarius non dicitur Beneficij domi-
nus, ſed adminiſtrator; ſecundùm
Menoch. de recuper. poſſeſſio. remed.
15. num. 459. & dicemus infrà) aut e-
ius meram, & corporalem poſſeſſio-
nem; vt doctè conſiderat Couar. va-
riar. reſol. lib. 3. cap. 16. in prin. iuncto
num. 5. verſ. hactenus probauimus
vbi dicit, quòd poteſt contingere,
aliquem habere titulum, & ius Bene-
ficij, non autem corporalem, & actua-
lem poſſeſſionem ipſius; Et ſic eo lo-
ci agit doctiſſimus ille vir, de acqui-
ſitione Beneficij Eccleſiaſtici, tam
quoad ius, & proprietatem, quàm
quoad corporalem poſſeſſionem: di-
citque in prin. illius cap. quòd vera
acquiſitio iuris, & proprietatis Ec-
cleſiaſtici Beneficij fit ſolùm per Ca-
nonicam inſtitutionem, ſeu collatio-
nem; quod in præſenti idem eſt. Quæ
Canonica collatio multis modis fie-
ri poteſt; vt per Læl. Zech. in d. tract.
de Benefi. & Penſion. Eccleſiaſt. cap.
5. per totum: ex eaque transfertur

ius Beneficij in Beneficiarium; quod ius appellatur Titulus, vt ſuprà diximus.

424 Poſſeſſio autem Eccleſiaſtici † Beneficij acquiritur, & apprehenditur per realem, & corporalem inductionem, ſeu traditionem ipſius, vt dicit idem Couar. vbi ſupra. num. 9. verſ. corporalis inductio; Quæ fieri ſolet dupliciter, nempè, aut per ſolemnem inueſtituram annuli, vel birreti, vt dicit Corraſ. vbi ſuprà. 4. par. cap. 1. num. 15. Leli. Zech. vbi ſuprà, cap. 12. num. 41. aut per realem, & corporalem apprehenſionem rerum ipſius Beneficij iux. tex. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſio. Quæ corporalis inductio, primo, vel ſecundo modo accepta, fit, de iure, per Archidiaconum; vt dicunt allegati DD.; & eſt tex. in cap. ad hæc; & in cap. ad noſtram. de offi. Archidia. Quomodocumque autem fiat eiuſmodi corporalis inductio; ſemper debet eam præcedere illa Canonica Inſtitutio, legitimè facta, cum omnibus ſuis requiſitis; quę ius, & titulum tribuit Beneficiario; vt colligitur ex Couar. vbi ſuprà. num. 10. Et in hunc ſenſum dicimus, quòd Beneficium Eccleſiaſticum, ſine Canonica inſtitutione legitimè obtineri non poteſt; quoad ius, & titulum ſcilicet; necnon quoad poſſeſſionem; ſiquidem ad eam debet præcedere Canonica inſtitutio; vt paulò antea diximus.

Quando autem in eiuſmodi Canonica Inſtitutione concurrunt omnia neceſſaria, & legitima requiſita, tam ex parte inſtituentis, quàm in-
425 ſtituti, & ipſiuſmet actus; Titulus, † ex ea competens, dicitur verus, & legitimus. Cæterùm, ſi huiuſmodi Canonica Inſtitutio ſit facta ab eo, qui, in rei veritate, ius habet conferendi, ex parte tamen ipſius inſtituti, vel actus, aut alterius impedimenti intrinſeci, inſtitutio eſt minus legitima; tunc talis titulus dicitur Colo-
426 ratus, † quia, attenta forma illa extrinſeca, habet illum colorem cauſæ efficientis, quia eam ſaltem apparenter ſubſtinet. Ita colligitur ex Deci. in l. fin. num. 19. C. de edict. Diui. Adria. tollen. ſequitur, & dicit communem Maſcard. de probatio. concluſ. 1383. num. 1. cum ſeqq. & num. 19. Et, ante eos, ita ſenſiſſe videtur Hoſtienſ. in Summ. de conceſ. præben. §. 2. poſt prin. Menoch. de adipiſcen. poſſeſſio. remed. 4. num. 749. Octauia. decil. Pedemont. 116. num. 7. Et ex Immol. Deci. & alijs nouiſſimè docet Gaſp. Roderi. de annuis reddit. lib. 1. q. 17. num. 37. per tex. in cap. cum noſtris. 6. de conceſ. præben. Corraſ. in paraphr. Sacerdot. 1. par. cap. 6. num. 2. Latè Rebuff. de pacif. poſſeſſor. num. 32. Guid. Pap. deciſ. 85. num. 5. Aluar. Valaſ. confutatio. 79. num. 5.

Putarem etiam (ſaltem in materia, de qua agimus) Titulum coloratum dici poſſe, quotieſcunque proceſſit ab eo, qui, quamuis in rei veritate, inſtituere non poterat, erat tamen in quaſi poſſeſſione inſtituendi. Ita colligitur ex Innocen. in cap. in literis. num. 2. ibi, & tenebit huiuſmodi electio. de reſti. ſpoliat. & in cap. bonæ, el 2. num. 3. ibi, Sed poſſeſſio tantum. de poſtular. Prælat. Quò tendit Maſcard. d. concluſ. 1383. num. 3. & Rebuff. vbi ſuprà.

Item Animaduerto, quòd in Be-
427 neficialibus Titulus † probandus eſt; quia nunquam præſumitur; vt tenet idem Maſcard. vbi ſuprà concluſ. 1329. num. 11. per gloſ. verb. probare. in cap. ex inſinuatione. de procurat. & latiùs idem Maſcard. concluſ. 180. à num. 1. etiam ex temporis longinquitate. idem Maſcard. concluſ. 759. num. 10. allegans Bald. in l. malè agitur. C. de præſcriptio. 30. idem Bald. in cap. ex parte. in prin. per eum tex. de teſtib. Et quidem probandus eſt per eum, qui in titulo ſe fundat, Maſcard. d. concluſ. 180. & meliùs concluſ. 1378. num. 34. & 38. Socin. reg. 525.

525. in verb. Titulus. verſ.tertiò fallit. Et Boer.deciſ.113. num.2. in fin. dicit,quòd nemo habens intellectum alicuius capacitatis poteſt de hoc dubitare:idque maximè in caſu, de quo agimus;quando,nimirum,is,qui prætendit declinare forum,ex eo id prætendit, quia dicit,ſe habere Eccleſiaſticum Beneficium,& ſic ei incumbit onus probandi.l.2.ff.de probati.cum vulgat.

428 Quæ quidem Tituli probatio † facienda eſt per Literas, ſeu Bullas Inſtitutionis; vt tenet idem Maſcard.d. concluſ.180.num.4.& conclu.1388. num. 12. Cæſar Lambert.de Iur. patron.lib.2.par.3.q.11.art.3. Læli.Zech.vbi ſuprà. cap.12. num.41. Boer. deciſ. 171. num. 3. in prin.Selu.in tract.de Benefi.3.par.q.25.poſt prin. & q. 11. num. 5. verſ. octauo modo. Franciſc.Duar. de Sacr. Eccleſ.miniſtr.lib.6.cap.4.Zeuall.in Specul.com mu.contra comm.q.779. à num.22. cum ſeqq.

Quod etiam probatur euidenti ra-
429 tione: Nam Beneficiarius, † quoad Beneficium,dicitur Procurator. cap. 2.de donatio.Per quem tex.ita tenet Rebuff. in cap. nulla. col. 12.de præben. Maſcard. de probatio.d.concluſ. 180.num.10.Corraſi.in paraphr.Sacerdot.1.par. cap.2. num.10. Et nos etiam ſuprà diximus,ex Menoch. de recuper.poſſeſſio.remed.15.nu.459. Quemadmodum igitur mandatum

430 † procurationis tunc dicitur legitimum,cum de eo per ſcripturam conſtat. cap. 1. de procurat.Speculat.de inſtrum.editio.§. reſtat videre. num. 14. verſ. trigeſimus tertius. Goffred. in Sum. de procurat. num.4.Ioſeph. Ludouic. in ſuis Commun. concluſ. concluſ.46. Vanti. in tracta.de Nullit. ex defectu inhabilit. ſeu mandat. comparent. nu. 137. propè fin.Guid. Pap.deciſ.19.Sic etiam Clericus tũc dicetur legitimus Beneficiatus, cum de Titulo Beneficij docuerit per ſcripturam;ideſt, per Bullas Inſtitutionis ſeu Tituli.Quo argumento,in eadem ſpecie, vtitur Aluar. Valaſ. conſulta. 79. num. 3. In fin. & allegat Crauet. conſ.322.colu.2.& voluit dicere conſ. 90.

Probatur etiam alia ratione; Nam
431 Summus † Pontifex eſt dominus omnium Beneficiorum, haberque in eis plenitudinem poteſtatis. cap. propoſuiſti.de conceſ.præben.cap.2. de præben.& dignit.in 6. Ioan. Selu. vbi ſuprà. 1.par. q.4.num.20.& 3.p. q.6.Vincen.Grilanz.conſ.41.num.4. & conſ.103.num.81.Rot.Roma. deciſ.151.in fin.par.1.in nouiſſ. Rebuff. in rubr. de reſcript. num. 4. Corraſ. vbi ſuprà.2.par.cap.1.in prin.Cum temperamento tamen, de quo idem Corraſ.d.loco. & Sarmient. ſelectar. interpreta. lib.1. cap.8. num.25.Sicque Clericus, dum eſt Beneficiatus, eſt Procurator reſpectu Beneficij, vt ſuprà diximus; & à Domino, ideſt,

432 Pontifice, † vel à Chriſto (cuius vices ipſe gerit, & cum eo facit vnũ tribunal, ſecundùm Grilanz. Conſ. 99.num.33.) conſtitutus.ad tex.in can.loquitur. 24. q. 1. notat Rebuff. in d.cap.nulla. col. 12. de præben.& dignit.& meliùs in d.rub.de reſcript. d.num.4.verſ.Item Papa. Sed ſic eſt,

433 quòd,quotieſcunque aliquis † ſe fundat in mandato Principis, ei non creditur, niſi in ſcriptis doceat de mandato.tex.in cap.cum in iure. 31. de offic.& poteſt. iud. deleg. melior tex.in l.1.C. de mandat. Princip.per quæ iura, ita tenet Guid. Pap.deciſ. 582.à num.3. Speculat. de inſtrume. editio.§.reſtat videre. num.14. verſ. decimus nonus. Ergo Clericus per ſcripturam,ideſt, per Bullas, tenetur probare Canonicam inſtitutionem, ſeu Titulum, cuius virtute prætendit eſſe Procurator, ſeu Mandatarius in Beneficio, quod dicit habere,ad declinandum forum.

Quibus ſic conſtitutis, ad punctum ſuprapoſitæ difficultatis accedendo;Reſpondetur;Veriſſimum quidem

dem eſſe, Iudicem Laicum de Cano-
nica inſtitutione, ſeu Titulo Eccleſia-
ſtici Beneficij cognoſcere non poſſe,
cum res ſit Eccleſiaſtica, & Spiritua-
lis, cuius cognitionis Iudex Laicus
eſt incapax, vt ſæpè dictum eſt: Qua-
proptèr, quando Clericus præten-
dens declinare forum, ex eo capite,
quòd habet Eccleſiaſticum Benefi-
cium, & ad id probandum, vt tenetur
(ſicut paulò anteà diximus) præſen-
tat, & exhibet Bullas ſuæ Inſtitutio-
nis, ſeu Tituli, per quas probatur, ip-
ſum habere Eccleſiaſticum Benefi-
cium; quoad Titulum, & proprieta-
tem ipſius; iux. tex. in d. l. habere ver-
bum. de verb. ſign. cum alijs ſuprà nu.
423. allegatis; tunc, & eo caſu Iudex
Laicus ſolùm cognoſcit de dictis
Bullis; an, ſcilicet, ſint manifeſtè, &
euidenter falſæ, ex caſſatura, raſura,
cancellatione, interlineatura, aboli-
tione, vel alio ſimili defectu? & ſuper
hoc facit ſuas diligentias; &, dictis
Bullis repertis ſic falſis, pronunciat,
non eſſe locum petitæ remiſſioni, &
proinde procedendum eſſe ad vlte-
riora in Cauſa; abſque eo, quòd ſe
intromittat in cognoſcendo de vali-
ditate; ſeu inualiditate Tituli. Quæ
cognitio circa dictam falſitatem, lici-
ta quidem eſt Iudici Seculari; vt pro-
bauimus ſuprà ad primam Practicam
num. 299.

Et ampliùs dico, quòd, ſi occurre-
ret caſus, in quo, ſuper dicta remiſſio-
ne, eſſet tractandum de Titulo colo-
rato dicti Beneficij, ſeu Inſtitutionis;
434 adhuc Iudex † Sæcularis de eiuſ-
modi Titulo cognoſcere poſſet; vt
ſentit Oldra. Conſ. 1. num. 4. & 10. &,
ex pluribus; ita reſoluit Octauia. de-
ciſ. Pedemont. 55. num. 7. & ſeq. vbi
ex Guid. Pap. Ferret. & alijs, dicit, in
eo Senatu fuiſſe iudicatum, quòd Iu-
dex Sæcularis poſſit cognoſcere de
Titulo colorato rei Spiritualis. idem
Guid. Pap. deciſ. 85. num. 2. Vrſil. ad
Afflict. deciſ. 24. num. 17. & ex Fari-
na. & alijs reſoluimus ſuprà. nu. 332.
par. 1. Atque ita maximè meminiſſe
iuuabit, ad ſolutionem Secundæ diſ-
ficultatis ſuprà poſitæ.

Neque tandem obſtat Tertia, &
vltima: Quia, omiſſa illa longa diſpu-
435 tatione, An, ſcilicet, Poſſeſſio, † iu-
ris ſit, an facti? quam diffusè exami-
nat Fachin. Controuer. iur. lib. 8. cap.
5. Reſolutiuè cum eodem Reſpon-
deo, quòd, in Poſſeſsione duo poſ-
ſunt conſiderari; Primum eſt deten-
tio illa, & inſiſtẽtia corporalis, quòd,
videlicet, rem quis actualiter teneat,
& poſsideat; & tũc certum eſt, quòd
Poſſeſsio eſt quid facti, & non iuris;
Alterum eſt Ius ipſum poſsidendi, &
perſonæ idoneitas; & tunc Poſſeſ-
ſio eſt iuris, & non facti; Cuius diſtin-
ctionis fœdere conciliantur Docto-
rum diſsidentes Opiniones in hoc
articulo, ſecundùm eundem Fachin.
vbi ſuprà. Sequitur Ioan. Corraſ. in
rub. ff. de acq. poſſ. nu. 3.

Cum igitur Clericus, qui præten-
dit habere Eccleſiaſticum Beneficiũ,
& ex eo declinare forum Iudicis Lai-
ci, ſolùm teneatur (quoad hoc Re-
quiſitum) coràm eo probare, ſe ha-
bere cum effectu poſſeſsionem Be-
neficij, per actualem perceptionem
fructuum eiuſdem, vt in tertio Re-
quiſito diximus; Quia effectualis rei
436 poſſeſsio † nullo modo probatur,
quàm per perceptionem fructuum
eiuſdem; vt tenet Maſcard. de proba-
tio. concluſ. 1189. vol. 3. Deci. conſ.
400. viſo eleganti. nu. 3. par. 2. Octa-
uia. deciſ. Pedemont. 43. num. 3. Io-
ſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 29. num.
14. Aegid. Bellam. dec. 703. Menoch.
de retinen. poſſeſſ. remed. 3. nu. 564.
Pariſ. de reſignat. Benefi. lib. 6. q. 1. nu.
18. Rot. Roma. deciſ. 1 de reſtit. ſpo-
liat. num 1. in nouiſſ. & eſt de mente
Bald. in cap conſtitutus. num 8. de
437 reſcript. Quæ quidem fructuum †
perceptio ad factum pertinet; tex. ele-
gans. in l. bonæ fidei emptor. 48. §. in
contrarium, iunct. ibi gloſ. ff. de acqu.
rer. dom. ſimilis gloſ. verb. mala fide
in

in l. mala fide. C. de condictio. ex leg. cum qua tranſeunt Bald. & Saly. ibi; Quid quod? & ipſa poſſeſſio facti eſt, & non iuris, vt ex antea dictis apparet. Mirum nihil igitur, ſi Iudex Laicus de eiuſmodi poſſeſſione cognoſcere poſſit, per ea, quæ diximus ſuprà in. 1. par. nu. 722. Quia Poſſeſſorium
438 † rei Eccleſiaſticæ, & Spiritualis, cum ſit facti, cenſetur quid profanum & temporale; proptereaque de eo Iudex Sæcularis vtique cognoſcere poteſt: Guid. Pap. deciſ. 1. num. 4. & deciſ. 85. Et innumeros, idem tenentes refert Couar. pract. quæſt. cap. 35. num. 1. licet ipſe in hoc non firmet pedes: prout nec Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. à num. 210. Guidonem autem ſequuntur Aluar. Valaſ. conſulta. 79. num. 2. Andr. Gayl. obſeruat. 37. num. 5. & obſeruatio. 38. num. 2. & 3. lib. 1. Grammat. deciſ. 78. à num. 3. Affict. deciſ. 24. à num. 7. Theſaur. deciſ. Pedemon. 82. à num. 1. & deciſ. 117. Et ex Rip. in Rubr. de iudi. num. 9. dicit communem Opinionem idem Valaſ. conſultat. 93. num. 5. Ioan. Cotraſ. in Paraphr. Sacerdo. 1. par. cap. 2. num. 8. Marant. in Specul. 4. par. diſtin. 13. num. 5. qui allegat alios multos, idem tenentes. Quibus addo Turzan. vt refert tom. 2. commu. Opinion. lib. 8. tit. 1. num. 7. Sequitur, alios multos referens, Cened. in Collectan. ad ius Canon. in cap. decernimus, à num. 2. cum ſeqq. de iudi. Atque ita ſecurè practicandum eſt.

Sed, circa prædictam Praxim, Quæ
439 ro, Quid ſi Clericus † prædictus, qui prætendit declinare forum, ex eo capite, quòd habet Eccleſiaſticum Beneficium, probauerit actualem perceptionem fructuum eiuſdem, & ſic poſſeſſionem; non autem Titulum ſeu Canonicam inſtitutionem? An obtinere debeat in dicto Articulo? Et Reſolutiuè dico, quòd non; Quia, dum ſolùm probat dictam poſſeſſionem, non poteſt dici, quòd habet Eccleſiaſticum Beneficium; Et ſic ceſſat diſpoſitio Concilij Tridentit. d. cap. 6. ſiquidem habere Eccleſiaſticum Beneficium, intelligitur legitimè, & canonicè, ideſt per Canonicam inſtitutionem; vt ſuprà ſæpè dictum eſt; iuxtà notata per Vrſill. ad Affict. deciſ. 265. num. 86. reſoluit Boeri. deciſ. 313. num. 3. ad fin. Selu. in tract. de Benefi. 3. par. q. 25. num. 1. poſt prin. qui ponit Rationem, dicens, quòd in
440 Beneficialibus † non ſufficit ſola poſſeſſio, niſi adſit Canonica inſtitutio; tex. in cap. ex frequentibus de inſtitu. Aliàs Poſſidens dicitur intruſus; ſecundùm eundem Selu. d. 3. par. q. 11. num. 5. vbi ex Gemin. ponit ſex modos, quibus aliquis dici poteſt intruſus; notat Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 464. Flamin. Pariſ. de reſignat. Benefi. lib. 7. q. 1. nu. 113. Petr. Gregor. Tholoſ. in partitio. iur. Canoni. in tit. de reſcript. in cap. inter cæteras. num. 6. Rebuff. in Prax. Benefi. de ſubrogat. collitigan. gloſ. 4. num. 4. relatus, & ſequutus per Aluar. Valaſc. conſult. 79. num. 5. in fin. cum ſeqq. Capy. deciſ. 6. nu.
441 12. Qui intruſus † nulla ratione eſt admittendus, quin potiùs poſſeſſio ab eo eſt auferenda; vt ex Roman. conſ. 499. tenet Grammat. deciſ. 81. num. 12. Menoch. d. remed. 15. d. nu. 464. ex Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 71. ff. de acquir. poſſeſſ. Pariſ. vbi ſuprà lib. 1. q. 6. num. 8. Ferret. conſ. conſ. 1. num. 2. & conſ. 112. num. 11. Dida. Spin. in ſpecul. teſtam. gloſ. 4. princip. num. 92. Atque ita Clericus, qui ſolùm probauit Beneficij Eccleſiaſtici poſſeſſionem, abſque Titulo, non dicetur probaſſe habere Eccleſiaſticum Beneficium, vt diſponitur in d. cap. 6. Concilij Tridentini; cum verbum (habere) comprehendat Titulum, & Poſſeſſionem; ex d. l. habere verbum. ff. de verb. ſignifi. cum alijs ſuprà nu. 423. allegatis; Et ſic in exceptione fori declinatoria obtineri minimè poterit.

Inſu-

Inſuper, retentis adhuc ijſdem ter-
442 minis, Quæro, Quid ſi Clericus † prædictus probauerit, è conuerſo, Titulum Beneficij, per Bullarum exhibitionem, Poſſeſſionem autem actualis perceptionis fructuum ipſius non probauerit? An debeat obtinere in exceptione fori declinatoria, fundata in Eccleſiaſtico Beneficio, quod dicit habere? Et breuiter dico, quòd non; Quia tali caſu non poteſt dici cum effectu, quòd habet Eccleſiaſticum Beneficium; per regulam d. l. habere verbum: & ſic ceſſat diſpoſitio d. cap. 6. Concil. Triden. Quia Beneficium Eccleſiaſticum ſine Canonica inſtitutione haberi legitimè nõ poteſt; ex d. reg. 1. de reg. iur. in 6. quæ Canonica inſtitutio, non ſolùm quoad Titulum, & proprietatem intelligitur, verùm etiam quoad Poſſeſſionem. Aluar. Valaſ. conſulta. 79. num. 3. Cæſar Lamberti. de Iur. patronat. lib. 2. par. 3. q. 1. num. 3. & ex Bald. conſ. 149. in prin. vol. 3. & Chaſſan. conſ. 30. num. 16. tenet Boer. deciſ. 313. num. 3. poſt prin. vbi dicit, quòd quis non dicitur habere Eccleſiaſticum Beneficium, qui habet titulum, abſque poſſeſſione: Coſm. Guymer. (ſi eius eſt ea gloſ.) verb. obtinentibus in §. Item inſuper. tit. de collatio. In Pragmat. ſanctio.

Et ex eo etiam probatur, quia
443 Canonica Inſtitutio † in præſenti materia, accipitur largè, vt ſuprà diximus; ita vt comprehendat Inſtitutionem ſpecialem, quam alij vocant Inueſtituram, per quam acquiritur poſſeſsio Beneficij; vt notat Dyn. in d. reg. Beneficium. num. 12. in fin. Lęlius Zech. vbi ſuprà. cap. 12. num. 41. Selu. de Benefi. 3. par. q. 1. à num. 10. Cæſar Lambert. vbi ſuprà. lib. 2. par. 3. q. 1. num. 3. Ergo, ſi aliquis prætenderit habere Eccleſiaſticum Beneficium, abſque huiuſmodi inſtitutione, poterit ſimiliter dici intruſus, ex Vrſill. Boer. & alijs ſupra allegat. & ſic meritò debet ſuccumbere, vt ibi diximus. Atque ita in Alma Vrbe fuiſſe iudicatum, ex Farina. in Pract. Crim. tit. de inquiſitio. q. 8. num. 45. refert Baiard. ad Iul. Clar. in practi. crimi. §. fin. q. 36. num. 14. Ex quibus manifeſtè conſtat, quòd ille, qui prætendit declinare forum Iudicis Laici, ex eo capite, quòd habet Eccleſiaſticum Beneficium, debet, copulatiuè, & ſimul, probare ſupradicta tria Requiſita, nempè, Exhibere Bullas Clericatus; Item Bullas collationis, ſeu Tituli Beneficij; Necnon probare Poſſeſſionem actualis perceptionis fructuũ ipſius. Et ita ſecurè tenendum eſt, circa ſecundam Practicam noſtri tex.

444 Sed Quæro, Vtrum noſter Ritus † practicari poſsit, cum Clericis ordinatis ad titulum Patrimonij? Verbi gratia, quidam Titius commiſit aliquod delictum, & citatus, vel captus à Iudice Sæculari opponit fori declinatoriam, fundatam, non in Beneficio Eccleſiaſtico, quia illud non habet; neque in inceſſu, in habitu, & tonſura, cum alijs Requiſitis, de quibus ſuprà in prima Practica; quia forſan illa probare non poteſt; ſed in Patrimonio, ad cuius titulum fuit ordinatus: Quæro, inquam, an eiuſmodi Clericus gaudeat priuilegio Clericali? &, eito, quòd gaudeat, an Iudex Laicus poſsit de eiuſmodi qualitate cognoſcere, nempè de iſto titulo; ad effectum remittendi, vel non remittendi prædictum ex ipientem?

Pro cuius Quæſiti ſolutione, eſt ſciendum, multis retrò temporibus, Sacris Canonibus ſancitum fuiſſe,
445 neminem † ad Ordines admittendum, ſine titulo Beneficij; vt refertur in. cap. 2. de præben. & dignit. Et Ordines aliter datos, nullos, & irritos eſſe, dicitur in cap. cum ſecundùm Apoſtolum. 16. eod. tit. vbi id poſteà moderatum fuit, Ordines quidem validos declarando, Ordinantem verò, ad ſubſtentationem Ordinati, compellendo; rationibus de quibus ibi.

Deinde tamen, Eccleſiarum creſcente fundatione, & Miniſtrorum creſcere numerum neceſſe fuit. argum. tex. in can. in nouo in fin. 21. diſtin. Cum autem non eſſent tot Beneficia, quę eiuſmodi Clericorum numero ſufficerent, conſtitutum fuit, ad Clericos, & hos Miniſtros ordinandos, ſufficiens Patrimonium admitti poſſe. cap. Epiſcopus. 4. cap. tuis. 23. de præben. & dign. Quia tamen, malitia hominum creſcente, in eiuſmodi Patrimoniorũ aſſignationibus, multæ fraudes, & fictæ promiſſiones contingebant; in ipſorum Clericorum detrimentum, & totius Clericalis Ordinis dedecus. iux. tex. in can. Diacon. eligantur. verſ. mendicat. 93. diſti. Propterea Sacroſanctum Concilium Tridentinum ſanctiſſimè, prout omnia alia, Seſſio. 21. in 2. decret. de reformatio. cap. 2. decreuit, & ſtatuit, Non aliter ad titulum Patrimonij aliquem ordinandum fore, niſi Epiſcopus prius diligenter perſpexerit, illud Patrimonium verum eſſe, & cum effectu obtineri per Ordinandum; conſideratiſque etiam alijs circumſtantijs de quibus ibi. Et proſequitur Did. Spin. in ſpecul. teſtame. gloſ. 18. prin. d. nu. 74.

Et hinc eſt, quòd hodie, in Hiſpania ſaltem, quandò aliquis ad Patrimonij titulum eſt ordinandus, Epiſcopus, ſumma adhibita diligentia, de Patrimonij ſufficientia, & virtute cautè, & ſollicitè ſe informat; Patrimonioque, prout conuenit, reperto, ſubſequenter interponit decretum quoddam, ſuper eius validitate, & illud pro titulo aſſignat ipſi Ordinando: Propter quod decretum, Patri-
446 monium † illud ſtatim efficitur Eccleſiaſticum; tum etiam, quia ſuccedit loco Beneficij; ad tex. in cap. tuis quæſtionibus. 23. de præbend. & dignit. & eſt melior tex. in Concil. Trident. ſeſſio. 21. in decret. de reformat. cap. 2. Id autem, quod in alterius lo-
447 cum ſuccedit, † quoad effectum, eſt vna, eademque res cum ipſo, cui ſuccedit. l. filiæ ſuæ. 28. §. fin. ff. de conditio. & demonſtra. l. ſi donatæ. 37. §. fin. ff. de donati. int. vir. & vxor.

Et, quamuis omnia ſupradicta obſeruari etiam deberent quoad Clericos ordinandos in minoribus Ordinibus; gloſ. 1. in can. 1. diſt. 70. cum ij Clericorum etiam appellatione comprehendantur. can. de perſona. 11. q. 1. can. cleros. 21. diſti. Conſuetudine tamen obtentum eſt, eiuſmodi Patrimonij aſſignationem ſolùm obſeruari quoad Clericos promotos,
448 ſeu promouendos ad Sacros † Ordines; qui, ſi abſque Beneficij, aut competentis, & veri Patrimonij titulo fuerint ordinati, ab ipſo Epiſcopo ordinante alendi ſunt, donec de congruo Beneficio, aut alia ſubſtentatione prouideat; ex d. cap. Epiſcopus. d. cap. cum ſecundùm Apoſtolum. d. cap. tuis. de præben. & dignit. cap. ſi Epiſcopus. eod. in 6. Sicque ſolùm de eiuſmodi promouendis ad Sacros Ordines loquitur Concilium Trid. in d. cap. 2.

Viua autem ratio, in qua fundatur Praxis ſupradicta, eſt, Quia Clerici minorum Ordinum liberè à ſtatu Clericali recedere poſſunt, ſiquidem poſſunt Matrimonium contrahere. cap. à multis. de ætat. & qualit. cap. cum olim. de Cleric. coniugat. & diximus ſuprà. 1. par. num. 25. Ideoque non decet, eos de Eccleſiæ Patrimonio ſubſtentari. cap. cum ex eo. 34. & ibi gloſ. verbo. retrocedere. de electi. in 6. ſimilis gloſ. verb. de Patrimonialibus, in fin. in d. cap. tuis quæſtionibus. Sicque mirum nihil, ſi Epiſcopus non teneatur ſubſtentare eum, quem ad ſolos minores Ordines promouit, abſque Beneficij, aut Patrimonij titulo; ſed eum tantummodò, quem Sacris Ordinibus initiauit.

Quamuis non me lateat, de Eccleſiæ patrimonio alendum eſſe, eum
449 Clericum, † qui, licet primam ſolam tonſuram, vel minores Ordines
ha-

habens, Eccleſiæ tamen ſuæ, in miniſterio, ſuo Ordini iniuncto, inſeruit, vel ſeruire eſt paratus; vt notatur in Concil. Trident. ſeſſio. 23. in 2. decret. de reformat. cap. 17. Caietan. in Opuſcul. q. 1. de Simoni. Huiuſmodi autem ſuſtentatio non adeò obligatoria eſt, neque de proprijs Epiſcopi ordinantis facultatibus facienda, ſicuti eſt prima, quam, quoad Clericos Sacrorum Ordinum tantummodò, Praxis ſupradicta introduxit, & obſeruauit.

Ex quibus facilis erit Reſponſio ad ſuprapoſitam quæſtionem: Quia, cum Patrimonium non aſſignetur, niſi Clericis ad Sacros Ordines promotis, cum quibus Ritus noſter nunquam practicatur, vt dicunt Carauit. hic, & Grammat. in Conſtit. Apoſtatantes; & nos etiam diximus ſuprà in 1. par. num. 243. Sequitur, quod non practicabitur cum Clericis, habentibus eiuſmodi Eccleſiaſticum Patrimonium: & dico Eccleſiaſticum illud, quod Epiſcopus approbauit, decreuit, & in titulum, ad Ordines ſuſcipiendos, aſſignauit; vt ſuprà diximus.

Aduerte tamen diligenter, quòd, ſi aliquando contingeret caſus, in quo tractaretur de remiſſione Clerici, habentis eiuſmodi Patrimonium, nondum tamen ad Sacros Ordines promoti, vtique cum eo poſſet practicari noſter textus: Poteſt enim contingere, quòd aliquis Clericus in minoribus Ordinibus conſtitutus, deſtinauerit ad Sacros Ordines promoueri, ad titulum Patrimonij; Patrimonio autem aſſignato, ante Sacrorum Ordinum ſuſceptionem, delictum aliquod commiſerit, propter quod ſit ei neceſſarium, declinare forum Iudicis Sæcularis; & tunc abſque dubio poterit cum eo noſter tex. practicari; Quia tali caſu ceſſat in Iudice Laico prohibitio, cognoſcendi de Clericatu, quę ſolùm militat, quoad Clericos in Sacris conſtitutos. Regula cap. cum ceſſante. de appellatio.

Cui reſolutioni obſtat, quòd is
Clericus in minoribus Ordinibus
conſtitutus, qui ad Sacros Ordines
promoueri deſtinauit, & ideò fecit ſibi
decerni, & aſſignari Patrimonium,
eſt de proximo accingendus ad Sacros
Ordines, vt patet ad ſenſum: de
450 proximo autem accingendus habetur
pro accincto, quoad priuilegia
militaria; vt in l. penult. ff. de milit. teſtam.
Hyppol. de Marſil. ſingul. 266.
qui de proximo. Vigli. inſt. §. Sed etſi
quis. inſti. de milit. teſtamen. num. 3.
cum alijs multis, adductis per Alfan.
collecta. 599. Ergo & is, qui deſtinauit,
de proximo ſuſcipere Sacros Ordines;
atque ideò fecit ſibi aſsignari
Patrimonium, perinde habendus eſt,
ac ſi eos iam ſuſcepiſſet, quoad priuilegia
Cæleſtis Militiæ; cum ſit validum
argumentum de vna ad aliam
Militiam; vt proſequitur Euerar. in
loco, à milite armat. milit.

Huiuſmodi tamen difficultate non obſtante, à ſupradicta reſolutione nequaquam eſt recedendum; quę expreſsè fundatur in diſpoſitione Concilij Trident. d. ſeſsio. 23. in decret. de reformatio. d. cap. 6. quo loci diſponitur, Clericos Primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum non aliter fori priuilegio gaudere, niſi habeant Eccleſiaſticum Beneficium, vel incedendo in habitu, & tonſura, inſeruiãt alicui Eccleſiæ, de mandato Epiſcopi; cum alijs requiſitis, de quibus ſuprà actum eſt: quaſi dicat tex. Clericos ſupradictos, habentes ſupradictas qualitates, gaudere fori priuilegio, ex quo ſunt in via ad Maiores ſuſcipiendos; vt ibi dicitur, ideſt, ex quo ſunt accincti ad ſuſcipiendos Sacros Ordines; & tamen cum eiuſmodi Clericis, habentibus ſupradictas qualitates, & requiſita, practicatur noſter tex. ad cognoſcendum de eiuſmodi qualitatibus, & requiſitis; vt ſuprà reſolutum extat.

Qua

Qua reſolutione retenta, non obſtat ſupratradita difficultas; nam Reſpondetur, Argumentum in ea contentum eſſe fallax, fallaciamque conſiſtere in minori propoſitione, quæ habet, de proximo accingendum haberi pro accincto, per iura ibi allega-
451 ta: Hæc nempè propoſitio † non procedit, attenta proprietate, & veritate rei; ea enim attenta, aliud in effectu, & rei veritate eſt, eſſe aliquem ordinatum in Ordinibus Sacris, aliud haberi pro ordinato, & fingi ordinatum in eiſdem; vt prætendit argumentum; & ſic dicimus in iure, quòd aliud eſt eſſe tale, aliud haberi, vel fingi pro tali. tex. in l. mercis appellatione. 207. & ibi gloſ. verb. mangones. ff. de verb. ſignif. Surd. in tract. de aliment. tit. 2. q. 15. num. 119. Anto. Corſet. in ſuis ſingul. verb. habeatur. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 18. Sicque, quòd de proximo accingendus, ideſt, ordinandus, habeatur pro ordinato, eſt per quandam fictionem, & improprieta-
452 tem. A proprietate † autem verborũ non licet ita leuiter diſcedere; iux. tex. in l. non aliter. ff. de legat. 3. Alciat. in l. Nepos. num. 9. ff. de verb. ſignif. Et verborum propriam ſignificationem à Iudice eſſe ſpectandam, pro Regula conſtituunt Socin. reg. 538. & Bernar. Diaſ. ead. reg. 536. vt refertur lib. 19. Regul. Iur. verb. ver-
453 borum propriæ. Et vbi verba † ſunt clara, inſpecta eorum propria ſignificatione, non eſt locus interpretationi l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. notat Villalob. vt refertur tom. 3. commun. Opinion. lib. 8. tit. 22. de contrah. ſtipul. num. 263.
Neque in præſenti caſu poteſt fictioni locus eſſe, cum agatur de præiudicio, & intereſſe Regiæ iuriſdictio-
454 nis; fictio † enim nunquam admittitur in tertij præiudicium; Bart. per eum tex. in l. nam & ſeruus. §. 1. ff. de negot. geſt. Caſtrenſ. & Cuma. in l. hæres quandocumque. ff. de acquir. hæred. Deci. in l. omnia ferè. num. 21. ff. de reg. iur. Barbo. in l. hęres abſens. in prin. num. 107. ff. de iudic. idem Bart. in l. ſi indebitum. §. ſi procurator. & in l. bonorum. num. 1. ff. rem rat. hab. Ioan. Gutierr. in tract. de gabell. q. 88. num. 22. Rip. reſponſ. 81. num. 17. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. num. 74. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 283. num. 15. tom. 2. Matienz. in l. 8. tit. 7. gloſ. 5. num. 1.
455 lib. 5. recopilatio. Quia fictio † nunquam fit, niſi æquitate ſuadente, & ea ceſſante, ceſſat fictio. Bart. in l. nec vtilem. num. 1. ff. ex quib. cauſ. maior. Caſador. deciſ. 3. de præbend. num. 21. Menoch. de præſumptio. præſum-
456 ptio. 89. num. 9. lib. 4. æquitas † autem non poteſt conſiderari, vbi adeſt præiudicium, & iactura alterius. tex. in l. iure naturæ. 206. ff. de reg. iur. cum vulgat. Crauet. conſ. 421. in hac cauſa. num. 6. tom. 3. quinimmò dolo malo facere videtur, qui cum alterius iactura quærit locupletari. tex. in l. ſi quis mancipijs. 17. §. fin. ff. de inſtit. actio.
457 Quibus addo, quod fictio † non fit, nec aliquos producit effectus, niſi in caſibus à iure expreſſis. Maria. Socin. in cap. inſuper his. num. 25. de poenis. Barboſ. in d. l. Hæres abſens. §. proinde. num. 65. ff. de iudic. adeò, quòd fictio non extenditur de ſimilibus, ad ſimilia; vt per eum tex. dixit Bald. in l. in actionibus. num. 1. ff. de his qui not. infam. Chaſſan. in Conſuetud. Burgund. rubr. 7. §. 4. in gloſ. verb. & ſont ſaiſis. num. 8. Et ſola ip-
458 ſa lex poteſt inducere † fictionem, non autem homo priuatus. Bart. in l. is qui pro emptore. num. 22. in fin. ff. de vſucapio. quem ſequitur Paul. Caſtrenſ. in l. 1. §. hoc autem. num. 2. vbi etiam Alex. num. 8. ff. ad Senatuſcon. Trebelli. ſubſcribit Guiliel. Benedict. in cap. Raynutius. 1. par. verb. matrem inſuper Cleram. num. 28. de teſtam.
Ex quibus concludo, quòd obſer-

uantia

uantia, quæ habet, Textum noſtrum
non practicari cum Clericis in Sa-
cris conſtitutis, non debet extendi
ad Cleritos minorum Ordinum,
quamuis ij fecerint ſibi aſſignari Pa-
trimonium, cum deſtinatione ſuſci-
piendi Ordines maiores, & Sacros;
hoc enim eſſet impropriare ſermo-
nem, & inducere fictionem ab homi-
ne, extra caſus à iure expreſſos, in
præiudicium, & iacturam tertij; & ſic
nulla ſubſiſtente æquitate, contra ra-
tiones, & iura ſuprà allegata.

Sed ecce tam, quòd Ritus noſter
practicatur cũ eiuſmodi Clericis Mi-
norum Ordinum, habentibus Patri-
monium, ad cuius titulum prætten-
dunt ſuſcipere Maiores; Quæro, quæ-
459 nam † Praxis, ex duabus ſuprà po-
ſitis, debeat cum eis obſeruari? Et
certè videtur dicendum, ſecundam
Practicam obſeruandam fore, ita, vt,
allegata fori declinatoria per talem
Clericum, teneatur, in termino ſibi
dato, exhibere titulum ſui Patrimo-
nij, & probare actualem poſſeſſionem
perceptionis fructuum ipſius, vt di-
cebamus ſuprà in Clerico Beneficia-
to: Cum Patrimonium ſuccedat, &
ſubrogetur in locum Beneficij Eccle-
ſiaſtici, & id, quod in alterius locum
ſubrogatur, ſapiat ſubrogati naturam,
& cenſeatur vna, eademque res cum
ipſo; vt ex d. l. filiæ ſuæ. §. fin. ff. de
conditio. & demonſtr. & alijs, dixi-
mus paulò anteà.

Ex aduerſo autem exiſtimo, re-
ctiùs primam Practicam cum eiuſ-
modi Clerico eſſe obſeruandam; ita,
vt probare teneatur, in termino ſibi
dato, inceſſum in habitu, & tonſura,
cum Seruitio in Diuinis, & alijs Re-
quiſitis ſuprà poſitis à nu. 213. Quia
in rei veritate, & excluſa omni im-
proprietate, & fictione, prout excludi
debet, vt ſuprà diximus, eiuſmodi
Clericus non eſt in Sacris conſtitu-
tus, nec Patrimonium prædictum eſt
Eccleſiaſticum Beneficium. Et ſic
ſubintrat dicta prima Practica, fun-
data in diſpoſitione Concilij Triden-
tini d. cap. 6. vt diximus ibi, & paulò
antea, num. 474.

Vlterius, retentis adhuc terminis
ſuprapoſitæ quæſtionis, Quæro, Quę-
nam ex ſuperioribus duabus Practi-
460 cis ſit practicanda cum Clerico, †
habente Penſionem Eccleſiaſticam,
& ex eo prætendente, declinare fo-
rum Iudicis Sæcularis? Et quidem
dicendum videtur, primam Practi-
cam eſſe obſeruandam; Quia, cum
Penſio non ſit Beneficium Eccleſia-
ſticum; vt probat expreſsè tex. in
cap. quamuis, 4. in prin. de præben. &
dignit. in 6. & in cap. ad audientiam.
31. vbi Panorm. num. 2. & Felyn. an-
te num. 1. extr. eod. tit. neque res Ec-
461 cleſiaſtica, † aliquid habens ſpiri-
tualitatis; vt dicit Panorm. ibidem
num. 2. in fin. Corraſ. in Paraphr. Sa-
cerdot. cap. 4. num. 1. Ioan. Selu. de
Benef. 1. p. q. 3. nu. 11. quinimmò cum
ſit quid merè temporale; ſecundùm
Carol. de Graſſ. in tract. de effect. Cle-
ricat. effect. 1. num. 1205. in fin. rema-
net iſte talis (ſi adhuc non eſt in Sa-
cris) in terminis ſimplicis Clerici,
minorum Ordinum; cum quo eſſe
obſeruandam primam Practicam fuit
jam ibi reſolutum.

Pro cuius Articuli declaratione,
qui certè difficilis eſt, vt diſtinctè
procedam, Animaduerto, quòd Pen-
ſiones Eccleſiaſticæ multipliciter
conſtituuntur, & aſſignantur. Primò
262 † enim ſolent conſtitui, & aſſignari
in ſtipendium, & remunerationem
alicuius ſeruitij temporalis, in Eccle-
ſiæ vtilitatem impenſi, iux. terminos
Can. quicunq; el 2. 12. q. 2. & can. fin.
16. q. 6. & eiuſmodi Penſio eſt quid
omninò temporale, & profanum; vt
notat Duar. de Sacr. Eccleſ. miniſt.
lib. 6. cap. 4. verſ. alia ſunt annua,
cum poſſit etiam Laicis aſſignari; vt
arguit Rot. Roma. deciſ. 264. & ſeq.
2. par. in nouiſſ. Imol. in Clement. 1.

num.

26.de ſupplen.neglig.Præla.Archid. in cap.cum nullus. nu.1.ad fin. de tempor. ordinan.in 6.Et eiuſmodi eſt Penſio illa, quã in Hiſpania dicimus, (Subſidio,y Eſcuſado) quę Regi noſtro Catholico,ob Fidei,& Sanctę Romanæ Eccleſiæ defenſionẽ, cui totis viribus,& ardẽti affectu intendit,fuit aſſignata: & hinc etiam Militibus Diui Iacobi, Alcantharæ, & Calatrauæ, quamuis non ſint Clerici,frequenter Penſiones ſuper Eccleſiaſticis Beneficijs conſtituuntur. Vnde,cũ eiuſmodi Penſio ſit (vt diximus) quid omninò profanum,& temporale, nihil habens ſpiritualitatis,non poterit aliquis, ex ea ſola, fundare aliquod fori priuilegium,ad declinãdam iuriſdictionem; ſed, ſi forsã fuerit Clericus,tenebitur probare illa Requiſita,ad quæ tenẽtur quilibet ſimplex Clericus; de quibus egimus ſuprà,in prima Practica,num. 285. cum ſeqq.

Secundò ſolet aſſignari, & conſti-
463 tui Penſio perpetuis † Vicarijs Eccleſiarum Parochialium, quibus ipſi Titularij prçeſſe non poſſunt,propter aliquam legitimam cauſam; iux. tex. in cap. extirpandæ. 30. §. qui verò. de præbend. & dignit. & in cap. 1. eod.tit.in 6. Trident.ſeſſ.7.in decret. de reformat.cap.7.& ſeſſio.25. in decret.de reformat.cap.16. Aegid. Bellam. deciſ. 701. de Præbend. Quæ Penſionis ſpecies, cum perpetua ſit, propriùs Beneficium appellari poteſt cap.poſtulaſti. 26. de reſcript. Duar. d. cap. 4. poſt princ. Butr. in cap. ad hæc.num.10. de Offic.Vicar. Et,cum aſſignetur Vicarijs Eccleſiarum Parochialium, ideſt Clericis, qui Animarum curam habere poſſint, & debeant,Sacramenta præcipuè adminiſtrando, & ſic Præsbyteris, & non alijs, vt ex dictis iuribus conſtat; ſequitur, quòd cum habentibus eiuſmodi Penſionis ſpeciem, Ritus noſter practicari minimè poterit;ex his, quæ ſuprà,in 1.par. num.243. cum Carauit. & Gramma.diximus.

Tertiò aſſignatur, & conſtituitur
464 Penſio † non perpetuis Vicarijs Eccleſiarum Parochialium, ſed quibuſcunque Clericis, etiam Primæ tonſuræ,in titulum tamen Beneficij; Quandò, nimirùm, ex fructibus alicuius pinguis Beneficij detrahitur aliqua certa portio,& ex ea conſtituitur aliud Beneficium,non in gratiam alicuius, vt in Penſione contingit, ſed vt in poſterum, tanquam Eccleſiaſticum Beneficium,conferatur per Canonicam inſtitutionem,iux.reg.1. de reg. iur. in 6. Vt in terminis cap. conquerente.de Cleric.non reſiden. vbi Panorm.num.1.& 5.Imol.& Butr.vterque num.1.Et talis Penſio,ſeu portio,eſt verè, & propriè Eccleſiaſticum Beneficium, & venit appellatione Beneficij, licet, ex quo pendet à Beneficio, dicatur Penſio. Nauar. conſ. 11.num.8.de conſtitu.1. par. & conſ. 66. num. 3. de Simoni. 2.par. Gigaſ.de penſio.q.3. & 94. Rot. Roman.deciſ.39.de reſcript.aliàs, 210. in antiqu. Zeuall. in tract. de cognit. per viam violen.2.par.q.62.num.23. & ſeq. Corraſ. in Paraphr. Sacerdot. 1.par. cap.4. num. 5. Sed re vera eſt
465 Beneficium; Quia pars † ſeparata à toto,non eſt ſub toto,ſed eſt totum de per ſe. gloſ. verb. integra. in cap. cui de non Sacerdotali. de Præbend. & dignit.in 6.Rot.Roman. deciſ.11. aliàs,370. num.2. in antiq.

Et de hac forſan Penſione loquuntur DD. quando dicunt, quòd Penſio,quæ datur in titulum,comprehenditur appellatione Beneficij; & conſequitur omnes eius leges;Couar. in Practi.quæſtio.cap.36.num.10. verſ. quartò quoties; cum alijs allegatis per Zeuall, d. q. 62. num. 24. Et ſic cum Clerico,habente eiuſmodi Penſionis ſpeciem, ſi aliàs fuerit Primæ tonſuræ,vel minorum Ordinum,practicabitur noſter Ritus, prout practicari diximus cum Clerico Beneficiato,ſuprà in 2.Practica, nu.264.

Quartò,& vltimò ſolet aſſignari,&

conſtitui Penſio, non in remunerationem, vt in prima ſpecie; neque perpetuis Vicarijs Eccleſiarum Parochialium, vt in ſecunda; neque in Titulum, vt in tertia; Sed ſimpliciter ad
466 † tempus alicui Clerico, ideſt eius vita durante, ex aliqua iuſta, & legitima cauſa, interueniente Superioris authoritate, ita, vt, moriente Penſionario, expiret, & conſolidetur cum Beneficio, à quo fuit extracta. Et de-
467 finitur, Vt ſit Portio † quædam certa, ex fructibus Beneficij, vel menſæ, ex cauſa, ad tempus, legitimè conſtituta. Ita colligitur ex Can. quicumque 12.q.1.can. poſſeſſiones; & can. fin. 16.q.1. Zabarell. in Clemen. 1. §. 1. num. 4. de ſupple. neglig. Prælat. Ioan. Corraſ. in Paraphr. Sacerdot. 1. par. cap. 4. num. 6. Adrian. Iaqueſlot. de Benefi. ſtatim in initio: dicit communem Sebaſtian. Medic. de Definition. par. 2. definitio. 50. Læli. Zecch. in tract. de Benefi. & Penſion. Eccleſiaſt. cap. 11. num. 1. dicit etiam communem Gigaſ. de Penſionib. q. 1. Rebuff. de pacific. poſſeſſor. num. 113. Mandoſ. de ſignat. grati. §. penſiones. Et eiuſmodi Penſionis ſpeciei competere hanc definitionem, dicit Zabarell. d. num. 4. vbi etiam Imol. num. 26. nam Penſio, quæ datur in titulum definitur prout ipſum Beneficium; vt ipſe ſubdit.

In his igitur terminis, Quærunt DD. An (attenta diſpoſitione Concilij Tridentini d. ſeſſio. 23. d. cap. 6.) is,
468 qui eiuſmodi Penſionem † habet, debeat gaudere priuilegio fori tanquam Beneficiatus, an verò tanquam ſimplex Clericus? Et conſequenter poſſumus nos quærere, in terminis noſtri tex. Quænam, ex ſuperioribus duabus Practicis, ſit obſeruanda cum Clerico, habente huiuſmodi Penſionis ſpeciem? Quia, ſi Penſio hæc eſt Beneficium Eccleſiaſticum, erit practicanda ſecunda Praxis; & ſi non eſt Beneficium, prima.

Et quidem, pro vtraque parte, ſunt fortiſſima fundamenta, & validæ Doctorum Opiniones; quas latiſſimè congerit, & proſequitur Reu. Pater Io. Giouane, è Societate Ieſu, exemplaris vitæ vir, & ſingularis doctrinę, in quodam Opere, quod breui eſt prælo commendaturus; Qui, ingeniosè diſcuſſis omnium rationibus, & fundamentis, tenet, Clericum, habentem eiuſmodi Penſionis ſpeciem, non gaudere priuilegio fori tanquam Beneficiatum. Cuius Opinionis, ante eum, fuerunt Flami. Pariſ. de Reſign. Benefic. lib. 1. q. 10. num. fin. & lib. 2. q. 15. num. 15. Carol. de Graſſis, de Effect. Cleric. Effect. 1. num. 1206. Guttier. in tract. de Gabell. q. 91. nu. 10. Zeuall. d. tract. de cogni. per viam violen. 3. par. q. 62. nu. 24.

Vita autem Ratio prædictæ reſo-
469 lutionis eſt; Quia Penſio † eiuſmodi non eſt Beneficium Eccleſiaſticũ, nec verè, & propriè venit appellatione Beneficij, vt probat tex. in cap. quamuis. el 1. de Præbend. & dignit. in 6. vbi Geminia. & Philip. Francus; vterque num. 2. Panor. in cap. ad audientiam. el 2. num. 2. & ibi Bald. nu. 3. de reſcript. vbi etiam Felyn. & in cap. poſtulaſti. eod. tit. dicit communem Selu. in tract. de Benefi. 1. par. q. 3. num. 30. Petr. Greg. Tholoſ. de Benefi. cap. 11. num. 5. Corraſ. d. cap. 4. num. 1. Rebuff. de pacifi. poſſeſſ. num. 108. & 132. Capy. deciſ. 200. à num. 1. Nauar. in Manual. cap. 23. nu. 111. Mart. in tract. de Clauſul. Clauſ. 232. num. 10. par. 1. Zeuall. vbi ſuprà, nu. 14. & ſeqq. cum alijs, quos ad idem allegat Pater Io. Gioue. vbi ſuprà vrgentiſſimis fundamentis hanc comprobans Opinionem.

Et, vltrà ea, ego pondero quòd Beneficium Eccleſiaſticum, & Penſio eiuſmodi, diuerſis definiuntur definitionibus; vt conſtat ex ſuprà poſita definitione, & ex ea, quam de Beneficio adduximus ſuprà num. 285. Quæ quidem Definitiones, cum declarent, per genus, & differentiam, ſubſtantiam

riam,& eſſentiam rei definitæ, manifeſtè probant, Penſionem non eſſe Beneficium : ad tex. in l.ſi idem. vbi DD.C.de Codicill. Atque ita arguit Panor.conſ.47.nu.4. par.2.

Vnde, cùm Concilium Tridentinum d.ſeſſio.23.d.cap.6.inducat formam ſubſtantialem, obſeruandam per Clericum, volentem gaudere fori priuilegio; vt diximus ſuprà, num. 243. & loquatur de habente Eccleſiaſticum Beneficium; non poterit extendi ad eum, qui habet eiuſmodi Penſionis ſpeciem; cum ſint, vt diximus, res diſtinctæ, & diuerſæ. Ad Riminal.conſ.276.num.11. vol.3. iuncto Vrſill.ad Afflict.deciſ. 202. nu.4.

Pro qua Opinione pondero quandam Declarationem Dominorum Cardinalium, factam, die 19. Iunij 1586. cuius meminit Flamin. Pariſ. d.lib.1.q.10.num.fin. in qua fuit determinatum, d.cap.6. Concilij non comprehendere Clericum Penſionarium, niſi is incedat in habitu, & tonſura: Ergo Clericus Penſionarius nō dicitur habere Eccleſiaſticum Beneficium, quia, ſi id eſſet, non teneretur incedere in habitu, & tonſura, ad gaudendum fori priuilegio; vt diximus ſuprà num.267. Quod argumentum, ex dicta Declaratione deſumptum, eſt apud me maximæ efficaciæ, propter Dominorum Cardinalium authoritatem.

470 Cæterùm, ſecundùm aliam † Opinionem exiſtimantium, hunc Clericum, habentem eiuſmodi Penſionis ſpeciem, gaudere fori priuilegio tanquam Beneficiatum, iudicaſſe Magnam Curiam, confirmante Regio Collaterali Conſilio, refert Io. Franc. de Apon. Conſ. 24. vol. 1. & Conſ. 36. volu.2. Eamque ſequuntur DD. magnæ authoritatis; vt videre eſt per Petr.Caball.Reſol.Criminal.Centū. 3.Caſ.224.num.20. Pro eaque poteſt etiam non inſubtiliter ponderari eadem Dominorum Cardinalium Declaratio; Quia, ſi (attenta proxima ponderatione) Clericus Penſionarius non dicitur habere Eccleſiaſticum Beneficium, ad effectum gaudendi fori priuilegio, quia tenetur incedere in habitu, & tonſura, ſequitur quòd remaneret in terminis ſimplicis Clerici; & tunc non ſufficeret ei ſolus inceſſus in habitu, & tonſura, ſed eſſent etiam neceſſaria alia Requiſita; de quibus in d.cap.6. Concilij; & diximus ſuprà à num. 285. quæ tamen Requiſita videntur excluſa per dictam Declarationem, ex argumento à contrario ſenſu: Nam, ſi Clericus Penſionarius non gaudet fori priuilegio, niſi incedat in habitu, & tonſura; ergo, à contrario ſenſu, gaudebit priuilegio cum ſolo inceſſu in habitu, & tonſura; cum id ſolùm videatur expoſcere dicta Declaratio;

471 Argumentum † autem à contrario ſenſu eſt validiſſimum in iure. l. 1. §. huius rei. ff.de offic.eius, cui mandat. eſt iuriſd. cum alijs adductis per Euerar.in locl. legal. in loco à contrar. ſenſ. num. 1. Et Baldus, Conſ. 142. quidam Dominus.num. 3. vol.2. dixit, quòd Argumentum à contrario ſenſu videtur textus legis. Ergo dicendum videtur, pro Opinione Ioa. Franciſ. de Apon. Clericum Penſionarium eſſe Beneficiatum, cum non teneatur obſeruare omnia Requiſita, ad quæ tenetur ſimplex Clericus, ad effectum gaudendi fori priuilegio.

In cuius Articuli difficultate, ego pro nunc exiſtimarem, non eſſe recedendum à ſupratradita Reſolutione, quæ habet, Penſionem non eſſe Eccleſiaſticum Beneficium; per rationes, & authoritates, ibi allegatas: Et quia ad contrariæ Partis fundamenta adamuſſim reſpondet Reu. Pater Ioa: Giouane; Ego ſolùm reſpondebo ad ſuprapoſitam ponderationem dictæ Declarationis Sacræ Congregationis; dum, per Argumentum à contrario ſenſu, prætendebatur, Clericum Penſionarium non remanere in terminis ſimplicis Clerici; cum

ſolùm videat ur obligatus, ex dicta declaratione, ad inceſſum in habitu, & tonſura, abſque alijs Requiſitis;& ſic dicendum fore Beneficiatum.

Dico ergo, huiuſmodi diſcurſum non obſtare, cum fundetur in Argumento à contrario ſenſu, quod, licet aliàs ſit efficaciſſim um, fallit tamen
472 † quando ex eo inducitur legis cor rectio; vt ex multis probat Euerar. vbi ſuprà, num. 8. quibus addo Crauet. conſ. 39. num. 5. & ante eum Alberic. in l. conuenticula. num. 2. C. de Epiſcop. & Cleric. Purpura. in l. tranſigere. num. 71. C. de tranſactio. Gaſpar Theſaur. quæſt io. forenſ. lib. 2. q. 80. num. 2. Maſtrill. deciſ. 261. Roderic. Suarez. allegar. 14. num. 8. Vnde, cum ex dicto Argumento à contrario ſenſu, ſequatur correctio legis, nempè d. cap. 6. Concilij Tridentini, (quod in effectu vult, nullum Clericum non Beneficiatum gaudere priuilegio fori, niſi adimpleat illa, Requiſita, de quibus in eo tex. & ſuprà, à num. 212.) non debet procedere; Et conſequenter Clericus, habens eiuſmodi Penſionis ſpeciem, cum remaneat in terminis ſimplicis Clerici, vt ſuprà diximus, tenetur adimplere omnia dicta Requiſita, ſi prætendit gaudere fori priuilegio: Et ſic cũ eo practicabitur noſter tex. ſecundũ primam Practicam, de qua ſuprà, à num. 285. Atque ita ſecurè tenendum eſt.

Quæro præterea, Nunquid Ritus noſter practicari poſſit cum Clericis
473 † Coniugatis? Pro cuius Quæſiti explicatione, expendenda eſt Bonifacij VIII. Summi Pontificis Conſtitutio, in cap. vnic. de Cleric. Coniug. in 6. quam confirmauit, & reformauit Sacroſanctum Concil. Trid. d. ſeſſio. 23. in decret. de reformatio. cap. 6. incipit, Nullus prima. in fin. Decreuit enim Summus Pontifex in d. cap. vnic. Clericos Coniugatos, ita demũ fori priuilegio gaudere, ſi ſcilicet cum Vnicis, & Virginibus contraxerint, & incedant in habitu, & tonſura: Quod confirmauit Concil. Tridentinum, vbi ſuprà, adiungens, reformãdo, debere etiam alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio, ex Epiſcopi deputatione, inſeruire.

474 Huiuſmodi igitur tria † Requiſita debent in Clerico Coniugato concurrere, ad hoc, vt fori priuilegio gaudere poſſit. Primum eſt, quòd contraxerit Marrimonium cum Vnica, & Virgine: Secundum, quòd incedat in habitu, & tonſura: Tertium, quòd alicuius Eccleſiæ ſeruitio, ſeu miniſterio, ab Epiſcopo deputatus, inſeruiat. Quę quidem Requiſita debent ſimul, & copulatiuè concurrere; vt, ex illorum iurium contextura, aperrè colligitur. Atque ita, præter ordinarios Interpretes in d. cap. vni. tenet Coua. Practi. Quæſtio. cap. 31. per totum, & præſertim num. 6. cum ſeqq. Iul. Clar. in Practi. crimin. §. fin. q. 36. num. 8. vbi Baiar num. 12. Dominus Regens Carol. de Tapia, ſuper Rit. 66. quem in ſua Compilatione Iuris Regni collocauit ſub tit. de Epiſcop. & Cleric. fol. 26. num. 1. quem ſequitur Dominus Scipio Rouit. in Pragm. 1. de Cleric. & Diacon. Saluatic. num. 1, Gramma. deciſ. 10. num. 2. in fin. Carauit. in d. Rit. 66. per totum; vbi, nu. 7. dicit, illum Ritum corrigi per d. Pragmat. 1. optimè Barboſ. in l. Titia, num. 33. cum ſeqq. ff. ſolut. Marrim. Folleri. in Pract. crimin. verb. audiantur excuſatores. num. 163. Marant. in Specul. 4. par. diſtin. 11. num. 5. Farinac. in practi. crimin. tit. de inquiſiti. q. 8. à num. 6.

Clericatus ergo in Clerico Coniugato, ad effectum declinandi forum Iudicis Laici, conſiſtit in dictis tribus Requiſitis; & dum Clericus Coniugatus, excipiens de Clericatu, in eis ſe fundat, tenetur ea probare; per Reg. tex. in l. 2. ff. de probatio. & ex multis tenet Barboſ. vbi ſuprà, num. 34. & de iure Regni eſt abſolutum, & quotidie practicatur: Fundaturque

hæc

hæc Praxis in d. Rit. 65. incipit. Item ſi aliquis Clericus; vbi expreſsè diſponitur, Clericum, de Clericatu excipientem, illum probare debere in ipſa Curia, cum inceſſu in habitu, & tonſura. Et ſic conſtat, quòd cognitio Requiſitorum Clericatus pertinet ad Laicum Iudicem; quia talia Requiſita conſiſtunt in facto, vt diximus ſuprà in 1. par. in particulari decidendi ratione, ad 2. par. noſtri tex.

Vnde ſimiliter, cum Requiſita Clericatus Clerici Coniugati, nempe, quòd contraxerit Matrimonium cũ Vnica, & Virgine; Inceſſerit in habitu, & tonſura; Et quòd, ex deſignatione Epiſcopi, alicui Eccleſię inſeruierit; conſiſtant in facto, iux. ea, quæ annotauimus in d. particulari decidendi ratione. num. 240. ſequitur, quòd de dictis Requiſitis poterit Iudex Sæcularis cognoſcere; vt reſoluit Barboſ. vbi ſuprà, attenta ſimili ordinatione Portugalliæ; Et conſequenter iure optimo poterit Ritus noſter practicari cum Clericis Coniugatis, & Iudex Sæcularis cognoſcere de dictis Requiſitis, ad effectum remittendi, vel nõ remittendi, in ſuis caſibus.

Quare Aduerte, quòd, attenta diſpoſitione d. cap. vnic. & d. cap. 6. Cõcil. Triden. poſſet aliquis, à contrario ſenſu, prætendere, Clericum Coniugatum, habentem omnia ſupradicta Requiſita, gaudere omnibus alijs priuilegijs, quibus gaudent alij Clerici non coniugati. Et huius Opinionis fuiſſe Lapum, & Franc. refert Farina. d. q. 8. nu. 7. Sed contrariũ longè ve-
475 rius eſt: Clericus enim Cõiugatus† etiam cum Vnica, & Virgine, obſeruanſque alia Requiſita, duobus tantum gaudet Clericalibus priuilegijs, Canonis, ſcilicet, (Si quis ſuadente
476 Diabolo) & fori; Huiuſmodi † tamẽ fori priuilegio ſolùm gaudet in Cauſis Criminalibus, ciuiliter, & criminaliter intentatis; vt expreſsè probat ille tex. in d. cap. Vnic. de Cleri. Coniugat. in 6. Cuius verba, ibi, (nec ciui-liter) ita interpretanda eſſe dicit Farina. vbi ſuprà, aſſerens, hanc eſſe communem Opinionem; idemque ante eum affirmauit Couar. d. cap. 31. num. 7. in prin. vbi concludit, Clericum Coniugatum dum Vnica, & Virgine, habentemque alia Requiſita, duobus tantùm gaudere priuilegijs, Canonis nimirum, & fori, quoad Cauſas ſolummodò Criminales, ciuiliter, aut criminaliter intentatas. Afflict. in Conſti. ſi damna clandeſtina. num. 48.

Proptereàque, quoad alia, nullam eſſe differentiam inter Laicos, & Clericos Coniugatos ſumma ratione per Regem Robertum ſancitum fuit in Cap. Regni, incipit, Non exigit agendo. vbi idem notat Ioan. Anto. de Nigr. quod poſteà per d. Regiam Pragm. 1. de Cleri. & Diacon. Saluat. renouatum fuit expreſsè; vbi idem notat Scipio Rouit. num. 3. facit gld. verb. cæteris. in d. cap. vnic. quam communiter receptam eſſe teſtatur Couar. vbi ſuprà. num. 9. idemque tenent alij, relati per Farinac. d. q. 8. num. 9. quibus addo Ioa. Gutierr. in tract. de gabell. q. 91. num. 4.

Quæ Reſolutio, ſecundùm dictam gloſſam, particulariter procedit, quoad Collectarum, Gabellarumque ſolutiones, & contributiones; & alia
477 Principum obſequia, à quibus † Clerici Coniugati nullatenùs ſunt exempti, quantumcumque contraxerint cum Vnicis, & Virginibus, & obſeruauerint alia Requiſita. Et hanc eſſe communem Opinionem affirmãt Couar. Farina. & Gutierr. vbi ſuprà; quibus addo Matienz. in l. 11. tit. 10. gloſ. 1. num. 5. lib. 5. recollecti. Quod de iure huius Regni expreſsè cautũ eſt in d. cap. Regni. Non exigit agendo. & in d. Pragm. 1. Sequitur Camill. Borrell. in additio. ad Bellugam, litera A. in Specul. Princip. Rubr. 11. §. videamus.

Liquidò ergò, ex ſuperioribus, conſtat, Clericum Coniugatum etiam cum Vnica, & Virgine, obſeruantem-

que ſupradicta Requiſita, in omnibus Cauſis (præter Criminales) remanere ſub Iudice Sæculari. Difficultas tamen in eo conſiſtit; An ſcilicet eiuſ-
478 modi † Clericus; ad executionem Contractus, Sententiæ, vel alteriùs Ciuilis Cauſæ, poſſit licitè carcerari per Iudicem Laicum, & in carceribus detineri? Et poſſe, defendit Couar. Practi. Quęſtio. d. cap. 31. num. 7. affirmans, id in iure verius, & probabilius eſſe.

Contrariam tamen Opinionem tenendam fore, & ab ea nunquam recedendum, affirmat Farina. d. q. 8. nu. 7. in fin. exiſtimans, ſolùm in Hiſpania Couarruuiæ Opinionem ſeruandam eſſe. Pro qua pondero tex. in cap. cum contingat. de for. compet. quo loci, præſcripta iuriſdictione cognoſcendi ſuper exceſſibus illorum Clericorum, probatur, non cenſeri præſcriptam iuriſdictionem excommunicandi, vel aliàs coercendi, propter ſtrictam, & odioſam naturam præſcriptionis; Ergo ſimiliter in caſu noſtro, cum prorogare iuriſdictionē Eccleſiaſticam ad Sæculares Iudices, ſit odioſū Clericis, ſtrictè debet ꝓcedi, quò minùs lędatur eorū priuilegiū.

Præterea, pro eadem Opinione facit, quòd Clericus, pro Cauſa Ciuili carcerari non poteſt; iux. tex. & ibi DD. in cap. Odoardus de ſolutio. & in l. miles. ff. de re iudic. notat Afflict. in Conſtit. ſi quis Clericus. num. 6. Roder. Suarez. in l. 2. foro. ll. lib. 3. tit. de ceſſio. bonor. q. 5. num. 14. Ergò inutilis eſt Quæſtio.

His tamen non obſtantibus, Co-
479 uarruuiæ Opinionem † veriorem de iure exiſtimo; pro qua eſt tex. apertus, ſi iudicioſè ponderetur, in d. cap. vnic. de Cleric. Coniug. in 6. vt aduertit Gutierr. de iuram. confirm. 1. par. cap. 17. nu. 11. Et ſic, non ſolùm in Hiſpania, vt Farina. dicit, ſed vbique terrarum erit obſeruanda.

Pro qua vlteriùs conſidero, quòd idem Farinacius fatetur, Iudicem Sæcularem, quoad Cauſas Ciuiles, iuriſdictionem habere in eiuſmodi Clericos Coniugatos, & eſt veriſſimum, vt ſupra reſolutum eſt: Sequitur ergò neceſſariò, habere omnia ea, quæ ad expeditionem, & exequutionem eiuſmodi Cauſarum requiruntur; ex notiſſimo iuris principio, quòd, iuriſdictione conceſſa, omnia neceſſaria cenſentur conceſſa, ſine quibus iuriſdictio expediri non poteſt. tex. in l. 2. ff. de iuriſdi. omni. iudi. l. fin. in 2. reſponſ. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſd. cap. præterea, & ibi glo. fin. de offic. & poteſt. Iudic. delegat. cum alijs adductis per Iaſ. in d. l. 2. num. 2.

Et plus dico, quòd, conceſſa iuriſ-
480 dictione, † non ſolùm conceſſa cenſentur ea, quæ ad eius expeditionem ſunt neceſſaria, verumetiam ea, quæ ſunt vtilia, & ſine quibus expediri poſſet, ſed non ita commodè. argum. tex. in l. penult. ff. de vſufr. & quemadmodum quis. & in l. 1. in princ. ibi, neceſſariò. iuncto fine illius tex. ibi, euidétiorem. ff. de orig. iur. vbi, quod I. C. priùs neceſſarium dixit; poſteà ad maiorem vtilitatem retulit. Nec mirum, quia aliquandò in iure Neceſ-
481 ſarium † pro Vtili, & Vtile pro Neceſſario vſurpatur; ſecundùm gloſ. verb. neceſſariò, in d. l. 1. & in l. 3. ff. de liberal. cauſ. optima gloſ. iuncto tex. ibi in cap. 1. §. fin. verb. vtile. de iuram. calum. in 6. notant Aretin. in cap. 2. num. 9. de teſtib. Dec. in d. cap. præterea. num. 21. verſ. ſecunda concluſio. Quare, cum iuriſdictio ſine modica coercitione ſit nulla; ex d. l. fin. ſequitur euidenter, Iudicem Sæcularem, habentem iuriſdictionem in Cauſis Ciuilibus Clericorum Coniugatorum, habere etiam illam modicam coercitionem, neceſſariam ad eius expeditionem, & exequtionem; vt pro ea poſſit illos carcerare, & detinere.

Et tantò magis, quòd etiam in di-
482 ſpoſitionibus † ſtrictis, quoad neceſſaria, & inſeparabilia, commodè

debet

debet fieri extenſio;ſecundùm glo.ad
propoſitum mirabilem.in can. ſi quis
in Clero. verb. ſolemnibus. in fin.7.
q.1.vbi diſpenſatus ſuper duobus Be
neficijs Curatis,vt illa duo ſimul re-
tinere poſſit ; cenſetur etiam tacitè
diſpenſatus ſuper reſidentia,quæ cu-
ræ eſt inſeparabiliter annexa: notat
Felyn.In cap.præterea. num.5. de of-
fic.deleg.Ant.Gabr.comm.Opin.lib.
4.tit.de præſcript. concl.2. num.28.
Ergò ſimiliter in caſu noſtro ; vbi Iu-
riſdictio Cauſarum Ciuilium eſſet
nulla,& inanis,ſi non haberet inſepa
rabiliter annexam poteſtatem exe-
quendi.ex d.l.fin.ff. de offic. eius cui
mandat.eſt iuriſd.

Circa quem Articulum conſide-
rando,Clericum hunc Coniugatum,
condemnatum in Cauſa Ciuili ; cer-
tũ eſt,quòd pro iſtius ſentẽtię exequu
tione debet fieri bonorũ diſcuſſio;iux
tà formã l.à Diuo Pio.§.in vẽditione
dere iudic. Bonis autẽ deficientibus,
483 † ad capturam perſonæ deuenien-
dum eſt;iux.tex.iuncta gloſ.verb. vin
culis. (quam tritam dicit Felyn. ſta-
tim allegandus)in l.3.§.tutores. ff.de
ſuſpect.tutor.& curat. vbi Bart. & a-
lij;notat Marant.in Specul. 6.p.verb.
& poſt omnia aduerta. circa. execu-
tio.num.9.Panor.in cap. quoad con-
ſultationem. num.13. vbi etiam Fe-
lyn.num.10.extr. de ſenten. & re iu-
dic. Quòd ſi Sæcularis Iudex ad hu-
iuſmodi capturam deuenire non poſ-
ſet,ſæpiſſimè ſententiæ, & iudicia red
derentur eluſoria; contra tex. & quæ
ibi notantur,in l.ſi Pretor.75.in prin.
484 ff.de iudi. Quia Reipublicæ † inter-
eſt,ſententias executioni demandari;
iux.tex.in l.ſeruo inuito.65.§.cum
Prætor ; & ibi gloſ. fin. ff. ad Senat.
conſ.Trebell.Maximè cum Iudex Sæ
485 cularis † non poſſit compellere Ec-
cleſiaſticum ad exequendam ſenten-
tiam,ab eo latam; iux.tex. & quæ ibi
notantur per Innoc.& Panor. nu.10.
in cap.1. de offic.Iudic.ordin.Sicque
multoties contingeret , quòd Iudex
Eccleſiaſticus recuſaret exequi ſen-
tentiam Iudicis Sæcularis contra
Clericum Coniugatum; vnde redde-
retur eluſoria, contra ſupradicta iura.

Retenta igitur Couarruuiæ Opi-
nione, ſuperioribus fundamentis ro-
borata:Non obſtat tex.in d. cap.cum
486 contingat,† pro contraria ſuprà al-
legatus;nam, omiſſa ſolutione Decij,
in d.l.1.nu.9.& altera Camilli Pſau.
in l.1.§.fin. poſt num.10. ff. de offic.
eius,cui mandat;Reſpondetur,quòd,
dum ille tex.de coercitione loquitur,
de maiori eſt intelligendus;vt deno-
tant illa verba, ibi; (vel aliàs etiam
coercere) quæ,iuncta cũ immediatè
præcedentibus, quæ loquuntur de
487 Excommunicatione , quæ † meri
imperij eſt ; quia de Iure Canonico
mortis appellatione Excommunica-
tio continetur.cap. per venerabilem.
verſ.tria quippe.vbi Panor.num.21.
extr.qui fil.ſint legit. denotant dictã
coercitionem eſſe eiuſdem gradus, &
qualitatis cum Excommunicatione ;
ideoq; mirum nihil , ſi in iuriſdictio-
ne præſcripta,talis coercitio non ve-
niat, cum ſit meri imperij; ſecundùm
Bart. in l. imperium,in quarto gradu
imperij.ff.de iuriſd.omni.iud. Nos au
tem loquimur de modica, & minima
coercitione,quæ ad carcerandum ; &
detinendum tantum ſufficiat,quę; ve-
luti inſeparabilis à iuriſdictione præ-
dicta ciuili,quam Iudex Sæcularis ha
bet in Clericos Coniugatos , cum
ea debet habere tanquam neceſſa-
rium connexum , ne dicta iuriſdictio
inanis,& fruſtratoria ſit ; ad tex. in d.
l.fin.ff.de offic.eius, cui mand.

Vel Secundò poteſt Reſponderi ,
ideò,præſcripta iuriſdictione in d. ca.
cum contingat. non tranſire iſtam
coercitionem;quia talis coercitio, no-
mine pœnæ,ob exceſſus commiſſos ,
iniungebatur eo loci; & impoſitio hu
iuſmodi pœnæ , per quam de exceſſi-
bus vindicandis agitur,eſt meri impe
rij , dum ibi æquiparatur Excommu-
nicationi ; iuxta ea, quæ paulò antea

diximus

diximus: ideòque mirum nihil, ſi non
tranſeat cum iuriſdictione. Secus ve-
rò eſſet, ſi, ad faciliùs eam exercen-
dam, eiuſmodi coercitio imponere-
tur, tunc enim eſſet mixti imperij;
quod tranſit, conceſſa iuriſdictione.
d. l. 1. §. fin. d. l. fin. ff. de offic. eius cui
manda. eſt. iuriſd. notat Longoball. in
d. l. imperium. num. 168.

Neque obſtat Secundum funda-
mentum pro Farinacij Opinione ſu-
prà adductum, deſumptumque ex d.
488 cap. Odoardus, † de ſolutio. cum
alijs ibi allegatis. Nam reſponderi po
teſt, veriſſimum quidem eſſe, quòd
regulariter Clericus pro Ciuili Cau
ſa, carcerari, aut detineri non poteſt;
ex dictis iuribus. Fallit tamen huiuſ-
modi regula in Clericis Coniugatis,
qui, extra illa duo priuilegia, Cano-
nis ſcilicet, & fori in Cauſis Crimi-
nalibus, in omnibus reputantur tan-
quam merè Laici; vt ſuprà diximus,
attento vero intellectu d. cap. vnic.
quem expendit Gutierr. de iuramen.
confirmat. 1. p. cap. 17. num. 11. in fin.
489 Quibus accedat, quòd Miles † tem
poralis militiæ dicto priuilegio non
gaudet, niſi dum ſub armata militia
degit; vt in d. l. miles; iuncta ibi gloſ.
verbo, armata. ff. de re iudic. ita etiam
Miles Cæleſtis militiæ, Clericus ſci-
licet, dum extra militiam eſt, dicto
priuilegio potiri non debet; vt agno-
uit gloſ. verb. facere poteſt. verſ. Item
quid in Milite Cæleſtis militiæ. in
d. l. miles: & argumentum à Milite
armatæ militiæ, ad Militem Cæleſtis
militiæ, probabile eſſe in iure, dicit
Euerar. in loco, à milite armat. milit.
per totum, & præſertim. num. 1.

Quod autem Clericus Coniuga-
490 tus † ſit extra militiam, ſaltem quo-
ad hunc caſum, ex eo ſuadetur, quòd
Eccleſia non vult Milites, qui alte-
rius neceſſitatis vinculis (puta Matri
monij) à caſtris Dominicis abſtrahan
tur; ab illis enim debent eſſe immu-
nes, qui Diuinæ militiæ ſunt aggre-
gandi. can. 2. 34. diſtin. quod etiam
ſignificare voluit Summus Pontifex,
in d. cap. Vnic. de Cleric. Coniug. in
6. vbi ipſos Clericos Coniugatos il-
la duo tantum priuilegia retinere vo
luit, in memoriam priſtinæ dignita-
tis. ibi, (priuilegium retineant) Cano-
nis ſcilicet, & fori, quoad Cauſas
Criminales tantùm; ipſos quoad om-
nia alia expreſsè excludendo; vt de-
notant illa verba, rectè ponderata,
(in cæteris autem, &c.) Cæterorum
491 † enim appellatione omnes alij ca-
ſus comprehenduntur. l. Cæterorum.
160. ff. de verb. ſignif. Ludoui. Roma.
ſing. 35. lego de meis. Fachin. Con-
trouerſia. iur. lib. 12. cap. 92. Per illa
igitur verba Bonifacius VIII. Sum-
mus Pontifex conceſſit licentiam, &
poteſtatem Iudicibus Sæcularibus ſu
per Clericos Coniugatos (exceptis
Cauſis Criminalibus, & violẽta ma-
nuum iniectione, de qua in d. can. ſi
quis ſuadente Diabolo, argum. tex. in
l. qui ædem. 16. ibi, & iubente id fiat;
vbi Hippol. de Marſil. num. 17. ff. ad
leg. Cornel. de ſicar. Atque ita, in
puncto iuris, Couarruuiæ Opinionẽ
veriorem eſſe, & contrariam nunquã
vidiſſe, aut audiuiſſe practicari, teſta-
tur Ioan. Gutier. d. cap. 17. nu. 11. vbi
allegat Montaluum, plura fundamẽ-
ta adducentem, quem ego habere
non potui. Atque ita ſecurè tenen-
dum eſt.
492 Item Quæro, Verum Ritus † no-
ſter practicari poſſit cum Clericis fo-
renſibus, exteris, aut peregrinis? Et
rationem dubitandi facit, quòd foren
493 ſes † non præſumuntur ſcire con-
ſuetudines, aut leges particulares Re-
gionum, quarum ſunt exteri. Alcan.
conſ. 86. viſa inquiſitione. nu. 6. vol.
4. & ſic durum eſſet, ignorantes affici
dictis legibus, & conſuetudinibus; vt
arguit Anto. Sola, in Comment. De-
cret. Sabaud. in proem. gloſ. 4. nu. 27.
Hippol. de Marſil. ſing. 253. forenſes
non. Vnde Clericus forẽſis, qui igno-
rat, Clericatus cognitionem ad Iudi-
cem Laicum, in hoc Regno, pertine-
re,

re, videtur non debere comprehendi
noſtro Ritu.

Pro cuius Quæſtionis declaratio-
ne breuiter Aduerte,quòd Forenſis,
494 † Exterus, & Peregrinus ſunt Sy-
nonima,ſaltem in materia,de qua agi
mus;vt colligitur ex Pratei.& Calui.
in Lexi.verb. Foraneus: Forenſiſque
495 † multis modis quis dici poteſt; vt
per Alex.Conſ.34. viſis, & pondera-
tis,num.5.vol.5.Philip. Corn.Conſ.
194. licet videatur. à num.4. vol.4.
Deci.Conſ.550.iuridicam eſſe. num.
8.& Conſ.661.in caſu, de quo num.
5. lib. 2. Ex quibus omnibus Meno-
ch.Conſ.74.dubitari contingit.num.
1.lib.1.colligit,quòd Forenſis poteſt
dici tripliciter; Primò is,qui, quam-
uis in aliquo loco ſit,ibique commo-
retur, aliunde tamen oriundus eſt;
Secundò is,qui,& origine,& habita-
tione forenſis eſt, per tranſitum au-
tem, & abſque animo commorandi,
reperitur in eo loco; Tertiò is, qui
originarius eſt alicuius loci, alibi ta-
men habitat; is enim, reſpectu illius
loci,cuius eſt originarius, dici poteſt
etiam forenſis, quia alibi habitat, &
commoratur.

Quibus ſic poſitis;Quando quæri-
tur,an Forenſis,Exterus, vel Peregri
nus comprehendatur aliqua lege,
ſtatuto,vel cõſuetudine?illud ſemper
attenditur,an habuerit ſcientiam,vel
notitiam illius legis, ſeu conſuetudi-
496 nis?Quia,excluſa ſcientia,† vel no-
titia,non datur comprehenſio,neque
obligatio. Grammat. Conſ. 25. in
Cauſa honorabilis. num.1. inter cri-
minal.quem allegat, & exornat idem
Menoch.vbi ſuprà,num.9.Alexan.d.
Conſ.86.d.nu.6.& ex Theolog. Say.
in tract.qui inſcribitur Clauis Regia,
lib.3.cap.4. num.15.

Vnde colligitur, quòd Forenſis, in
prima ſignificatione, comprehendi-
tur lege,ſtatuto,vel conſuetudine;
497 quia ex habitatione † præſumitur
ſcientia, vel notitia; Aym. Crauet.
Conſ. 742. aduerſus poſſeſſorium.
nu.12.vol.4. Hippol. Riminal. Conſ.
42.num.64.vol.1.Matienz.in l.1.tit.
12.gloſ.1.num.2.lib.5.recollection.
In ſecunda autem, & tertia ſignifica-
tione, non comprehenditur; vt di-
cunt allegati. DD. quibus addo Bo-
nacoſ.tom.1.Communi.Opinion.tit.
17.de legibus, & conſti. Princ. num.
369. Hippol.de Marſil.in l.fin. num.
79.ff.de iuriſdict.omni. iudic.Craue.
conſ. 249. in Cauſa nobilis. num. 2.
lib. 2.

In quacunque autem ſignificatio-
ne Forenſem conſideres, obſeruabis
ſemper,quòd, ſi lex, conſuetudo, aut
ſtatutum Regionis,vel Ciuitatis pro-
hibeat id, quod aliàs de Iure commu
498 ni iam erat prohibitum, ligatur †
etiam forenſis; vt tenet Præceptor
Bart. in l. cunctos Populos. num. 21.
C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.
ſequitur, & dicit communem Bald.
ibidem. num.59. & in effectu idem
tenet Iaſ.ibi.num.31.Afflict. in Con-
ſti.homines.num.4.Boer. deciſ.260.
num.3.Gregor.Lopez.in gloſ. fin. ad
fin.in l.15.tit.1. par. 1. Hippol. de
Marſil.d.num.79.Petr.Dueñas.Reg.
129. num.4. Zenall. in Specul.com-
mu.contra commu. q.724. num.16.
Matienz.vbi ſuprà,num.3.

Quæ omnia hactenus dicta, circa
hunc Articulum, procedunt in Cau-
ſis Criminalibus, & quoad leges, &
conſuetudines pœnales; vt loquun-
tur omnes ſuprà allegati DD. & col-
ligitur apertè ex Marſil. d. num. 74.
iuncto num. 55. Et cum his poteris
reſpondere ſupra poſitæ rationi dubi-
tandi.

Nos autem ſumus in longè diuer-
ſis terminis, in cognitione ſcilicet
exceptionis fori declinatoriæ; quæ
eſt Cauſa Ciuilis, vt ſuprà,num.223.
diximus,reſpicitque ordinem,& pro-
ceſſum iudicij;In his aũt, q̃ reſpiciunt
ordinem,& proceſſum iudicij,Foren-
499 ſis † ligatur ſtatuto, vel conſuetu-
dine Regionis,vel Ciuitatis; Bald.in
l.cum Clericis.num.7.C.de Epiſcop.
& Cle-

& Cleri. Hippol. de Marſil. vbi ſuprà nu. 59. cum ſeqq. Dicit communem Graſſ. vt refertur tom. 1. Commun. Opinio. lib. 1. tit. 17. de legib. & Conſti. Princip. num. 397. Et fuit originalis doctrina Bart. in d. l. cunctos Populos. nu. 15. Hippol. Riminal. Conſi. 23. num. 49. vol. 1. Et ſic Forenſem noſtra ligari conſuetudine, & cum eo practicari noſtrum tex. ſecurè tenendum eſt.

Accedatque his omnibus, quòd, quando Clericus Forenſis delinquit, & criminis cauſa prætendit declinare forum Iudicis Laici, iam, ratione
500 delicti, † ſortitus eſt forum loci delicti. Abb. antiquus. in cap. ſanè num. 3. de for. compet. gloſ. fin. communiter recepta in l. hæres abſens. §. proinde. vbi nouiſſimè Barboſ. ff. de iudi. Hippol. de Marſil. in d. l. fin. num. 81. & eſt tex. in Authen. qua in Prouincia. C. vbi. de crimin. agi oporte. Et proinde Anto. de Butr. in cap. 1. num. 19. de offic. ordina. dixit, quòd, ratione delicti, ligatur quis ſtatutis Iudicis aliàs incompetentis: Et hinc etiam vulgò dicitur, Quòd paria ſunt,
501 forum † ſortiri, & ſtatutis ligari; Petr. Barboſ. in l. exigere dotem. num. 124. cum ſeqq. ff. de iudic. Philipp. Prob. in additio. ad Monach. in cap. Romana. §. contrahentes. num. 2. de for. compet. in 6. Hippol. Riminal. Conſ. 242. num. 53. vol. 3. Propptereàque iure optimo poterit Ritus noſter cum Clerico Forenſi practicari.

Quomodocunque autem, & qualitercunque Textus noſter practicetur, illud ſemper pro coronide ſummoperè obſeruabis, Probationes, †
502 ſcilicet, in ſupra poſitis Practicis, & Quæſtionibus, faciendas per eum, qui prætendit declinare forum, debere eſſe plenas, & concludentes, cum agatur de notabili intereſſe, & præiudicio Regiæ iuriſdictionis; vt ex Bald. & Bellamer. notat Auendan. de exequen. mandat. 1. par. cap. 23. num. 17. ſubdens num. 18. quòd in hac re aliquid diſſimulare, eſſet grauis culpa; optimè Couarr. in practic. quæſtio. cap. 33. num. 3. Maſcard. de Probatio. concluſ. 302. num. 3. vol. 1. quos, & alios refert, & ſequitur Bobadill. in ſua Politic. lib. 2. cap. 18. num. 107. tom. 1. & faciunt notata per Deci. in cap. 2. num. 24. de iudic. Petr. Barboſ. in l. Titia. num. 29. ff. ſolut. Matrimo. Atque ita maximè ad Praxim meminiſſe iuuabit.

503 Tandem Quæro, an Ritus noſter † practicetur cum Religioſis? Rationemque dubitandi facit, quòd fori priuilegium etiam competit Religioſis; vt notat Anto. de Butr. in cap. 2. num. 6. verſ. & generaliter omnes, quem ibi ſequitur Io. de Anan. num. de for. compet. & diximus ſuprà, nu. 100. Vnde cum noſtri Ritus diſpoſitio ſit exorbitans à regulis Iuris communis; vt idem tex. inſinuat, in eius fin. videtur, non poſſe procedere, niſi in terminis, in quibus loquitur. ad tex. in reg. quæ à iure de reg. iur. in 6. & in l. ſi verò 70. §. de Viro. ff. ſolu. Matrim.

Eò magis, quòd præſcriptio noſtri Ritus, ſeu conſuetudinis, ſolùm videtur, quoad Clericos Primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum obtinere; ex adductis ſuprà in 1. par. in generali decidendi ratione: & tunc ſubintrat
504 Regula, Quòd tantùm † præſcriptum, quantùm poſſeſſum. cap. fin. de offic. Archid. cap. cum olim. 18. de præſcriptio. Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. num. 1. ff. de itin. actuque priua. Henr. Boberi. in ſuis ſingular. verb. præſcriptio. num. 8.

His tamen non obſtantibus, Praxis Mag. Curiæ Vicar. aliter obſeruat; ſæpiſſimè enim vidi Ritum noſtrum practicari cum Religioſis; & nuper fuit practicatus cum quodam Franciſco Tarallo, vt retuli ſuprà, nu. 187. Diuerſo tamen modo; Quia, aut Religioſus fuit captus cum habitu, aut ſine habitu.

Primo caſu non datur terminus, ſed, oſtenſis per carceratum literis ſuæ profeſſionis, & illis repertis ſine aliquo vitio, aut apparenti falſitatis ſuſpicione, ſtatim fit remiſſio, ſi delicti qualitas aliud nõ expoſtulat; prout diximus practicari cum Clericis, in Sacris conſtitutis, ſuprà in par. 1. à num. 243 Et meritò quidem; Quia
505 Religioſus † Profeſſus æquiparatur Clerico in Sacris conſtituto. glo. verb. Sacri Ordinis. in cap. Vnic. de Vot. & Vot. redem. in 6. Ioa. de Anan. in cap. 1. num. 8. de his qui fili. occid. Guiliel. Benedict. in cap. Raynutius. 3. par. in Quæſtio. de homicid. num. 15. Nec reperitur iure cautum, Religioſum Profeſſum teneri ad alia requiſita, ad effectum gaudendi priuilegio fori. Atque ita vidi ſæpiſſimè obſeruari.

Secundo vero caſu; Quando nimirum Religioſus fuit ſine habitu captus; tunc quidem ſolet dari terminus, ad probandam profeſſionem, &, conſtito de ea, fit ſtatim remiſſio. Hocque ea ratione; Quia, ex tali inceſſu ſine habitu, inſurgit contra captum vrgens præſumptio, quòd ſit Laicus. ad tex. in cap. ſi Iudex Laicus. verſ. non ſic autem. de ſent. excomm. in 6. Et ideò aduerſus eiuſmodi præſumptionem requiritur plenior probatio, & Cauſæ diſcuſſio; iux. tex. in l. fin. in princip. vbi Bart. ff. de eo, quod met. cauſ. & diximus. ſuprà, num. 291.

Et cum his, ſuperueniente Officij mei obligatione, ceſſant huius breuis Otij deliciæ; Adagio enim vſurpatur,

Nullum Otium Seruis.

Quidquid tamen illud ſit, cedat vtinam ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, Sanctiſſimæ ſcilicet, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus Sancti; Chriſtique genitricis Mariæ, Angelorum Reginæ; totiuſque Curiæ Cæleſtis: Omniaque in ſuperioribus dicta Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ Romanæ correctioni, & cenſuræ, & cuiuſlibet alterius, meliùs me ſentientis, libenter, & humiliter ſubmitto, omni vana pertinacia remota: ingenuèque veritatem agnoſcens, critico Ariſtarcho Martialem in Xenijs oppono;

------ Quid dentem dente iuuabit
Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis:
Ne perdas operam; qui ſe mirantur, in illos
Virus habe: nos hæc nouimus eſſe nihil.

LAVS DEO.

INDEX NOTABILIVM RERVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

A B infinito ſi aliquid demas, eſt nihilominùs, quod remanet, infinitum. Parte. 1. numero 178. pagina. 59.

Abſolutio, vel condemnatio Clerici, non cadit coràm Iudice Laico. par. 2. num. 69. pag. 153.

Abſurdum quod dicatur. par. 1. num. 281 pag. 92.

Accingendus de proximo, non habetur pro accincto; attenta proprietate, & veritate rei. par. 2. nu. 451. pag. 251.

Accingendus de proximo, habetur pro accincto, quoad priuilegia militaria. p. 2. num. 450. pag. 250.

Acquiſitio, quæ fit per tempus immemoriale, eſt modus particularis, extra ordinem à lege introductus. par. 1. num. 272. pag. 86.

Acta, coram Sæculari Iudice facta, Clerico in iudicio Eccleſiaſtico officere non poſſunt. p. 1. nu. 14. pag. 14.

Acta, coram Iudice Laico facta contrà Clericum, proſunt Iudici Eccleſiaſtico, quòad aliqualem informationem. p. 1. nu. 246. pag. 80.

Acta, coram Iudice Laico facta, quomodo ſint remittenda ad Eccleſiaſticum, quando Clericus remiſſus deliquit cum alijs Laicis. par. 1. nu. 251. pag. 81.

Acta, facta coràm Eccleſiaſtico Iudice, an faciant fidem coràm Sæculari? p. 1. nu. 359. pag. 124.

Acta, facta contrà Clericum, coram Iudice Laico, valent in iudicio Eccleſiaſtico, ad inſtructionem ſaltem. par. 1. num. 349. pag. 122.

Actus, conſiſtens in agere, inducit diſpenſationem. p. 1. nu. 111. pag. 42.

Actus Superioris, conſiſtens in pati, non inducit diſpenſationem. par. 1. nu. 111. pag. 42.

Ad Religionem ſolam Chriſtianam pertinet, iuſtum, & debitum cultum Deo deferre. p. 2. nu. 75. pag. 156.

Adſcriptio ad Eccleſiam, facta per Vicarium Epiſcopi, non iuuat. p. 2. nu. 363. pag. 232.

Adſcriptio ad Eccleſiam eſt facienda, etiamſi Clericus ſuſceperit primam tonſuram, vel minores Ordines ab Epiſcopo non ſuo. p. 2. nu. 365. pag. 232.

Aequiparatio, quam facit Carauit. hic, num. 21. intèr Clericos in Sacris conſtitutos, & Beneficiatos, qualitèr procedat. p. 2. nu. 391. pag. 237.

Aequitas debet eſſe rationabilis, & ſenſata. p. 1. nu. 282. pag. 93.

Aequitas dubia requirit Principis conſultationem. p. 1. nu. 284. pag. 94.

Aequitas non poteſt conſiderari, vbi adeſt præiudicium alterius. par. 2. num. 456. pag. 251.

Aequitas præfertur rigori. par. 1. num 282. pag. 93.

Aequitate non ſcripta pugnante cum rigore ſcripto, æquitas ſuccumbit rigori. p. 1. nu. 283. pag. 93.

Aequitatis ſumma eſt ratio. p. 1. nu. 281 pag. 93.

Afflictus, deciſ. 2. num. 8. interpretatur. p. 2. nu. 251. pag. 205.

Afflictus, in Conſtitutio. de Burgenſatic. nu. 8. expenditur. p. 2. n. 248. pag. 204.

Afflictus in Conſtitutio. Apoſtatantes. nu. 12. declaratur. p. 2. n. 263. pag. 209

Alfonſus I. de Aragonia inueſtitur. ab Eugenio IV. par. 1. nu. 174. pag. 58.
Allegare, & non probare ſufficit aliquando. p. 1. nu. 194. pag. 65.
Allegare, & non probare, nihil iuuat. p. 1. nu. 193. pag. 64.
Andreas de Iſernia in cap. vnic. verſic. contrahentium incaſtas nuptias. titul. quæ ſint regal. in vſib feud. expenditur. par. 1. nu. 320. pag. 113.
Anton. Gabriel. tit. de præſcriptio. concluſ. 1. nu. 16. declaratur. p. 1. nu. 141. pag. 50.
Antonius Theſaurus, Deciſ. Pedemon. 166. num. 3. reprehenditur. par. 1. num. 301. pag. 103.
Apoſtaſia ſub Hæreſi comprehenditur, tanquam ſpecies ſub Genere. p. 1. num. 321. pag. 114.
Appellari poteſt à decreto, quo Iudex ſe declarauit competentem. p. 2. n. 44. pag. 149
Appellatio ab interlocutoria non ligat manus Iudicis ante inhibitionem, de iure Canonico. p. 2. nu. 48. pag. 149.
Appellatio, an liget manus Iudicis ante inhibitionem, in ſententia interlocutoria? p. 2. nu. 45. pag. 149.
Appellatio, an liget manus Iudicis, ante inhibitionem, in ſententia ſuper exceptione fori declinatoria. p. 2. nu. 42. pag. 148.
Appellatio interponi non poteſt à ſententia interlocutoria de iure ciuili regulariter. par. 2. nu. 46. pag. 149.
Appellationis materia regulatur in Regno ſecundùm ius Canonicum. p. 2. num. 47. pag. 149.
Appellari quod poſſit à ſententia interlocutoria, multùm differt ab eo, quod facta appellatione, ſtatim ligentur manus Iudicis ante inhibitionem. par. 2. num. 43. pag. 149.
Appetitum peruerſum habet homo vt in plurimum, reſpectu ſui ipſius par. 2. nu. 63. pag. 152.
A proprietate verborum nõ licet leuitèr diſcedere. p. 2. nu. 452. pag. 251.
Argumentum à contrario ſenſu eſt validiſſimum in iure. p. 2. nu. 471. pag. 255.
Argumentum à contrario ſenſu, non procedit quando ex eo inducitur iuris correctio. par. 2. nu. 472. pag. 256.
Argumentum à Rubrica, diſponente per orationem perfectam, eſt validum in iure. p. 2. nu. 27. pag. 145.
Argumentum de lege Principis Secularis ad conſuetudinem, quare non ſit validum. par. 1. nu. 341. pag. 119.
Argumentum de expreſſo ad tacitum, quando procedat? par. 1. num. 105. pag. 40.
Argumentum de Teſtatore ad Iudicem, eſt validum, affirmatiuè. par. 1. num. 186. pag 62.
Argumentum in materia probationis quid ſit. p. 2. nu. 186. pag. 189.
Aſſaſſinatus in crimine, an ſit dandus terminus particularis prætextu Clerico, ſuper qualitate prædicta? par. 2. num. 183. pag. 188.
Aſſaſſinij crimen habet multa ſpecialia; remiſſiue. p. 2. nu. 184. pag. 188.
Aſſaſſinij in crimine, teſtis de auditu auctus, facit indicium ad torturam. p. 2. nu. 186. pag. 190.
Aſſaſſinij in crimine, an ſit dandus terminus particularis, ſi Clericatus opponatur poſt ſententiam in Cauſa principali? p. 2. nu. 186. pag. 190.
Aſſaſſinij in crimine non requiritur ſententia particularis declaratoria. p. 2. nu. 185. pag. 188.
Aſſaſſinus Clericus, ſiuè mandans, ſiuè mandatarius, punitur per Iudicem Laicum. par. 2. nu. 179. pag. 187.
Aſſaſſinus Clericus, abſque aliqua declaratione, vel ſententia, ſed ipſo facto, punitur per Iudicem Laicum. p. 2. nu. 180. pag. 187.
Aſſaſſinus Clericus per Iudicem Sæcularem puniri poteſt. par. 2. num. 178. pag. 187.
Authen. de teſtib. §. ſi verò ignoti. collat. ſeptima. expenditur. par. 1. num. 305. pag. 105.
Aut, particula, eſt alternatiua. p. 2. num. 259. pag. 207.

B.

BAnnitus toleratus, non poteſt impunè offendi. p. 1. nu. 112. pag. 42.

Baro priuatur ſua iuriſdictione proptèr nimiam ſæuitiam, & crudelitatem. p.2. nu.68. pag.153.

Beneficia Eccleſiaſtica non conferuntur, niſi Clericis.par.2.nu.408.pag.240.

Beneficiarius, quoad Beneficium, dicitur Procurator.p.2.nu.429.pag.245.

Beneficium Eccleſiaſticum conſiſtit aut in iure, & proprietate, aut in mera, & corporali poſſeſſione. par. 2. num.423. pag.243.

Beneficium Eccleſiaſticum eſt quid Eccleſiaſticum, & ſpirituale.p.2.nu.405 pag.239.

Beneficium Eccleſiaſticum quid ſit? p. 2. nu.418.pag.243.

Beneficium Eccleſiaſticum obtinens abſque Canonica inſtitutione, peccat mortalitèr.p.2.nu.420.pag.243.

Beneficium non dicitur habere, qui illud non poſſidet. par. 2. num. 400. pag. 238.

Beneficium non dicitur habere, qui non percipit eius fructus. par.2.num.404. pag. 239.

Boerius, deciſ.32.num.6.declaratur. p.1. nu.142. pag. 50.

Bona fides cauſatur etiam ex dubietate. p.1.nu.155.pag.54.

Bona fides poteſt oriri ex iniuſtis, & temerarijs cauſis. par. 1. num. 157. pag. 54.

Bonam fidem non præſumitur habere, qui contra iura aliquid facit.p.1. nu.150. pag. 52.

Bonis debitoris deficientibus, ad capturam perſonæ deueniendum eſt. par. 2. nu.483. pag. 259.

Bonus quilibet præſumitur. par.2. num. 302.pag.216.

Bulla Extrauagans Clementis VII. ponderatur.p.2.nu.334.pag.224.

Bulla in Cœna Domini, in cap. 15. ſolum prohibet conſuetudines à Laicis introductas.p.1.nu.267.pag.86.

Bulla in Cœna Domini, in cap. 15. declaratur.p.1.nu.266.pag.85.

Bullæ Clericatus ſunt quid ſpirituale, vel ſaltem ſpiritualibus annexum. p.2.nu.404.pag.239.

Bullæ falſæ nullam faciunt fidem. par.2. nu.268. pag.211.

Bullis exhibitis, abraſis, cancellatis, vel alitèr ſuſpectis, an admittatur exhibens ad probandum per teſtes, eas veras eſſe. p.2.nu.281.pag.213.

C

CÆterorum appellatione omnes alij caſus comprehenduntur.p.2.num. 491.pag.260.

Can.multi corriguntur.2.quæſt.1.declaratur.p.1.nu.352.pag.122.

Can.nulla ratio.93.diſtin.iuncta ibi glo. verbo ad Accephalos expenditur.p.2. nu.112.pag.169.

Can.qui verè, & purè.16.q.1.declaratur p.2.nu.111. pag.168.

Canonica inſtitutio, in materia beneficiaria, accipitur largè. par. 2. num.443. pag.248.

Cap.Clerici.8.de indicijs.declaratur.p.1. nu.344.pag.120.

Cap.cum contingat. de foro competent. interpretatur. p.2.nu. 486.pag.259.

Cap. cum iam dudum 18. in fin. de præbend. & dignit. declaratur.p.1.num. 106.pag.41.

Cap.cum Monaſterium. de Election. interpretatur.p.2.nu.113.pag.169.

Cap.cum non ab homine.de Iudicijs; vera ratio.p.2.nu.163.pag.182.

Cap.ex parte tua.27.de priuileg.diſcutitur.p.2.nu.329.pag. 223.

Cap.ex tenore.14.qui fil.ſint legit.declaratur.p.1.nu.315.pag.111.

Cap. Odoardus. de ſolutionib. limitatur. p.2.nu.488.pag.260.

Cap.Quam ſit graue. 9.de exceſſib. Prælator. enucleatur. par. 1. num. 355. pag. 123.

Cap.quanto.3. de Iudic. conciliatur cum cap. ſignificauit, 41. de teſtib. par. 1. num.323.pag.114.

Cap.1.de Clericis peregrinis, interpretatur.p.2.nu.267. pag.210.

Cap. 2. de Clerico excommunicato. miniſtrante, declaratur. p. 2. nu.172. pag. 184.

Cap.ſi diligenti.de for.compet.videtur limitandus;vt ibi,par.2.num.289.pag.215.

Cap.Si Iudex Laicus de ſenten. excomm. in 6.tractat de duplici cognitione Clericatus.p.1.nu.311.pag.107.

Cap.2.§.ſimiliter Eccleſiaſtici.de except. in 6.declaratur.p.1.nu.354.pag.123.

Cap.1.§.eos autem. de temporum ordination.in 6.interpretatur.par.2.nu.217 pag. 197.

Cap.ſi Iudex Laicus.12.de ſent. Excom. in 6.interpretatur.p.1. nu. 309. pag. 107.

Cap ſi Iudex Laicus. verſ. non ſic autem de ſententia excomm. in 6.ponderatur dupliciter. p.2.nu.317.pag.219.

Cap.Tuam.de ordin.cognition. interpretatur.p.1.nu.314.pag.110.

Cap.vnico de Clericis Coniug.in 6.interpretatur.p.2.nu.213.pag.196.

Cap.vnic.de Cleric.Coniug.in 6.expenditur.p.2.nu.323.pag.221.

Cap.vnic.de oblig.ad ratioci.declaratur. p.2.nu.136.pag.174.

Cap.vt inquiſition.18. §. prohibemus. de hæret.in 6.interpretatur.p.1.nu.316. pag. 112.

Capturam fieri poſſe arbitrio Iudicis; etiam ſine indicijs,putarunt aliqui.p.2 nu.58.pag.151.

Captura nunquam fit de iure, niſi legitimis præcedentibus indicijs.p.2. nu.57. pag. 151.

Captus in habitu Laicali, talis ſemper præſumitur, donec contrarium manifeſtiùs probetur.p.2.nu.307.pag.217.

Carauit.hic nu.2.declaratur.p.1.nu.198 pag. 65.

Carauita,hic,nu.3.dupliciter poteſt intelligi.p.2.nu.7.pag.140.

Carauita,hic,nu.3.qualiter ſit intelligendus.p.2.nu.8.pag.140.

Carauita hic nu. 10. declaratur. p.2.nu. 70.pag.154.

Carolus I.inueſtitur à Clemente IV.p.1. nu. 167.pag.57.

Carolus inueſtitur ab Vrbano VI.par.1. nu.171. pag.58.

Carolus de Graſſis, de effectib. Cleric. in prælud. num.234. declaratur. par. 2. num.288. pag.214.

Caritatium ſubſidium, tamdiù à Sanctis Patribus fuit cognitum,& Magiſtratibus Laicis commendatum.p.2.num. 257.pag.206.

Caſſaneus in conſuetudinibus Burgund. rub.1.§.5.nu.105.defenditur.p.2.nu. 140.pag. 175.

Caſtitas quid ſit? par.2.nu.88.pag.161.

Caſtitatis cuſtodes ſunt pudor, & verecundia.p.2.nu.92.pag.162.

Caſtitas eſt duplex.p.2.nu.87.pag.161.

Caſtitas eſt rara,& non vbique obuia. p.2.nu.91. pag.162.

Caſtitas coniugalis in quo conſiſtat? p.2. nu.93.pag. 162.

Caſtitas eſt ſoror Angelorum.p.2.nu.89. pag. 161.

Caſtitas ſpiritualis animæ non amittitur per violentiam corpori illatam.p. 2. nu.90.pag.162.

Caſtitas cum fiducia, poſſibilis eſt hominum animas Deo præſentare.p. 2. nu. 90.pag.162.

Cauſa ciuilis in Regno dicitur illa, in qua non agitur ad pœnam mortis naturalis,vel ciuilis, aut membri mutilationis.p.2.nu.280.pag.213.

Cauſæ Eccleſiaſticæ temporales, quæ dicantur.p.1.nu.36.pag.20.

Cauſa facti rei Eccleſiaſticæ,& ſpiritualis eſt in duplici differentia.p.1.num. 309 pag.107.

Cauſa limitata,limitatum producit effectum.p.1.nu.243. pag.79.

Cauſa Spiritualis, incedens coràm Iudice Laico, ſiuè occurrat antè, ſiuè poſt Cauſam principalem, eſt remittenda ad Eccleſiaſticum. par. 1. num. 315. pag. 112.

Cauſa ſtatus; qualiter dicatur incidens. p.1.nu.299. pag.102.

Cauſæ ſpirituales Eccleſiaſticæ, quæ dicantur.p.1.nu.35.pag.20.

Cauſa incidens quæ dicatur.p.1.nu.295 pag. 100.

Characteri eſt annexa Caſtitas.p. 1. nu. 25.pag. 17.

Character imprimitur per Baptiſmum. par.

par. 2. num. 149. pag. 177.
Character non eſt fundamentum priuilegij Clericalis fori. par. 2. num. 148. pag. 177.
Chriſtiani omnes dici poſſunt Religioſi. par. 2. nu. 77. pag. 157.
Chriſtianorum duo ſunt genera. par. 1. nu. 22. pag. 16.
Cinus in l. naturalitèr. 50. num. 1. C. de Epiſcop. & Cleric. declaratur. par. 1. num. 219. pag. 72.
Citatio Clerici, facta per Iudicem Laicum, & omnia inde ſequuta, ſunt nulla, & inualida; Clerico tamen opponente. par. 1. nu. 208. pag. 68.
Citatio in noſtris terminis, poteſt conſiderari dupliciter. par. 1. nu. 180. pag. 61.
Citatio, Si ſua putauerit intereſſe, in quibus caſibus ſoleat fieri; remiſſiuè. par. 2. nu. 252. pag. 205.
Citatio, Si ſua putauerit intereſſe, quibus in caſibus frequentiùs fiat in Regno. par. 2. nu. 253. pag. 205.
Citationis cauſa finalis eſt obligare citatum ad comparendum. par. 1. nu. 181. pag. 61.
Citatus ad foriudicandum, & prætendens eſſe Clericus, quare poſſit comparere per tertiam perſonam? par. 1. nu. 279. pag. 91.
Citatus ad informandum, & ad capitula, ſi prætendit eſſe Clericus, quare teneatur perſonaliter comparere, in noſtris terminis? par. 1. nu. 278. pag. 91.
Citatus, Si ſua putauerit intereſſe, dicitur actor voluntarius. par. 2. num. 242. pag. 201.
Citatus nominatim, non differt à generalitèr citato, quando generalitas ex aliqua circumſtantia poteſt ad ſpecialitatem reduci. par. 2. nu. 247. pag. 203.
Citatus, Si ſua putauerit intereſſe, non comparendo, non dicitur contumax. par. 2. nu. 245. pag. 202.
Clauſula Motus proprij expreſſè conſtare debet. par. 2. nu. 417. pag. 242.
Clauſula, Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, &c. quid importet? par. 2. nu. 338. pag. 226.
Clemens VII. Summus Pontifex promulgauit Bullam in Regno, per quam prouidit circà trinam monitionem, quoad inceſſum in habitu, & tonſura. par. 1. nu. 239. pag. 78.
Clementina I. de vita, & honeſtat. Cleric. interpretatur. par. 2. num. 332. pag. 224.
Clementina vnica de probationib. videtur præter ius Diuinum, & Poſitiuum. par. 2. nu. 415. pag. 242.
Clementina vnica, de probationibus; expenditur. par. 2. nu. 410. pag. 241.
Clementinam vnicam de probationibus eſſe correctam, dixit Felynus. par. 2. num. 411. pag. 241.
Clericatus quid ſit? par. 1. num. 227. pag. 76.
Clericatus allegatio ſola non ſufficit. par. 1. nu. 192. pag. 64.
Clericatus an probetur per Bullas collationis Beneficij, in quibus Beneficiatus enunciatur Clericus? par. 2. num. 407. pag. 240.
Clericatus articulus conſiſtit in facto. par. 1. nu. 225. pag. 75.
Clericatus aſſumptio, celeritèr nimis, poſt commiſſum delictum, facta, præſumitur fraudulenta. par. 2. num. 124. pag. 171.
Clericatus aſſumptus poſt præuentam cauſam, & perſonam, an inducat exemptionem à foro Sæculari? par. 2. nu. 129. pag. 172.
Clericatus aſſumptio poſt præuentam Cauſam, & non perſonam, de iuris rigore non eximit Clericum. par. 2. nu. 125. pag. 171.
Clericatus articulus non tractatur in Magna Curia, niſi is, qui illum prætendit, compareat de perſona; & eo in vinculis conſtituto. par. 1. num. 191. pag. 64.
Clericatus cognitio ad Eccleſiaſticum Iudicem videtur pertinere, non in vim priuilegij, ſed iure communi. par. 1. nu. 69. pag. 28.
Clericatus cognitio ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinet. par. 1. num. 11. pag. 13.
Clericatus cognitio pertinet de iure com-

muni ad Iudicem Eccleſiaſticum. par. 1.nu.66.pag.27.
Clericatus cognitio poteſt diſcuti ad duplicem finem. par. 1.nu.311.pag.107.
Clericatus primum requiſitum conſiſtit in Bullarum exhibitione.par. 2.num. 261.pag.208.
Clericatus ſecundum requiſitum eſt inceſſus in habitu,& tonſura.par.2.nu. 320.pag.220.
Clericatus tertium requiſitum eſt ſeruitium in Diuinis, cum adſcriptione ad aliquam Eccleſiam, de mandato Epiſcopi. par.2.nu.352.pag.229.
Clericatus primum requiſitum, in Clerico Beneficiato,eſt probare,ſe eſſe Clericum.par.2. nu.394.pag.238.
Clericatus ſecundum requiſitum, in Clerico Beneficiato, eſt exhibere Bullas collationis Beneficij.par.2. num.397. pag. 238.
Clericatus tertium requiſitum,in Clerico Beneficiato, eſt probare poſſeſſionem ipſius, per actualem perceptionem fructuum.par.2.nu.403.pag. 239.
Clericatus,in terminis noſtri textus,in quibus conſiſtat?par.2.num.260.pag. 208.
Clericatus non præſumitur. par.2. num. 396.pag.238.
Clericatus poteſt probari per teſtes, ſi probetur,Bullas fuiſſe deperditas. par. 2.nu.265.pag.209.
Clericatus non videtur probatus per Bullas collationis Beneficij, in quibus Beneficiatus enunciatur Clericus;etiamſi fuerint expeditæ à Summo Pontifice.par.2.nu.409.pag.240.
Clericatus qui ad dignitatem aſſumitur, tanti muneris debet eſſe idoneus. par.2.nu.191.pag.192.
Clericatus quando dicatur in fraudem aſſumptus.par.2.nu.127.pag.172.
Clericatus quaſi poſſeſſio,& illius probatio, etiam cum tituli oſtenſione, non infert neceſſariò ad veritatem Clericatus.par.1.nu.312.pag.108.
Clericatus poſt præuentionem Cauſæ,& in fraudem aſſumptus, qualiter ſuffragetur Clerico?par. 2.nu.128.pag.172.
Clericatu allegato per Inquiſitum, tenetur eodem tempore præſentare Bullas ipſius, alias poteſt Iudex Laicus ad vlteriora procedere. par.2. num.266. pag. 209.
Clericatu aſſumpto poſt ſoriudicationem, Iudex Laicus eſt competens quoad Cauſam,& perſonam.par.2. nu.151. pag. 178.
Clericus, à Iudice Laico citatus, non tenetur comparere, ſecundùm aliquos. p.1. nu.61. pag.26.
Clericus, à Iudice Laico criminaliter citatus, poteſt per Procuratorem declinatoriam fori allegare. par.1. num.7. pag.12.
Clericus,citatus per Iudicem Laicum, non poteſt, non comparendo, prorogare iuriſdictionem. par. 1. num. 212. pag. 70.
Clericus,citatus à Iudice Laico, tenetur comparere ad allegandum ſuum priuilegium.p.1.nu.59.pag.26.
Clericus,citatus à Iudice Laico, non tenetur comparere, ſi ipſi Iudici conſtat de qualitate Clericatus.par.1. nu.60. pag. 26.
Clericus,comparens ad citationem, Si ſua putauerit intereſſe, allegando intereſſe,& opponendo declinatoriam, videtur remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum.p.2.nu.243.pag.201.
Clericus comparens ad citationem generalem, Si ſua putauerit intereſſe, coràm Iudice Laico, eius ſententiæ ſtare cogitur.par.2.nu.241.pag.201.
Clericus,qui,ante ſoriudicationem,diſtulit comparere,ſi occiditur poſt ſoriudicationem,ſibi imputet.par.1. nu.287. pag. 96.
Clericus,debitor ex Cauſa ciuili,& ſuſpectus de fuga, poteſt per Laicum Iudicem capi, & detineri. par.2. num.18. pag. 144.
Clericus delinquens,ſuſpectus de fuga, licitè apprehenditur per Iudicem Laicum.p.2.nu.16.pag.143.
Clericus delinquens, captus tanquam ſuſpectus de fuga, non poteſt detineri per Iudicem Laicum vltrà viginti horas

ras.par.2.num.17. pag.143.

Clericus dimittens habitum, & tonſuram, ſi iterum illa reaſſumat, recuperat priuilegium, ſecundùm aliquos. p. 2.nu.330. pag. 223.

Clerici citati, aliquandò comparent in Mag. Cur. ſpontè. par. 1. num. 202. pag. 67.

Clericus contumax, à Iudice Laico captus, non tenetur ſoluere pœnam contumaciæ.p.1.nu.9.pag.12.

Clericus capi poteſt per Iudicem Laicum, quando agitur de obuiando delicto. p. 2. nu.21.pag.144.

Clericus, etiam de ſui Epiſcopi conſenſu, priuilegium fori renunciare non poteſt. p.1.nu.28.pag.18.

Clericus, pro Cauſa ciuili, tanquam ſuſpectus de fuga, captus, non poteſt detineri per Iudicem Laicum, ſi offert ſolutionem, vel idoneam cautionem. p. 2. nu. 19.pag.144.

Clericus, poſt delictum commiſſum factus an gaudeat fori priuilegio? p. 2.num. 115.pag.170.

Clericus, ſi poſt commiſſum delictum, fit Laicus, cognoſcitur per Eccleſiaſticum Iudicem.p.2.nu.117.pag.170.

Clericus priuilegio fori, tacite, vel expreſsè, etiam cum iuramento, renunciare non poteſt.p.1.nu.38.pag 18.

Clericus licitè capi poteſt per Sæcularem Iudicem, quando adeſt mandatum Eccleſiaſtici.p.2.nu.24. pag.145.

Clericus fori iudicatus à Iudice Laico, ignorato Clericatu, poteſt impunè occidi. p.1.nu.181.pag. 61.

Clericus, non incedens in habitu, & tonſura, ſi, tertiò monitus, recuſat illa reaſſumere, fori priuilegio non gaudet. p.1.nu.228. pag. 76.

Clericus ſequeſter Iudicis Laici, quarè per eum compelli poſſit ad rei ſequeſtratæ reſtitutionem? p. 2. num.238. pag. 200.

Clericus, ſequeſter per Iudicem Laicum factus, per eundem poteſt compelli ad rei ſequeſtratæ reſtitutionem. par. 2. num.222.pag.198.

Clericus Beneficiatus quid teneatur probare in exceptione fori declinatoria? p.2.nu.392. pag.237.

Clericum Beneficiatum adbuc teneri incedere in habitu, & tonſura, ad gaudendum fori priuilegio, tenuerunt aliqui.p 2. nu.393. pag.238.

Clericus, prætenſus Beneficiatus, an dicatur habere Beneficium, ſi probat poſſeſſionem ſolam, non autem titulum? p.2. nu.439. pag.247.

Clericus prætenſus Beneficiatus, an dicatur habere Beneficium, ſi probauerit titulum ipſius, non autem poſſeſſionem perceptionis fructuum? par.2.nu.442. pag. 248.

Clericus Coniugatus tria debet obſeruare requiſita, vt gaudeat priuilegio fori. p.2.nu.474.pag.256.

Clericus Coniugatus gaudet priuilegio fori in Cauſis criminalibus tantùm, ciuilitèr, aut criminalitèr intentatis. p. 2.nu.476. pag.257.

Clericus Coniugatus, an poſſit carcerari ad exequutionem contractus, vel ſententiæ, per Iudicem Laicum? par. 2. nu.478. pag.258.

Clerici Coniugati nunquam ſunt immunes, quoad Collectarum, & aliarum functionum contributiones.par.2. nu. 477.pag.257.

Clericus Coniugatus, obſeruans neceſſaria requiſita, ſolùm gaudet duobus priuilegijs.par.2.nu.475.pag.257.

Clericus Coniugatus videtur eſſe extrà militiam Eccleſiaſticam.par.2.num. 490.pag.260.

Clericus Penſionarius gaudet priuilegio fori, tanquam Beneficiatus, ſecundùm aliquos.p.2.nu.470. pag.255.

Clericus primæ tonſuræ, aùt minorum Ordinum debet incedere in habitu, & tonſura, copulatiuè; aliàs non gaudet fori priuilegio. par. 2. num.321. pag. 221.

Clericus primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, qui probauerit, ſe in Seminario Clericorum, vel in aliqua Schola, aut Vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, verſatum fuiſſe; gaudebit fori priuilegio.par.2.nu.368. pag.233.

Cleri-

Clericus primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, verſatus in Seminario, Schola, vel Vniuerſitate, de licentia Epiſcopi; adhuc debet incedere in habitu, & tonſura, vt gaudeat priuilegio fori. p. 2 nu. 370. pag. 233.

Clericus primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, tempore delicti incedens in habitu, & tonſura, etiamſi illa poſtea dimiſerit, cognoſcitur per Iudicem Eccleſiaſticum. p. 2. nu. 341. pag. 227.

Clericus primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, alendus eſt ab Eccleſia, cui in miniſterio ſibi iniuncto inſeruit. p. 2. nu. 449. pag. 249.

Clericus primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, ſi, reaſſumendo habitum, & tonſuram, ſuſceperit alium aliquem Ordinem, recuperat priuilegium Clericale. p. 2. nu. 342. pag. 227.

Clericus primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, qui non adimpleuit dicta requiſita Concil. Tridentini, non gaudet fori priuilegio in Criminalibus, neque in Ciuilibus. par. 2. num. 387. pag. 236.

Clericis primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, non imprimitur character. p. 7. nu. 147. pag. 176.

Clerici primæ tonſuræ, & minorum Ordinum, poſſunt expreſſè Clericatui renunciare. p. 1. nu. 105. pag. 40.

Clericus primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, poteſt aliquandò tacitè per ſuum factum, renunciare priuilegio fori. p. 1. nu. 214. pag. 71.

Clericus primæ tonſuræ, & minorum Ordinum, qui probauit dicta tria requiſita Concilij Tridentini, tenetur probare eorum continuationem. p. 2. num. 379. pag. 234.

Clericus, verè, & propriè incorrigibilis quando dicatur? par. 2. num. 162. pag. 181.

Clericus incorrigibilis multis modis dici poteſt. p. 2. nu. 161. pag. 181.

Clericus, verè, & propriè incorrigibilis, Iudici Laico ſubiacet. par. 2. num. 155. pag. 179.

Clericus incorrigibilis, extrà terminos dicti cap. Cùm non ab homine, ſinè traditione, vel declaratione, non eſt ſub Iudice Laico. par. 2. num. 168. pag. 183.

Clericus, incorrigibilis verè, & propriè, an ſubſit Iudici Laico ante requiſitionem, vel declarationem? par. 2. num. 156. pag. 179.

Clericus conuentus iuxtà formam leg. diffamari. C. de ingenuis manumiſſis. tenetur Cauſam proſequi coram Iudice Laico. p. 2. nu. 218. pag. 197.

Clericus, dimittens habitum, & tonſuram, an perdat fori priuilegium, non obſtante quòd illa reaſſumpſerit? par. 2 nu. 322. pag. 221.

Clericus, dimittendo habitum, & tonſuram, cenſetur tacitè renunciare priuilegio fori. p. 2. nu. 327. pag. 222.

Clericus, in Iudicio l. diffamari. obtinet vices actoris. p. 2. nu. 220. pag. 197.

Clericus, incedendo ſinè habitu, & tonſura, delinquit. p. 2. nu. 328. pag. 223.

Clericus, in fragranti crimine repertus, poteſt capi à Iudice Laico. par. 2. nu. 14. pag. 143.

Clericus, ordinatus contrà diſpoſitionem Concil. Trident. ſeſſ. 7. in decret. de reformatio. cap. 10. an perdat in perpetuum Clericale priuilegium? par. 2. nu. 214. pag. 196.

Clericus, ordinatus contrà diſpoſitionem cap. 10. Concil. Triden. ſeſſ. 7. in decret. de reformatio; an gaudeat priuilegio fori in Cauſis ciuilibus? par. 2. num. 205. pag. 194.

Clericus, ordinatus in minoribus Ordinibus cum literis dimiſſorijs, à Capitulo, Sede vacante, expeditis infrà annum à die vacationis; nullo fori priuilegio gaudet, niſi, ratione Beneficij obtenti, vel obtinendi, ad id ſit arctatus. par. 2. nu. 190. pag. 191.

Clericus, ordinatus ab alieno Epiſcopo, non gaudet fori priuilegio, vt putauit Pariſius. p. 2. nu. 194. pag. 192.

Clericus, pro Cauſa ciuili ſuſpectus de fuga, capi non poteſt per Iudicem Laicum, ſi Eccleſiaſticus Iudex facilè adiri poteſt. p. 2. nu. 20. pag. 144.

Clericus poteſt capi per Iudicem Laicum in omnibus caſibus, in quibus poteſt impunè offendi, & verberari. p. 2. nu. 25. pag. 145.
Clericus, propter incorrigibilitatem, ſeparatur à conſortio aliorum Clericorum p. 2. nu. 164. pag. 182.
Clericum aliquem non eſſe, probatur per negatiuam teſtis de facto proprio. p. 2. nu. 314. pag. 218.
Clericum non eſſe aliquem, probari poteſt aliquibus modis. p. 2. nu. 285. pag. 214.
Clericum non eſſe aliquem, probari poteſt per ſui ipſius confeſſionem. p. 2. nu. 288. pag. 214.
Clericum aliquem non eſſe, probatur eo ipſo, quòd conſtat, eum eſſe penitùs illiteratum. p. 2. nu. 293. pag. 215.
Clericum aliquem non eſſe, probari poteſt per famam. p. 2. nu. 316. pag. 219.
Clericum aliquem non eſſe, probatur per negatiuam coarctatam loco, & tempore. p. 2. nu. 311. pag. 218.
Clericum aliquem non eſſe, probatur eo ipſo, quòd non conſtat contrarium. p. 2. nu. 308. pag. 217.
Clericum aliquem non eſſe, probatur, ſi conſtiterit, fuiſſe priuatum priuilegio Clericali. p. 2. nu. 305. pag. 217.
Clerici à Sæculari iuriſdictione ſunt exempti. p. 1. nu. 7. pag. 17.
Clerici habent plurima priuilegia. par. 1. nu. 26. pag. 17.
Clerici, in quibus caſibus ſubiaceant Sæculari iuriſdictioni remiſſiuè. p. 1. nu. 54. pag. 25.
Clerici, iure C. ſubiacebant Præfecto Prætorio. p. 1. nu. 41. pag. 21.
Clerici magis propriè dicuntur Religioſi. p. 2. nu. 78. pag. 157.
Clerici, ordinati in minoribus ordinibus, liberè poſſunt matrimonium contrahere. p. 1. nu. 25. pag. 17.
Clerici ſortiuntur varias appellationes. p. 1. nu. 23. pag. 16.
Clerici ſunt, certo modo, ſubiecti Reipublicæ, Sæculari, in ordine ad bonum commune. p. 1. nu. 81. pag. 32.
Clerici ſunt membra Reipublicæ, Ciues, & Vaſſalli. p. 1. nu. 81. pag. 32.
Clerici habent multa priuilegia, dum cognoſcuntur à Iudice Eccleſiaſtico; remiſſiuè. p. 1. nu. 311. pag. 108.
Cognitio Clerici, & cognitio Clericatus, differunt. p. 1. nu. 65. pag. 27.
Cognitionis Clericatus probibitio reſpectu Iudicis Laici, eſt iuris poſitiui. p. 1. nu. 71. pag. 29.
Communis opinio in hac materia, quæ dicatur? p. 1. nu. 183. pag. 62.
Communis opinio, quamuis erronea, præfertur in iudicijs veritati occultæ. p. 1. nu. 184. pag. 62.
Communis opinio quando incipit certare cum veritate, veritas præfertur opinioni. p. 1. nu. 211. pag. 70.
Communis opinio tutè negligitur, quando contraria melioribus fulcitur rationibus p. 2. nu. 150. pag. 177.
Comparens pro ſuo intereſſe, debet audiri in quacunque iudicij parte. p. 2. num. 189. pag. 191.
Comparitio citati in terminis noſtri textus, quare debeat eſſe de perſona? p. 1. nu. 187. pag. 63.
Comparitio ſola Aduerſarij facit rem dubiam. p. 1. nu. 285. pag. 95.
Comparitio tertij pro citato ad foriudicandum, cum exhibitione Bullarum, ſolùm operatur ſuperſeſſionem, non autem remiſſionem. p. 1. nu. 285. pag. 95.
Concilium Tridentinum, ſeſſ. 7. in decret. de reformatio. cap. 10. ampliatur. p. 2. nu. 203. pag. 194.
Concilium Tridentinum ſubſtulit trinã monitionem, ad inceſſum in habitu, & tonſura, quoad Clericos primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum. p. 1. num. 240. pag. 78.
Concluſio textus. p. 1. nu. 6. pag. 11.
Conditio induit formam. par. 2. nu. 355. pag. 230.
Conditio, vel quælibet alia diſpoſito quæ habet tractum ſucceſſiuum, non dicitur adimpleta per actus momentaneos ſed requirit continuationem. p. 2. num. 382. pag. 235.
Conditiones conſiſtunt in facto. p. 1. nu. 242. pag. 79.
Conditio inducit quandam qualitatem. par.

par. 2. num. 373. pag. 233.

Conditionalis diſpoſito non differt à purificata conditione. p. 2. nu. 244. pag. 202.

Confeſſio eſt potentior qualibet præſumptione iuris, & de iure. p. 2. num. 291. pag. 215.

Confeſſio eſt verior, & potentior omnibus alys probasionibus. par. 2. num. 290. pag. 215.

Confeſſio extraiudicialis, vt faciat aliquod iudicium, debet probari per duos teſtes p. 1. nu. 357. pag. 124.

Confeſſio Laici coram Eccleſiaſtico Iudice; eſt efficax ad torturam in iudicio ſæculari. p. 1. nu. 362. pag. 125.

Confeſſionem Clerici, coram Iudice Laico valere coràm Eccleſiaſtico, ad torturam ſaltem, tenuerunt aliqui. p. 1. nu. 350. pag. 122.

Connexitatis ratione, in crimine Aſſaſſinij, eſt illicita ſeparatio qualitatis ab ipſo delicto. p. 2. nu. 186. pag. 189.

Conſentire ad ſimplicem actum voluntatis refertur. p. 1. nu. 114. pag. 43.

Conſequens qui vult, debet velle eius neceſſarium antecedens. par. 2. nu. 367. pag. 233.

Conſeruatorij remedij ratio. p. 2. nu. 254. pag. 206.

Conſtiterit, verbum, ad legitimam probationem refertur. par. 1. num. 356. pag. 124.

Conſuetudo, ad ordinem procedendi aliquando refertur. p. 1. nu. 16. pag. 14.

Conſuetudo, alia eſt præter, alia contra ius Canonicum. p. 1. nu. 122. pag. 45.

Conſuetudo contra Eccleſiaſticam libertatem, quæ dicatur? p. 1. nu. 96. pag. 36.

Conſuetudo contraria legi, diuerſis rationibus conſideratis, vtique poteſt eſſe rationabilis. p. 1. nu. 93. pag. 35.

Conſuetudo, cum violentia introducta, nullius eſt efficaciæ. pag. 1. num. 161. pag. 56.

Conſuetudo, de illicito facit licitum. p. 1. nu. 336. pag. 119.

Conſuetudo, diuturnitate temporis introducta, præſumitur habuiſſe iuſtam cauſam. p. 1. nu. 346. pag. 121.

Conſuetudo dicitur tacitum pactum. p. 1. nu. 342. pag. 119.

Conſuetudo eſt contractus quidam, mutuo vtentium conſenſu celebratus. p. 1. nu. 100. pag. 37.

Conſuetudo facilius operatur quoad Clericos primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum. p. 1. nu. 104. pag. 38.

Conſuetudine iam introducta, non eſt neceſſe quærere eius rationem. p. 1. num. 118. pag. 43.

Conſuetudo irrationabilis aliquandò introducitur, & eſt valida. p. 1. nu. 335. pag. 118.

Conſuetudo Laicorum contrà Eccleſiaſticam libertatem introduci minimè poteſt. p. 1. nu. 92. pag. 35.

Conſuetudo, quamuis iniqua, & iniuſta, excuſat à pœna in delictis. p. 1. num. 337. pag. 119.

Conſuetudo mixta Clericorum, & Laicorum, maximam habet efficaciam, etiã in Eccleſiaſticis rebus. p. 1. n. 98. pa. 37.

Conſuetudo non probatur per aſſertionem excellentis Doctoris. p. 2. nu. 1. pag. 139

Conſuetudo poteſt, ex noua cauſa, introduci contrà legem, derogantem conſuetudini. p. 1. nu. 345. pag. 120.

Conſuetudo quando introducitur ſciente, & tolerante Superiore, non requirit alium aſſenſum. p. 1. nu. 343. pag. 120.

Conſuetudo rationabilis, & legitimè præſcripta, derogat iuri poſitiuo. p. 1. num. 76. pag. 31.

Conſuetudine acquiri poteſt quidquid per priuilegium concedi poteſt. par. 1. num. 142. pag. 49.

Conſuetudine introduci poteſt, quòd locatio rerum Eccleſiaſticarum vltrà triennium facta, ſit valida. p. 1. num. 338. pag. 119.

Conſuetudine introduci poteſt, vt Princeps Sæcularis poſſit ad manus ſuas reducere vacans Eccleſiaſticum Beneficium. p. 1. nu. 339. pag. 119.

Conſuetudinem iam introductam reperientes, iure optimo poſſunt exiſtimare rationabiliter à prædeceſſoribus fuiſſe introductam. p. 1. nu. 116. pag. 43.

Conſuetudine mixta Clericorum, & Laicorum

eorum limitari poteſt immunitas Eccleſiarum, etiam vltrà caſus à iure expreſſos. p. 1. nu. 99. pag. 37.

Conſuetudine legitimè præſcripta fieri poteſt; quòd Laicus Iudex cognoſcat de criminibus Clericorum primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum. p. 1. num. 221. pag. 74.

Conſuetudine multa fieri poſſunt, quæ Princeps Sæcularis per legem facere non poſſet. p. 1. nu. 334. pag. 118.

Conſuetudine quauis reprobata, non cenſetur damnata immemorialis. p. 1. nu. 268. pag. 86.

Conſuetudinis maxima eſt vis, & authoritas. p. 1. nu. 74. pag. 30.

Conſuetudinis toleratæ ponuntur exempla. p. 1. nu. 112. pag. 42.

Contemptus omnino eſt vitandus. par. 2. nu. 165. pag. 182.

Contractus quoties tacitè inſunt rebus ſpiritualibus, ſunt permiſſi, etiamſi exprimantur. p. 1. nu. 100. pag. 37.

Contraria duo ſimul vera eſſe non poſſũt. p. 1. nu. 91. pag. 35.

Contumax non debet eſſe melioris conditionis, quàm non contumax. p. 1. num. 281. pag. 92.

Conuerſi gaudent fori priuilegio. p. 2. nu. 107. pag. 165.

Conuerſi propriè qui dicantur? p. 2. num. 106. pag. 165.

Copulatiua natura requirit omnium copulatorum concurſum. p. 2. num. 378. pag. 234.

Corpus myſticum Chriſtianæ Reipublicæ duabus poteſtatibus regitur. p. 1. num. 292. pag. 100.

Couarruuiæ Opinio, in pract. quæſt. cap. 31. n. 7. defenditur. p. 2. n. 479. pag. 258.

Credere, eſt cum aſſenſu iudicare. p. 1. nu. 265. pag. 84.

Credulitas nimia reprobatur à iure. p. 1. nu. 264. pag. 84.

Crimen mixti fori admittit præuentionẽ. p. 1. nu. 304. pag. 104.

Crimina ſunt morbi Reipublicæ. p. 1. nu. 83. pag. 33.

Crudelitas quid ſit? p. 2. nu. 67. pag. 153.

Cum, præpoſitio, eſt copulatiua, & inducit coniunctionem. p. 2. nu. 267. pag. 209.

Cum, præpoſitio, fortiùs copulat, quàm (Et) & coniungit pariformitèr. p. 2. nu. 267. pag. 210.

Curia Vicaria quando fuerit inſtituta? p. 1. nu. 17. pag. 15.

Cuſtodia fida quæ dicatur? p. 2. num. 52. pag. 150.

D

DEciſio Sacri Conſilij, magni facienda eſt. p. 2. nu. 133. pag. 173.

Declaratio nunquam admittitur in tertij præiudicium. p. 2. nu. 347. pag. 229.

Declaratio nihil de nouo inducit. p. 2. nu. 345. pag. 228.

Declaratio modificatiua, quæ dicatur? p. 2. nu. 348. pag. 229.

Declaratio modificatiua per quemcunque fiat, requirit Partis citationem. par. 2. nu. 350. pag. 229.

Declaratio, quando fit circa ſubſtantiam actus, & in tertij præiudicium, non dicitur declaratio, ſed noua diſpoſitio. p. 2. nu. 346. pag. 229.

Declaratio non cadit, niſi ſuper re dubia, & obſcura. p. 2. nu. 362. pag. 232.

Declaratio modificatiua reſcriptorum, ad Principem ſolum ſpectat, non ad alium. p. 2. nu. 349. pag. 229.

Decernimus, verbum, eſt inductiuum iuris noui. p. 1. nu. 72. pag. 29.

Decretum, ſolitum interponi per Iudices Eccleſiaſticos, quando Clericus vult reaſſumere habitum, & tonſuram, nihil operatur. p. 2. nu. 342. pag. 228.

Deferre, vel non deferre appellationi ab interlocutoria, eſt in arbitrio Iudicis. p. 2. nu. 50. pag. 149.

Delegatus à Principe æquiparatur Ordinario. p. 1. nu. 305. pag. 105.

Delegati ſunt in duplici differentia. p. 1. nu. 306. pag. 105.

Delegatus inferioris, an poſſit cognoſcere de teſte, coràm ſe falſum deponente; eumque punire? p. 1. nu. 306. pag. 105.

Delicti vitandi cauſa, multa ſpecialia introducta ſunt in iure. p. 2. num. 22. pag. 144.

Delicti cauſa, ſortitur quis forum loci delicti. p.2.nu.500.pag.262.
Delictorum in punitione, eminet publica vtilitas. p.1.nu.84.pag.33.
Delictorum medicina, eſt pœna. p. 1. nu. 83.pag.33.
De modicis non eſt curandum. p.2.num. 384.pag.236.
Donominatio aliquando fit ſecundū illud tempus, quo res fuit talis. p.1.nu.196. pag. 65.
Denunciationes in Excommunicationibus ad quid fiant? p.1.nu.257.pag.83.
Denunciatio non dat, nec tollit vires Excommunicationis. p.1.nu.258.pag.83
Dictum teſtis dependet ab eius ratione. p.1.nu.199.pag.66.
Diſpoſitio Cap. ſi Iudex Laicus. de ſententia Excommunicat. in 6. videtur contra ius commune. p.1.nu.68.pag.28.
Doctoris Martæ doctrina declaratur. p. 1.nu.105.pag.39.
Doctor referens duas Opiniones, & nullā reſoluens, cenſetur tranſire cum prima p.2.nu.146.pag.176.
Doctor Marta, in tractatu de iuriſdict. par.2.cap.32.nu.18.notatur. p. 2.nu. 109.pag.167.
Doctori nihil alleganti non creditur. p.2. nu.141. pag.175.
Doctor eſt intelligendus ſecundùm textum, quem allegat. p.2.num. 369.pag. 233.
Doctori, dicenti, aliquid ita eſſe, credendum eſt. p.2.nu.2.pag.139.
Documentorum appellatio ad ſcripturam propriè refertur. p.2.n.262.pag.208.
Dolus, vel culpa non præſumitur. p.2.nu. 301.pag. 216.
Dominus Rex, ſalua ſua clementia, non habet in Regno Aragonum ſupremam poteſtatem. p.2.nu.414.pag.242.
Dubius quis dicatur? p.2.nu.4.pag.140.
Dubius pro ignorante aliquandò accipitur in iure. p.2.nu.6. pag.140.

E

E*Cclēſia contrà incorrigibiles habet multas pœnas. p.2.nu.159.pag.180*
Eccleſiæ ſtatus non eſt ſubuertendus in præiudicium futuri Prælati. p.2.num. 200.pag.193.
Effectus, vbi iam eſt in eſſe productus, non tollitur, cauſa ceſſante. p. 2. num. 335.pag.229.
Electione vnius de præiudicialibus, & contrarijs facta, non datur regreſſus ad alterum. p.2. nu.324. pag.222.
Epiſcopus ordinans Clericum alterius Diœceſis delinquit. par. 2. num.195. pag. 192.
Epiſcopus poteſt ordinare Clericum alienæ Diœceſis, portantem literas dimiſſoriales. p.2.nu.196.pag.192.
Epiſcopus proprius, in materia Ordinationis, quis datur? p.2.n.194.pag.192
Epiſcopus proprius, meliùs præſumitur ſcire idoneitatem Ordinandi. p. 2. nu. 192.pag.192.
Equites Ordinum Militarium, exceptis Hyeroſolimitanis, non gaudent fori priuilegio. p.2.nu.109.pag.166.
Error inuincibilis, etiam ſi ſit iuris reſiſtentis, poteſt cauſare bonam fidem, ad præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum. p.1.n.156.pag.54.
Error iuris dubij, & difficilis, æquiparatur errori facti; & cauſat bonam fidē. p.1.nu.154.pag.53.
Error iuſtus cauſatur ex quacunque cauſa, ſufficienti ad mouendum animū ad credendum. p.1.nu.153.pag.53.
Error probabilis iuris quis dicatur? p.1. nu.157. pag.53.
Eſſe tale aliud eſt, aliud haberi prò tali, p.2.nu.451.pag.251.
Exceptio, alicui competens etiam ipſo iure, eſt Iudici notificanda. p.1.nu.218. pag.72.
Exceptio Clericatus poteſt opponi in quacunque parte iudicij. par.2.num.187. pag. 191.
Exceptio fori declinatoria, per Clericum oppoſita coram Iudice Laico, ab eo cognoſci poteſt. p.2.nu.29.pag.146.
Exceptio fori declinatoria poteſt de iure communi opponi, in Cauſis criminalibus, per tertiam perſonam. par.1.num. 188.pag. 63.

Ex-

Exceptione fori declinatoria oppoſita, debet Iudex ſuper ea expreſſè pronunclare ſub nullitatis pœna.p.2.num.40 pag. 148.
Excōmunicatio, alia dicitur à iure, alia ab homine.p.1.nu. 253 pag.82.
Excommunicatio, alià eſt latæ ſententiæ aliaferendæ.p.1.nu.254.pag.82.
Excommunicatio Can ſi quis ſuadente diabolo.non incurritur, niſi dato malo affectu, qui inducat peccatum mortale.p.1.nu.260.pag.83.
Excommunicatio, contenta in Bull.Cœnæ Domini, eſt ab homine.p.1.nu.256 pag. 82.
Excommunicatio, contenta in Can. ſi quis ſuadente diabolo. 17.q.4.eſt à iure.p.1.nu.255.pag.82.
Excommunicatio nulla ligat, nèc conſtringit, niſi ob peccatum mortale.p.1. nu. 259. pag.83.
Excommunicatio pœna eſt, ſed medicinalis.p.2.nu.176.pag.186.
Excommunicatio quoties imponitur ſuper verbis, denotantibus aliquas actiones, neceſſariò debet intelligi de actionibus iniuſtis.p.1.nu.275. pag.88.
Excommunicatio ſimpliciter de minori intelligitur.p.2.nu.176.pag.185.
Excommunicationis cauſa eſt ſpiritualis ex parte rei, & perſonæ. p.1. nu.310. pag. 107.
Exemptio Clericis cōceſſa, eſt priuilegium quoddam.p.1.nu.38.pag.20.
Extenſio commoda, quoad neceſſaria inſeparabilia, fieri debet; etiam in diſpoſitionibus ſtrictis.p.2.nu.482.pag.258.
Extremis morbis, extrema ſunt adhibenda remedia.p.2.nu.163.pag.181.

F

FActum, & adimpletū non dicitur id, quod non durat.p.2.n.381.pag.235
Factum prolatum cum aliqua qualitate debet probari ſimul cum ea. p. 2. num. 374.pag.233.
Factum, id dicitur, quod eſt conſumatum, & durat. p.1. nu.89.pag.34.
Falſitas circà inſtrumenta, & ſcripturas, multipliciter poteſt contingere. par.2. num.272.pag.211.
Falſitas multis modis committi poteſt.p. 2. nu.271.pag.211.
Falſitas quid ſit.p.2. nu.270.pag.211.
Falſitates circa inſtrumenta, & ſcripturas ſunt in duplici differentia. p.2.nu. 273. pag. 211.
Falſitatis ſuſpicio in criminalibus, ad quem effectum habeatur pro falſitate? p.2.nu.278.pag.212.
Falſitatis ſuſpicio non habetur pro falſitate, in Cauſis criminalibus. p.2.num 277.pag. 212.
Falſum, & ſuſpectum de falſo differunt? p.2.nu.276.pag.212.
Falſo inſtrumento qui vtitur, amittit Cauſam.p.2.nu.269.pag.211.
Famuli Clericorum, non gaudent fori priuilegio.p.1.nu.58.pag.25.
Farinacius in Pract.Criminal.de inquiſitio.q.8.nu.91. notatur.p.2.nu.247. pag. 203.
Farinacius in Practica criminali. tit. de inquiſitione.q.8.nu.119.commendatur p.2.nu.23.pag.144.
Farinacc. in Practic. crimin. de inquiſition.q.8.nu.3.declaratur.p.1.nu.179. pag. 60.
Farinacc.in Pract.Criminal. de inquiſitio.q.8.num.15.declaratur. p.1.num. 104.pag.67.
Felynus, in cap.ſuborta.nu.7.verſ. quartus c ſus.de ſenten.& reiudicat.declaratur.p.2.nu.41.pag.148.
Ferdinandus I. inueſtitur à Pio II. p.1. nu.175.pag.58.
Fictio non fit, nec aliquos producit effectus, niſi in caſibus à iure expreſſis. p. 2.nu.457.pag. 251.
Fictio nunquam admittitur in tertij præiudicium.p.2.nu.454.pag.251.
Fictio nunquam fit, niſi æquitate ſuadente.p.2.nu.455.pag.251.
Fictionem inducere ſola lex poteſt, non autem homo priuatus. par.2. nu.458. pag. 251.
Fideiubere obligatus, ſi ob paupertatem impeditur, admittitur ad iuratoriam cautionem.p.2.nu.87.pag. 161.
Forenſis, Exterus, & Peregrinus, ſunt ſyno-

ſynonima.p.2.nu.494.pag.261.

Forenſis ligatur ſtatuto, vel conſuetudine Regionis: quoad reſpicientia ordinē, & proceſſum iudicij.p.2.n.499.p.261

Forenſis ligatur ſtatuto, vel conſuetudine Regionis, quotiès conſuetudo, vel ſtatutum, prohibet, quod aliàs de iure communi erat prohibitum. p. 2. num. 498 pag.261.

Forenſis multis modis quis dici poteſt. p. 2.nu.495.pag.261.

Forenſis non præſumitur ſcire conſuetudines particulares regionum.p. 2. nu. 493.pag.260.

Fori Clericorum priuilegium, & probibitio cognitionis Clericatus; quoad Iudicem Laicum, ſunt res diſtinctæ, & ſeparatæ.p.1.nu.73.pag.29.

Fori priuilegium non competit ipſo iure Clericis primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum.p.1.nu.220. pag.73.

Fori priuilegium, quoad Clericos primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum, non ità ſolidè ſubſiſtit.p.1.nu.220.pag.73

Foriudicatus, declaratur hoſtis publicus Reipublicæ.p 2.nu.134. pag.173.

Foriudicatus efficitur ſeruus pœnæ. p. 2. nu.139. pag. 174.

Forma legis præſumitur ſubſtantialis. p. 2.nu.357.pag.230.

Forma legis non poteſt per æquipollens adimpleri. p.2.nu.354. pag.232.

Formæ ratio quamuis ceſſet, non debet ceſſare formæ obſeruatio. p.2. nu.359. pag. 231.

Formæ ſubſtantialis omiſſio, etiamſi contingat per impotentiam facti, vitiat actum.p.2. nu.366.pag.232.

Formæ ſubſtantialis omiſſio reddit actum nullum, & inualidum, etiamſi omittatur per ignorantiam, & ob iuſtiſſimam cauſam. p.2. nu.358.pag.230.

Formam legis omittens, eius beneficio iuuari non debet.p.2.nu.360.pag.231.

Forum ſortiri, & ſtatutis ligari, paria ſunt.p.2.nu.501.pag.262.

Fragrans crimen quod dicatur? p. 2. nu. 15.pag.143.

Fraus, & dolus, nemini debent patrocinari.p.2.nu.126.pag.172.

Fraus conſiderabilis in materia reaſſumptionis habitus, & tonſuræ, quæ dicatur?p.2. nu.333.pag.224.

Fraude nulla, ſi aliquis ad Religionem ducitur, ſecurè ingreditur.p.2.nu.153 pag. 178.

Fuluius Pacianus in Tract. de proba.lib. 2.cap.34.nu.42.declaratur.p.2.num. 267.pag.210.

G

GEnus à quo remouetur, remouentur omnes eius ſpecies.p.1.n.322.p.114

Gloſſa, verb.copia.in cap.ſtatutum de reſcrip.in 6.declaratur.p.2.n.39.p.148.

Grammaticus in conſtitut. apoſtatantes nu.5.in fin.declaratur. p.2.num.339. pag. 226.

Grammaticus deciſ.61. nu.10. interpretatur.p.2.nu.249 pag.204.

H

HAbere, verbum, cum effectu eſt intelligendum.p.2.nu.399.pag.238

Habere, verbum, generale eſt. p. 2. num. 398. pag.238.

Habere, verbum, qualitèr accipiatur in præſenti materia. par. 2. num. 401. pag. 239.

Habitatio inducit ſcientiam, & notitiam ſtatuti, vel conſuetudinis.p.2.nu.497 pag. 261.

Habitum portare debet quiſque, ſecundùm ſui ſtatus dignitatem.p.1. num. 231.pag.76.

Hæreticus vt aliquis dicatur, non ſufficit probari, ipſum protuliſſe verba hæreticalia, ſed debet conſtare de ſcientia, & pertinacia.p.1. nu.317.pag.112.

Heremitæ non ſunt Religioſi, nequè Eccleſiaſticæ perſonæ; & ideò fori priuilegio non gaudent.p.2.nu.110.pag.168.

Heremitæ ſunt in duplici differentia.p.2. nu. 113.pag.169.

I

IGnorans non incurrit in excommunicationem Can.ſi quis ſuadente diabolo.p.1.num.261.pag.83.

Igno-

Ignorantia quid ſit? p.1.nu.262.pag.84.
Ignorantia eſt difficilis probationis. p.1. nu. 262. pag.84.
Ignorantia habet implicitam negatiuam p.1.nu.205. pag.68.
Ignorantia facti alieni eſt iuſta.p.1.nu. 208. pag.69.
Ignorantia probabilis, ſeu inuincibilis, quæ dicatur? p.1.nu.263.pag.84.
Ignoranti multotiès permittitur, quod ſcienti non permitteretur.p.1.nu.207. pag. 68.
Illiteratura quomodò probetur? p. 2. nu. 296.pag.216.
Illiteratura ſolùm inducit vehementem præſumptionem, vt is, de quo agitur, non ſit ordinatus.p.2.n.300.pag.216.
Immemorialis conſuetudo eſt potentior cõſuetudine centum annorum.p.1.num. 269.pag.86.
Immemorialis conſuetudo eſt potentior priuilegio,& eſt quaſi alterum ius naturale.p.1.nu.144.pag.51.
Immemorialis conſuetudo valet, etiamſi ſit Eccleſiæ oneroſa.p.1.n.143.pag.51
Immemorialis conſuetudinis plures ſũt effectus,remiſſiuè.p.1.n.124.pag.45.
Immemorialis præſcripto adhuc requirit bonam fidem.p.1.nu.148.pag.52.
Immemorialis poſſeſſio non iuuat, data incapacitate poſſidentis.p.1.num.127. pag. 46.
Immemorialis quaſi poſſeſſio, quæ dicatur? p.1.nu.123.pag.45.
Immemorialis præſcriptio,cum cauſa ſufficienti,procedit,etiam data incapacitate poſſidentis.p.1.nu.128.pag.46.
Immemorialis præſcriptio purgat omnẽ violentiæ,aut oppreſſionis ſuſpicionem p.1.nu.179.pag.60.
Immemorialis præſcriptio non interrumpitur per deductionem alicuius partis temporis.p.1.nu.177.pag.59.
Immemorialis præſcriptio non requirit titulum.p.1.nu.145.pag.51.
Immemorialis præſcriptio non requirit tituli,nec bonæ fidei probationem, nec ſcientiam,& patientiam illius,contra quem præſcribitur.p.1.n.126.pag.45
Immemorialis præſcriptio non requirit ſcientiam, & patientiam aduerſarij. p.1.nu.159. pag.55.
Impedimentum iuris quid ſit?& quid impedimentum facti? p.1.nu.163.pa.56.
Impedimentum, quodcunque illud ſit, nõ non iuuat impedito, quandò illud potuit remouere.p.1.nu.165.pag.56.
Impedito per factum aduerſarij, nullum currit tempus.p.1.nu.164.pag.56.
Incapacitas Diuina quæ ſit? p.1.nu.137 pag. 48.
Incapacitas ciuilis,& poſitiua,quæ dicatur? p.1.nu.138. pag.48.
Incapacitas largè,& impropriè ſumpta, eſt multiplex.p.1.nu.135.pag.47.
Incapacitas naturalis quæ ſit? p.1.num. 136. pag.47.
Incapacitas perpetua quæ ſit? p.1. num. 139.pag.48.
Incapacitas temporalis,quę dicatur? p.1 nu.140.pag.48.
Incapacitas temporalis poteſt reduci ad capacitatem per immemorialem præſcriptionẽ,quemadmodũ per alios modos,a iure introducta.p.1.n.141.p.49
Incapax,largè,& impropriè, quis ſit? p. 1.nu.134.pag.47.
Incapax,propriè,& ſtrictè,quis dicatur in iure? par.1.nu.134.pag.47.
Incidentia non eſt modus tollendæ incapacitas.p.1. nu.298. pag.102.
Incolatus Cauſa non eſt tractanda coràm eis,qui ſubiectionem prætendunt. p.2.nu.28. pag.148.
Incorrigibilitas,de qua in Cap.cũ non ab homine.de iudic.quarè ſufficiat ſola ad deferendam iuriſdictionem Iudici Laicorp.2.nu.167.pag.183.
Incorrigibilitas eſt peſſimum peccatum. p.2.nu.165. pag.182.
Indefinita oratio quæ dicatur? p.2. num. 388.pag.236.
Indefinita diſpoſitio æquipollet vniuerſali.p.2.nu.389.pag. 236.
Indefinita æquipollet vniuerſali, etiã in legibus,& ſtatutis.p.2.n.389.pa.236.
Indulgentiæ,& libertates,non debent crimina ſubleuare.p.1.nu.78. pag.32.
Inhibitio fieri non poteſt, niſi de Maiori ad Minorem.p.1.nu.329.pag.117.

Initium eſt ſpectandum in contractibus, & in delictis.p.2.nu.116.pag.170.

In materia præſcriptionis, circa bonam fidem, ſtandum eſt iuri Canonico.p.1.nu.149.pag.52.

Innouatio ſede vacante, eſt de genere prohibitorum.p.2.nu.199.pag.193.

Inobedientia omnis in promptu vlciſci debet.p.2.nu.163.pag.181.

Inobedientia, & audacia Ciuium, periclitatur Reſpublica.p.1.nu.282.pag.93.

In, præpoſitio, eſt augmentatiua.p.2.nu.380.pag.234.

Inquiſito capto incedente ſinè habitu, & tonſura; rectè Iudex faciet, ſi ità ſcribi faciat in actis.p.2.n.306.pag.217.

Inſtantia data, ceſſat vis argumenti.p.1.nu.215.pag.71.

Inſtitutio, verbum, in materia Beneficiaria, qualitèr accipiatur.p.2.nu.421.pag.243.

Inſtructor in Cauſis criminalibus, quid poſſit facere?p.1.nu.248.pag.81.

Inter bonam, & malam fidem ſunt aliqui gradus, per quos fit tranſitus.p.1.nu.151.pag.53.

Inter continens, & contentum debet eſſe proportio.p.1.nu.293.pag.100.

Intruſus non eſt admittendus, quin potius poſſeſſio ab eo eſt auferenda.par.2.nu.441.pag.247.

Inutilium interuentus, quando non noceat.p.1.nu.147.pag.52.

Ioannes Antonius de Nigris, in d. Clement. verb. hab. tum num. 32. in fin. notatur.p.2. nu.338.pag.226.

Ioannes Andreas, in cap.2. nu.7. de præbend. & dignit. in 6. declaratur.par.1.nu.142.pag.50.

Ioannes Andreas, in cap.Vnic.de obligat. ad ratioc.declaratur.p.2.n.135.p.174

Irregularitas, de qua in cap.Vnic.de obligat.ad ratiocin.quænam ſit?p.2.num.137.pag.174.

Irregularitas illiteratura, plurimum ſubeſt Ordinantis arbitrio.p.2.nu.299 pag.216.

Irregularitas illiteratura, prouenit ex defectu animi.p.2.nu.298.pag.216.

Irregularitas non annullat Ordinum ſuſceptionem; ſed impedit eorum vſum. par.2.nu.145.pag.176.

Iudex, ad habendam veritatem, poteſt examinare quoſcunquè teſtes, etiam inhabiles, & inimicos.p.1.nu.250.pa.81

Iudex Cauſæ præparatæ, poteſt eſſe Iudex Cauſæ præparantis.p.2.n.30.pag.146

Iudex, deferens appellationi ab interlocutoria, ſibi ipſi ligat manus.p.2.nu.49.pag.149.

Iudex Eccleſiaſticus, an poſſit cognoſcere de teſte Laico, coràm ſe falſum deponente?p.1.nu.303.pag.103.

Iudex ex officio poteſt non legitimè comparentes à Iudicio repellere.p.1.num.189.pag.63.

Iudex ex officio tenetur reijcere conſuetudinem contra Eccleſiaſticam libertatem.p.1.nu.13.pag.13.

Iudex delegatus, an poſſit cognoſcere, & punire teſtem coràm ſe falſum deponentem?p.1.nu.305.pag.105.

Iudex, dubius de ſua iuriſdictione, procedere non poteſt.p.2.nu.5.pag.140.

Iudex, hodie, ex conſuetudine, poteſt in omnibus delictis per inquiſitionē procedere.p.2.nu.34.pag.147.

Iudex incapax quis dicatur?p.1.nu.298 pag.101.

Iudex incompetens quis dicatur?p.1.nu.297.pag.101.

Iudex, ingerens ſe pro ſua iuriſdictione taliter, quòd videatur aſſumere officiū partis, efficitur ſuſpectus.p.2.num.35.pag.147.

Iudex in iudicando debet eſſe Pius: in inquirendo verò, & procedendo, rigidus, & verſutus.p.1.nu.249.pag.81.

Iudex in quæſtione facti non debet conſulere Superiorem.p.1.nu.224.pag.75.

Iudex iuſtè opinari dicitur ex his, quæ teſtes viderunt, & cognouerunt. p.1.nu.182.pag.62.

Iudex Laicus non poteſt inhiberi ab Eccleſiaſtico, niſi prætextu, quòd occupet Eccleſiaſticam iuriſdictionem.p.1.nu.330.pag.117.

Iudex Laicus, carcerans Clericum iuxtà terminos noſtri textus, cauare debet, ne ignorantia ſit affectata.p.2.nu.12.pag.142.

Iudex Laicus poteſt aliquandò cognoſceſcere de Cauſa notorij iuris ſpiritualis p.2.nu.275.pag.212.

Iudex Laicus quando remittit aliquem articulum, tanquam Spiritualem, ad Iudicem Eccleſiaſticum, poteſt compellere petentem, vt ſibi oſtendat quæ probaturus eſt coràm Eccleſiaſtico. p. 1. nu.245.pag.80.

Iudex Laicus, de quæſtione facti rei Eccleſiaſticæ, & ſpiritualis cognoſcere non poteſt ſi fuerit ab Eccleſiaſtico, inhibitus; ſecundū aliquos.p.1.n.328.p.116

Iudex Laicus poteſt cognoſcere de Cauſa Spirituali, & Eccleſiaſtica, in mero, & nudo facto conſiſtente. p. 1. num.307. pag. 106.

Iudex Laicus pōt cognoſcere de veſtibus, & habitu Clericali.p.1.n.236.pag.77

Iudex Laicus, de quæſtione facti rei Eccleſiaſticæ, & ſpiritualis, inter Laicos ſolos cognoſcere poteſt. p.1. num.327. pag. 116.

Iudex Laicus poteſt cognoſcere de quæſtione facti Decimarum, & Vſurarum. p.1.nu.326.pag.116.

Iudex Laicus, an poſſit cognoſcere de Cauſa Apoſtaſiæ?p.1.nu.320.pag.113

Iudex Laicus poteſt carcerare Clericum in terminis noſtri Textus.p.2.nu.11. pag. 142.

Iudex Laicus, ad quem effectum poſſit cognoſcere de Clerico, coràm ſe falſum deponente?p.1.nu.302.pag.103.

Iudex Laicus non poteſt compellere Eccleſiaſticum ad exequendam ſententiam, à ſe latam.p.2.nu.485.pag.259

Iudex Laicus præueniens Cauſam, vel eſt capax, quoad bona, & perſonam, vel incapax quoad vtrumque.p.2.nu. 143.pag.175.

Iudex Laicus, qui citauit, vel carcerauit prætenſum Clericum, debet cognoſcere de exceptione fori declinatoria, per eū oppoſita. p.2.nu.26.pag.145.

Iudex Laicus, in crimine Hæreſis, tenetur ſtare proceſſui Iudicis Eccleſiaſtici.p.1.nu.360.pag.124.

Iudex Laicus poteſt citare Inquiſitum, etiāmſi à teſtibus nominetur Clericus, Abbas, Don, vel alia ſimili demonſtratione, denotante Clericatum. p.1.num. 195.pag.65.

Iudex Laicus poteſt cognoſcere de titulo colorato rei Eccleſiaſticæ, & Spiritualis.p.1.nu.332.pag.118.

Iudex Laicus, remittens Clericum, non debet modum excedere. p. 2. num.53. pag. 150.

Iudex Laicus poteſt cognoſcere ſuper facto rei Eccleſiaſticæ, & Spiritualis. p. 1.nu.222.pag.74.

Iudex Laicus poteſt expedire citationem contrà Clericum, quando eſt certus, quòd Clericatus ei ſuffragari non poteſt.p.2.nu.9. pag.141.

Iudex Laicus, quare cognoſcere poſſit de requiſitis, obſeruandis per Clericum Coniugatum?p.2.nu.474.pag.257.

Iudex non debet ponere in citatione ſignū aliquod, denotans Clericatum in citato.p.1. nu.201. pag.66.

Iudex alicuius poteſt alius eſſe reſpectu perſonæ, alius reſpectu bonorum. p. 2. nu.142.pag.175.

Iudex quando eſt dubius de priuilegio citati, tenetur citatus comparere. par.2. nu.7.pag.140.

Iudex quando ipſo iure non habet iuriſdictionem in citatum; tùnc citatus non tenetur comparere, nèc priuilegium allegare.p.1.nu.213. pag.70.

Iudex Sæcularis in quibus caſibus poſſit contrà Clericum procedere? remiſſiuè. p.2.nu.114.pag.170.

Iudex Sæcularis regularitèr Clericū capere non poteſt.p.2.nu.10. pag.142.

Iudex Sæcularis quando, & quomodò poſſit cognoſcere de Cauſa Hæreſis?par.1. nu. 319.pag.113.

Iudex Sæcularis poteſt interpellare Eccleſiaſticum, vt faciat trinam monitionem Clericis primæ tonſuræ, & minorum Ordinum, ad incedendum in habitu, & tonſura.p.1.nu.238.pag.78

Iudex Sæcularis poteſt procedere ad capturam Inquiſiti, quandò eſt certus, quòd Clericatus ei non ſuffragatur; etiam ſi à teſtibus nominetur Clericus Don, vel Abbas.p.2.nu.13.pag.142.

Iudex Sæcularis poteſt cognoſcere de titulo colorata Beneficij Eccleſiaſtici. p. 2. num. 434. pag. 246.

Iudex Sæcularis, nec principaliter, nec incidenter poteſt cognoſcere de rebus Eccleſiaſticis, & Spiritualibus. par. 1. nu. 294. pag. 100.

Iudex Sæcularis de Cauſis Eccleſiaſticis Spiritualibus cognoſcere minimè poteſt. p. 1. nu. 290. pag. 99.

Iudex Sæcularis de Cauſa incidente rei Eccleſiaſticæ, & Spiritualis, ſi eſt mixta iuris, & facti, & inſeparabilis, cognoſcere minimè poteſt. p. 1. num. 331. pag. 117.

Iudex tenetur ex officio, propter publicã vtilitatem, procedere per inquiſitionẽ in quibuſdã delictis. p. 2. n. 33. pa. 147.

Iudicem Sæcularem cognoſcere non poſſe de Cauſa Spirituali, ſiuè in facto, ſiuè in iure conſiſtat, tenuerunt aliqui. p. 1. nu. 308. pag. 106.

Iudici, ſi aliquid opponitur; quod contradicit ſuæ Iuriſdictioni, ad ipſum pertinet cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. p. 1. nu. 68. pag. 28.

Iudici Laico, indirectè non eſt concedendum quod directò ei competere non poteſt. p. 1. nu. 361. pag. 125.

Iudicis arbitrium eſt, audire contumacẽ. p. 1. nu. 280. pag. 91.

Iudicis proprium, & directum intereſſe eſt iudicare. p. 2. nu. 32. pag. 146.

Iudicis intereſt, ne acta, coram eo facta, reddantur nulla, & eluſoria. p. 1. nu. 190. pag. 63.

Iudices Eccleſiaſtici rarò procedunt contrà Clericos per viam incorrigibilitatis. Cap. cum non ab homine. de iudic. p. 2. nu. 171. pag. 184.

Iudices Laici quarè ſæpiùs procedant in Mag. Cur. ad capturam prætenſorum Clericorum? p. 1. nu. 203. pag. 67.

Iudices tenentur iure naturali præſtare Subditis defenſionem propriorum bonorum. p. 2. nu. 256. pag. 206.

Iuriſdictio acquiritur; etiam ſi ſit vſurpata per conſuetudinem legitimè præſcriptam. p. 1. nu. 347. pag. 121.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica, & temporalis, ſunt diſtinctæ, & ſeparatæ. p. 1. n. 1. p. 19.

Iuriſdictio quotiès fundatur in aliqua qualitate, de illa prius conſtare debet. p. 2. nu. 157. pag. 179.

Iuriſdictio defenditur, & conſeruatur per ſingularem ipſius Iudicis opinionem. p. 1. nu. 187. pag. 62.

Iuriſdictione conceſſa, cenſentur conceſſa omnia neceſſaria, & vtilia ad eius expeditionem. p. 2. nu. 480. pag. 258.

Ius alicui quæſitum, ſinè facto ſuo ab eo auferri non poteſt. p. 2. n. 334. pag. 225.

Ius dicere nemo poteſt in Cauſa ſua, vel ſuorum. p. 2. nu. 31. pag. 146.

Ius dicenti ſupra ſuam Iuriſdictionem, impunè non paretur. p. 1. nu. 7. pag. 11.

Ius declarandi Concilium, vnde competat Illuſtriſſimis Dominis Cardinalibus? p. 2. nu. 361. pag. 231.

Ius Naturale, frequentiſſimè appellatur ius Diuinum. p. 1. nu. 29. pag. 18.

Ius Poſitiuum quid ſit? p. 1. n. 31. pag. 19.

Iuſpatronatus eſt ſeruitutis ſpecies. p. 1. nu. 324. pag. 115.

Iure communi quod licet, nõ eſt per Principem concedendum. p. 1. n. 48. pag. 23.

Iuſtitia aliquandò ſumitur pro rigore. p. 1. nu. 107. pag. 41.

Iuſtum poteſt eſſe aliquid, & eius contrarium iuſtius, diuerſa ratione attenta. p. 1. nu. 94. pag. 36.

L

LAdiſlaus Rex inueſtit. à Bonifacio IX. p. 1. nu. 172. pag. 58.

Laicus delinquens, & poſtea factus Clericus, per quem Iudices cognoſcatur? p. 2. nu. 118. pag. 170.

Laicus factus Clericus poſt commiſſum delictum, per quem Iudicem cognoſcatur, tribus caſibus ſolet declarari. p. 2. nu. 123. pag. 171.

Laicus naſcitur quilibet, &, in dubio, talis præſumitur. p. 1. nu. 309. pag. 217.

Lege deueniente noxia, etiam in particulari, ceſſat obligatio ipſius in vtroque foro; & cuilibet priuato licet facere hanc interpretationem. p. 1. num. 86. pag. 34.

Legem facere, ſolius Principis eſt. par. 1. num.

num. 49. pag. 23.

Legem nemo poteſt facere non ſubditis. p. 1. nu. 12. pag. 13.

Leges mutari, corrigi, aut abrogari, expedit aliquandò. p. 1. nu. 95. pag. 36.

Leges Sæculares, etiam ſi rerum Eccleſiaſticarum faciant mentionem, cum iuſtæ, & rationabiles ſunt, videntur à Summis Pontificibus approbatæ. p. 1. nu. 102. pag. 38.

Legi ab initio receptæ, adhuc poteſt contraria legitima conſuetudine derogari p. 1. nu. 313. pag. 110.

Legis ratio quando eſt generalis, & deciſio particularis, tunc illa ratio eſt ipſa lex; & deciſio habetur loco exempli. p. 1. nu. 69. pag. 29.

L. de Iure. 37. ff. ad municip. & de incol. expenditur. p. 2. nu. 36. pag. 147.

L. diffamari. C. de ingenuis manumiſſis habet locum in Cauſis Ciuilibus, & Criminalibus. p. 2. nu. 219. pag. 197.

L. Diu. Pius 31. ff. ad leg. Cornel. de falſis; declaratur. p. 1. nu. 305. pag. 105.

L. ex plagis. 52. §. in Cliuio Capitolino ff. ad leg. Aquiliam; declaratur. p. 1. nu. 308. pag. 106.

L. generalitèr 50. C. de Epiſcop: & Cleric. declaratur. p. 1. nu. 216. pag. 72.

L. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, & æſtiua; ponderatur. p. 1. nu. 272. pag. 86.

L. iubemus. 41. C. de liberali cauſa; expenditur. p. 1. nu. 351. pag. 122.

L. iubemus. C. de probatio. interpretatur. p. 2. nu. 282. pag. 213.

L. nihil tam naturale ff. de reg. iur. declaratur. p. 2. nu. 326. pag. 222.

L. non ſolùm. §. fin. ff. de procurat. declaratur. p. 1. nu. 88. pag. 34.

L. nullum. 13. C. de teſtibus; interpretatur. p. 1. nu. 301. pag. 103.

L. quoties. 3. C. de indicijs; expenditur. p. 1. nu. 296. pag. 101.

Lex, adhoc, vt valeat, & vim habeat obligandi, eſt neceſſarium, quòd ab initiò fuerit recepta. p. 1. nu. 313. pag. 109.

Lex debet eſſe ſecundùm conſuetudinem Patriæ. p. 1. nu. 152. pag. 53.

Lex Diuina quæ propriè dicatur. par. 1. num. 30. pag. 19.

Lex Diuina, Iudicibus Eccleſiaſticis, ſuper rebus Eccleſiaſticis Spiritualibus, iuriſdictionem concedens, eam Iudicibus Laicis expreſſè denegauit. p. 1. nu. 291. pag. 99.

Lex Pontificia, aliàs iuſta, & ſancta, propter malum vſum, definit habere vires. p. 1. nu. 86. pag. 34.

Lex quando dicatur non fuiſſe recepta? p. 1. nu. 313. pag. 109.

Lex ſemper loquitur. p. 2. n. 340. pa. 227.

Lex, vel ſtatutum quotiès diſponit aliquid alitèr, quàm à iure communi eſt diſpoſitum, talis diſpoſito dicitur de forma. p. 2. nu. 356. pag. 230.

Lex vna ſolet aliam ſupplere, & declarare. p. 2. nu. 173. pag. 184.

Legitima præſcriptio quæ dicatur? par. 1. nu. 120. pag. 44.

Legitimare nemo poteſt ſe ipſum. p. 2. nu. 325. pag. 222.

Libertas Eccleſiaſtica quotuplex? remiſſiuè. p. 1. nu. 274. pag. 87.

Libertas Eccleſiaſtica non læditur per ſtatuta Laicorum, habentia in ſe naturalem, & ciuilem æquitatem. p. 1. nu. 97. pag. 36.

Licentia Epiſcopi, in adſcriptione Eccleſiæ, debet præcedere, & eſſe expreſſa, & per ſcripturam probari. p. 2. nu. 377. pag. 232.

Literas dimiſſorias nullus, prætèr Epiſcopum, poteſt concedere, ſede non vacante. p. 2. nu. 197. pag. 193.

Literarum dimiſſoriarum introductione, pax intèr Epiſcopos conſeruatur. p. 2. nu. 198. pag. 193.

Literæ Summi Pontificis, enunciatiuè loquentes, quando probent. p. 2. nu. 416. pag. 242.

Locus dat authoritatem ſcripturæ. par. 1. nu. 167. pag. 57.

M

Magis dignum trahit ad ſe minùs dignum. p. 1. nu. 318. pag. 112.

Magna Curia quando fuerit inſtituta. p. 1. nu. 17. pag. 14.

Man-

Mandatum Principis, per ſcripturam debet probari. p.2.nu.433.pag.245.
Maſcara, vnde dicatur. par.1.num.235 pag. 77.
Matrimonium poteſt conſiderari dupliciter. p.1. nn.300. pag.102.
Maurus Burgius, in tractatu de mod. procedend. ex abrupt. q.65. nu.56. centur.1. notatur. p.2. nu.109. pag.168.
Mens, & intentio legiſlatoris ex præfatione maximè colligitur. p.2. nu.337. pag. 225.
Mens redarguta ſit, vt lingua poſteà inredarguta maneat. p.1. nu.3. pag.10.
Miles temporalis Militiæ non gaudet priuilegio militari, niſi dum eſt ſubarmata Militia. p.2. nu.489. pag.260.
Modicum tempus non differt à magno, quando illud modicum eſt duplicatū. p.2. nu.386. pag.236.
Modicum tempus non differt à magno, quando illud modicum eſt fundatum ſupèr iniuſtitia, vel iniquitate. p.2. nu. 386. pag.236.
Modicum tempus quod dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis. par.2. num.385. pag. 236.
Modus à lege introductus, ad obtinenda Eccleſiaſtica Beneficia, eſt Canonica inſtitutio. p.2. nu.419. pag.243.
Monaci vndè dicti. p.2. nu.96. pag.163.

N

NEceſſarium pro vtili, & è contra, aliquandò vſurpatur in iure. p.2. nu.481. pag.258.
Negatio plus tollit, quàm ponit affirmatio. par. 2. nu.207. pag.195.
Negationes omnes ſunt liquidæ iuris præſumptiones. p.2. nu.310. pag.217.
Negatiua coarctata loco, & tēpore, qualitèr probetur. p.2. nu.312. pag.218.
Negatiua explicita, & implicita. p.1. nu. 206. pag.68.
Negatiua propoſitio probari poteſt per famam. p.2. nu.315. pag.219.
Negatiua probatur per implicitam, vel oppoſitam affirmatiuam. p.2. nu.318. pag. 219.
Negatiui facti probatio fieri poteſt per aduerſarij confeſſionem. p.2. num.287. pag. 214.
Negatiui facti impoſſibilis eſt probatio. p.2. nu.286. pag.214.
Negatiuus ſermo vniuerſalis, in vno actu non finitur. p.2. nu.208. pag.195.
Negligentia operatur excluſionem iuris, de quo agitur. p.2. nu.250. pag.205.
Negligentibus Iudicibus Eccleſiaſticis iuſtitiam miniſtrare, ſubintrat in certis caſibus iuriſdictio Sæcularis. p. 1. nu. 90. pag.35.
Nemo vult, quod ignorat. p.1. num.277. pag. 90.
Niſi, particula, inducit conditionèm. p.1. num.241. pag. 79. & p.2. num.354. pag. 230.
Nomen ſolum parum prodeſt, niſi factum quoquè habeatur. p.1. nu.198. pag.65.
Non niſi, particulæ, inducunt formam. p.2. nu.353. pag.230.
Notorij facti permanentis multa ſunt ſpecialia; remiſſiuè. par.2. num.274. pag. 211.
Notorium facti permanentis nulla indiget declaratione. p.2. nu.169. pag.183
Notorium reſultat ex actis, & proceſſu. par.2. nu.170. pag.184.
Nullitas actorum, eſt pœna. p.1. nu.217. pag. 72.
Nullitatis oppoſitio expeditur per officiū Iudicis. p.1. nu.209. pag.69.
Nullus, dictio vniuerſalis eſt, & omnem caſum excludit. p.2. nu.206. pag.194

O

OBedientia eſt maxima virtus. p.2. nu.81. pag.157.
Obedientia eſt rerum omnium ordo, & contextura. p.2. nu.82. pag.158.
Obedientia in anima rationali quodammodò mater eſt, & cuſtos omnium Virtutum. p.2. nu.81. pag.157.
Oblati in Regno, quando gaudent priuilegio fori? p.1. nu.57. pag.25.
Oblati quando gaudeant fori priuilegio? p.2. nu.108. pag.165.
Oblati ſortiuntur varia nomina, large

modo loquendo.p.2.nu.104. pag.165.
Oblati ſtrictè, & propriè, qui dicantur? p.2.nu.105. pag.165.
Obligatus ad ratiocinia, certo modo, dicitur carere libertate.p.2.nu.138.pag.174.
Officium Iudicis non impartitur, niſi petenti.p.1.nu.210. pag.69.
Operis diuiſio.p.1.nu.4. pag.10.
Opinio excellentis Doctoris; ſcientia, & conſcientia idonei, & materiam ex profeſſo tractantis, excuſant in foro conſcientiæ.p.2.nu.3.pag.139.
Opinio ſingularis, præfertur veritati occultæ, cum tendit ad validitatẽ actus. p.1.nu.185.pag.62.
Ordinari antiquitus nemo poterat, niſi ad titulum Beneficij par.2.num.445. pag.248.
Ordinari nemo poteſt, niſi à proprio Epiſcopo.p.2.nu.193.pag.192.
Ordinatus in carceribus, verè, & realitèr eſt ordinatus. p.2.nu.144.pag.176.
Ordines Clericorum ſunt ſeptem.p.1.nu.24.pag.16.
Ordines Militares ſunt in duplici differentia.p.2.nu.109.pag.166.
Ordines primi Clericorum, ſunt quatuor. p.1.nu.25. pag.17.
Ordines quatuor Clericorum qui dicuntur Minores, non ſunt ſacri, nec per eorum ſuſceptionem, imprimitur character.p.1.nu.25.pag.17.
Ordò Militaris Eccleſiaſticus eſt duplex. p.2.nu.109.pag.167.

P

Par in parem non habet imperium. p. 1.nu.329.pag.117.
Pars ſeparata à toto, non eſt ſub toto; ſed eſt totum de per ſe.p.2.nu.465.pa.253
Participia reſtringunt diſpoſitionem, & ponunt rem ſic eſſe.p.2.n.376.pa.233.
Participium præſentis temporis reſoluitur in relatiuum.p.2.nu.371.pag.233
Particularis conſuetudo immemorialis, eſt ſufficiens ad limitandam Clericorum exemptionem.p.1.n.135.pag.45.
Patrimonij aſſignatio non fit hodiè, niſi Clericis, ad Sacros Ordines promouendis.p.2.nu.448.pag.249.
Patrimonium ratione decreti; ſupèr eo interpoſiti, fit res Eccleſiaſtica.p.2.nu. 446.pag.249.
Paupertas eſt duplex.p.2.nu.83.pa.159.
Paupertas ingentes producit virtutes. p. 2.nu.85.pag.160.
Paupertas voluntaria in inopia mentis conſiſtit. p.2.nu.84. pag.159.
Paupertas voluntaria à Deo proficiſcitur.p.2.nu.85.pag.159.
Paupertatis priuilegia; remiſſiuè. p.2.nu. 86.pag.161.
Peccare non dicitur qui rationabiliter non adimplet Superioris mandatum. p.1.nu.3.pag.10.
Peccato voluntario alterius, licitè quis vti poteſt, ad proprium bonum.p.1.nu. 119.pag.44.
Peccatum mortale eſt cauſa materialis Excommunicationis.par.1.num.259. pag.83.
Pecunia, verbum, omnia tam mobilia, quam immobilia comprehendit. par.2. nu.227.pag.198.
Penitus illiteratis, nec prima tonſura eſt conferenda.p.2.nu.294 pag.215.
Penitùs illiteratus quis dicatur? p.2.nu. 295.pag.216.
Penitùs illiteratus irregularis eſt. p.2. nu.297.pag.216.
Penſio non eſt res Eccleſiaſtica, nec aliquid habet ſpiritualitatis.p.2.nu.461 pag.252.
Penſio ſolet aſſignari in ſtipendium, & remunerationem alicuius ſeruitij temporalis, in Eccleſiæ vtilitatem impenſi.p.2.nu.462.pag.252.
Penſiones ſolent aſſignari perpetuis Vicarijs Eccleſiarum Parochialium.par.2. nu.463.pag.253.
Penſiones ſolent aſſignari quibuſcunque Clericis, in titulum Beneficij.p.2.num. 464.pag.253.
Penſiones ſolent aſſignari ſimplicitèr ad tempus, ideſt eius vita durante, cum legitima cauſa.p.2.nu.466.pag.254.
Penſio in hunc ſenſum quid ſit? p.2.num. 467.pag.254.

Penſionem ſupradictam habens, an gaudeat priuilegio fori tanquam ſimplex Clericus, an tanquam Beneficiatus. p.2 nu.468. pag.254.
Penſio eiuſmodi non eſt Beneficium Eccleſiaſticum. p.2.nu.469.pag.254.
Perceptio fructuum, ad factum pertinet. p.2.nu.437.pag.246.
Periurium eſt crimen mixti fori. p.1.nu. 304.pag.104.
Petri Rauennatis, & Rochi de Curt. doctrina declaratur. p.1.nu.104.pag.39
Pœna ipſo iure à lege, vel ſtatuto irrogata, adhuc indiget declaratione. p.2.nu. 158.pag.179.
Pœna exilij imponi poteſt per Eccleſiaſticum Iudicem. p.2.nu.160. pag.180.
Pontificis diſpenſatio circa Ordinum validitatem. p.2.nu.216.pag.196.
Poſito, quod non expedit, ſequitur, quod non oportet. p.1.nu.282.pag.93.
Poſſeſſio, aliquando contingit nuda, aliquando veſtita. p.1.nu.129 pag.46.
Poſſeſſio, an ſit iuris, vel facti. p. 2. num. 435.pag.246.
Poſſeſſio Beneficij Eccleſiaſtici qualiter apprehendatur. p.2.nu.424. pag.244.
Poſſeſſio effectualis rei nullo modo melius probatur, quàm per perceptionem fructuum eiuſdem. p.2.n.436.pa.246
Poſſeſſio eſt quid iuris. p.2.n.406.pa.240
Poſſeſſio propriè, & ſtrictè, eſt rerum corporalium. p.1.nu.121.pag.44.
Poſſeſſio ſola non ſufficit in beneficialibus ſine Canonica inſtitutione. p. 2. num. 410.pag.247.
Poſſeſſorium rei Eccleſiaſticæ, & Spiritualis facti eſt, profanum, & temporale. p.2.nu.438.pag.247.
Poſteriores leges per priores limitari, & reſtringi, non eſt nouum in iure. par.2. nu.412. pag.241.
Poteſtates Eccleſiaſtica, & Secularis, omninò ſunt diſtinctæ, & ſeparatæ. par.1. nu.51.pag.23.
Poteſtas omnis à Deo eſt. p.1.n.59.pag.23
Poteſtas Secularis, iuſta ſuperueniente cauſa, poteſt diſtinguere, aut limitare ius Diuinum. p.1.nu.91.pag.35.
Practica obſeruanda, quando Aſſaſſinus allegat Clericatum. p.2.n.186.pa.189
Prælatus Monaſterij habet intereſſe in remiſſione ſui Religioſi. p.2.num.188. pag. 191.
Præſcriptio currit aduerſus impeditum impedimento facti; licèt concedatur reſtitutio. p.1.nu.162. pag.56.
Præſcriptio iurium incorporalium, non procedit, niſi data, & probata ſcientia, & patientia Aduerſarij. p. 1. nu.158. pag.55.
Præſcriptio non procedit aduerſus impeditum. p.1.nu.160.pag.55.
Præſcriptum, tantum, quantum poſſeſſum. p.2.nu.504.pag.262.
Præſertim, dictio, ſtat aliquandò limitatiuè. p.2.nu.212.pag.196.
Præſertim dictio, ſtat declaratiuè, pro, (maximè) p.2.nu.211.pag.196.
Præſumptio iuris quæ dicatur. p.2.num. 304.pag.217.
Præſumptio ſuccumbit probationi. par.2. nu. 283. pag.214.
Præſumptionem iuris qui habet contra ſe, oneratur grauiori probatione. p.2. nu.292.pag.215.
Præuenta Cauſa, & perſona antè Clericatum, Iudex Laicus remanet in totum competens p.2.nu.130.pag.172.
Præuenta Cauſa, & perſona, etiam antè ſententiam, Iudex Laicus eſt competens. p.2.nu.131.pag.173.
Præuenta Cauſa, & etiam perſona, non per capturam, ſed per ſententiam; an Iudex Laicus ſit competens? p.2.num. 133.pag 173.
Præuentio quid ſit? p.2.nu.119.pag.171.
Præuentio contingere poteſt in Cauſis Ciuilibus, & Criminalibus. p.2.nu.120. pag. 171.
Præuentio ex quibus inducatur? p.2.nu. 121.pag.171.
Præuentio quà nam ſit potentior? remiſſiuè. p.2.nu.122. pag.171.
Præuentioni non eſt locus in Regno inter Iudicem Eccleſiaſticum, & Secularem. p.1.nu.304.pag.104.
Præuentionis non modica eſt vis, & efficacia. p.2.nu.38. pag.148.
Pragmatica 1. & 2. huius Regni ſub tit. de

de perſonat.& cor.veſtib.exornantur. p.1.nu.234.pag.77.
Pragmatica 4.quæ incipit (quemadmodum Canonicis) ſub tit. de Cleric. & Diacon.Saluat.declaratur. p.2. num. 383.pag.235.
Praxis Magnæ Curiæ in concedendo brachium Tribunalibus inferioribus, vnde habuit originem.p.2.n.62.pag.152.
Praxis noua aſſignatur quod citatum ad foriudicandum, prætendentem eſſe Clericum.p.1.nu.284.pag.94.
Praxis quænam ſit practicanda cum Clerico, habente penſionem Eccleſiaſticam.p.2, nu.460. pag.252.
Praxis remedij L. diffamari C. de ingenuis manumiſſis; remiſſiuè. p.2.num. 221.pag.197.
Prima Practica noſtri Textus. p.2. nu. 259.pag.208.
Prima tonſura non annumeratur à Theologis inter Eccleſiaſticos Ordines. p.1. nu.24.pag.16.
Princeps, licèt ſit dominus legum, non tamen eſt dominus morum.p.1.nu.343. pag. 120.
Princeps, etiam cum ſuis ſubditis, non poteſt vti plenitudine poteſtatis.p.2.nu. 413.pag. 242.
Princeps Sæcularis non poteſt facere leges contra libertatem Eccleſiaſticam. p.1. nu.12.pag.13.
Princeps Sæcularis imponit pœnam Apoſtaſiæ.p.1. nu.320. pag.113.
Princeps Sæcularis habet in temporalibus plenitudinem poteſtatis, & dicitur Dei Vicarius. p.1.nu.52.pag.24.
Priuilegium alicui conceſſum, non extenditur ad ea, per quæ læditur publica vtilitas.p.1. nu.82.pag.33.
Priuilegium Canonis, Si quis ſuadente diabolo.17.q.4.eſt iuris poſitiui. p. 1. nu.34. pag.20.
Priuilegium poteſt concedi etiam non ſubdito.p.1.nu.43.pag.21.
Priuilegium conceſſum non ſubdito, quando habeat effectum.p.1.nu.43.pag.22
Priuilegia non ſubditis conceſſa re vera ſunt tranſactiones, & contractus.p.1. nu.44.pag.22.
Priuilegium non ſubdito conceſſum, non debet detrahere iuri proprij Principis. p.1.nu.46.pag.22.
Priuilegium conceſſum non ſubdito, non poteſt reuocari per concedentem. p. 1. nu.47. pag.22.
Priuilegium conceſſum non ſubdito, habet vim contractus.p.1.nu.44.pag.22
Priuilegium debet concedi ab habente poteſtatem in priuilegiatum.p.1. nu.42. pag. 21.
Priuilegium eſt ius contrà commune indultum.p.1.nu.39.pag.21.
Priuilegium fori Clericorum an competat Tertiarij, Conuerſis, Oblatis, Heremitis, Hoſpitularijs; & alijs ſimilibus perſonis? remiſſiuè.p.1.n.56.pa.25
Priuilegium fori Clericorum iure poſitiuo fuiſſe introductum, defendunt multi Doctores.p.1.nu.33.pag.19.
Priuilegium fori Clericorum à Principibus Sæcularibus videbatur concedendum eſſe.p.1.nu.37.pag.20.
Priuilegium fori Clericorum, extenditur ad carcerationem.p.1.nu.28. pag.18.
Priuilegium fori Clericorum incæpit à Concilijs.p.1. nu.40. pag.21.
Priuilegium fori Clericorum, in quò conſiſtat? par.1.nu.27.pag.17.
Priuilegium fori Clericorum, quo iure ſit introductum.p.1.nu.28.pag.18.
Priuilegium fori Clericorum, in quo ſenſu ſit Iuris Diuini. p.1.nu.34.pag.20.
Priuilegium fori Clericorum fundatur in qualitate Clericatus.p.1.n.64.pag.27
Priuilegium fori Clericorum, Iure Diuino fuiſſe introductum, tenuerunt multi.p.1.nu.32.pag.19.
Priuilegium fori competit etiam Religionis, Nouitijs, & non profeſſis. p.1. nu. 55.pag.25.
Priuilegium fori competit omnibus Clericis.p.1.nu.55. pag.25.
Priuilegium concedere, propriè ad Principem ſpectat.p.1.nu.50.pag.23.
Priuilegium in corpore Iuris clauſum, faciliùs tollitur; quam Ius commune. p.1.nu.63.pag.27.
Priuilegium in corpore Iuris clauſum, quod dicatur.p.1.nu.67.pag.28.

Priui-

Priuilegium non probatur, niſi per ſcripturam. p. 2. nu. 263. pag. 209.
Priuilegij Clericalis obtentu, non debet publica vtilitas vacillare. p. 1. nu. 83. pag. 33.
Priuilegiorum in materia, erubeſcimus, dum ſinè lege loquimur. p. 2. nu. 344. pag. 228.
Probabilia Argumenta, quæ ſint in materia Aſſaſſinij. p. 2. nu. 186. pag. 189.
Probationes, in articulo remiſſionis Clerici, debent eſſe plenæ, & concludentes. p. 2. nu. 502. pag. 262.
Probationum materia, multùm ſubeſt Iudicis arbitrio. p. 2. nu. 319. pag. 220.
Probationum via non eſt anguſtanda. p. 2 nu. 264. pag. 209.
Procurationis mandatum, tunc legitimum dicitur, cum de eo per ſcripturam conſtat. p. 2. nu. 430. pag. 245.
Procurator non admittitur in Cauſis Criminalibus. p. 1. nu. 247. pag. 80.
Procurator licèt non admittatur in Criminalibus Cauſis, admittitur tamen Inſtructor. p. 1. nu. 248. pag. 81.
Pythagoræ ſymbolum declaratur. par. 1. nu. 75. pag. 31.
Pythagoræ ſymbolum de Religione. p. 2. nu. 74. pag. 156.

Q

Quæſtio facti quæ dicatur; & quæ Quæſtio Iuris. p. 2. num. 226. pag. 75.
Quæſtio facti, in Hæreſi, inſeparabilis eſt à Quæſtione Iuris. p. 1. n. 317. pa. 112
Quæſtio facti non tangit medullam veritatis. p. 1. nu. 225. pag. 75.
Quæſtioni facti quoties eſt admixta quæſtio Iuris, facti quæſtio appellatur. p. 1 nu. 333. pag. 118.
Quæſtio Iuris quamuis à lege dependeat, quæſtio tamen facti Iudicantis eſt. p. 1. nu. 223. pag. 75.
Qualificatus ſermo, dicitur vnum, & quid indiuiduum. p. 2. n. 375. pag. 233.
Qualitas Aſſaſſinatus cognoſcitur in Regno, contrà Clericum per Iudicem Laicum. p. 2. nu. 182. pag. 188.
Qualitas Aſſaſſinij conſtare debet per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici contrà Clericum, antequàm Laicus contrà eum procedat. p. 2. nu. 181. pag. 187.
Qualitas, quæ defert iuriſdictionem, an ſufficit, quòd probetur ſemiplenè? p. 2. nu. 157. pag. 179.
Quaſi poſſeſſio, idem operatur, quod poſſeſſio. p. 1. nu. 121. pag. 44.
Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, habet cauſam continuam. p. 1. nu. 122. pag. 45.
Quod multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur. p. 2. nu. 37. pag. 147.

R

Rarum omne eſt carum. par. 2. num. 92. pag. 162.
Ratio decidendi particularis ad Primam Partem noſtri Textus. p. 1. num. 181. pag. 61.
Ratio deciden di particularis ad Secundam Partem noſtri Tex. p. 1. nu. 221. pag. 74.
Ratio decidendi particularis ad Tertiam Partem noſtri Textus. p. 1. num. 245. pag. 80.
Rationabile, ſolùm, & æquum defendit Eccleſia Dei. p. 1. nu. 101. pag. 38.
Rationabilitas conſuetudinis, derogantis Iuri poſitiuo, qualibet rudi æquitate contentatur. p. 1. nu. 85. pag. 33.
Rationabilitas noſtri tex. de per ſe conſideratæ, vndè colligatur. p. 1. num. 77. pag. 31.
Reaſſumptio habitus, & tonſuræ, non reſtituit priuilegium Clericale. p. 2. nu. 331. pag. 223.
Regina Ioanna I. inueſtitur per Legatum Clementis VI. Summi Pontificis. p. 1. nu. 169. pag. 57.
Regina Ioanna, & Ludouicus eius Vir inueſtiuntur à Legato Clementis VI. Summi Pontificis. p. 1. nu. 170. pag. 57.
Regina Ioanna II. vniuit Magnam Curiam, & Vicariam. p. 1. nu. 18. pag. 15.
Regina Ioanna Secunda habuit vtraſque Curias; Magnam, ſcilicet, & Vicariæ. par. 1.

I N D E X.

par.1.num.17.pag.15.

Regina Ioanna II. inueſtitur à Martino V. Summo Pontifice.p.1. num.173. pag. 58.

Regnum Neapolitanum eſt Feudum Sanctæ Eccleſiæ.p.1.nu.166.pag.56.

Regula, Cui licet.53.de reg.iur. in 6. expenditur.p.2.nu.209. pag.195.

Regula, cui licet.de reg.iur.in 6. maximè procedit, quandò plus continet ſub ſe minus, tanquam ſpeciem, ſeù partem. p.2.nu.210.pag.195.

Regula, factum legitimè.de Reg.iur.in 6. declaratur.p.1.nu.87 pag.34.

Regulam qui habet pro ſe habet intentionem fundatam.p.1.nu.62.pag.26.

Rei appellatio, tam ad mobilem, quàm ad immobilem refertur.p.2.num.228 pa. 199.

Reipublicæ cauſa à Iure Diuino deſcendit.p.1.nu.79.pa.32.

Reipublicæ fauore ſciens, & tenens, videtur conſentire.p.1. nu.115.pag.43.

Reipublicæ intereſt ſententias exequutioni demandari.p.2.n.239.pag.200.& num.484.pag.259.

Relatiuum, adiunctum verbo futuri temporis, inducit conditionem. p. 2. num. 372.pag. 233.

Relatiuum (Is) refert ſuum antecedens, cum omnibus ſuis qualitatibus.par.2. nu. 395.pag.238.

Religio Chriſtiana eſt vera, & propria Religio. p.2.nu.76. pag.156.

Religio ſola facit homines à belluis differentes.p.2.nu.73.pag.155.

Religionis propriè, & ſtrictè ſumptæ, quatuor ſunt ſpecies.p. 2.nu.94. pag.163.

Religionis prima ſpecies eſt Monachorum p.2. nu.95.pag.163.

Religionis ſecunda ſpecies eſt illa, quæ dicitur Canonicorum Regularium. p. 2. nu.97.pag.164.

Religionis tertia ſpecies eſt illa, quæ dicitur Fratrum Mendicantium. par. 2. nu.98. pag.164.

Religionis quarta ſpecies eſt Ordinum Militarium.p.2.nu.99 pag.164.

Religioſorum nomen latiſſimum eſt. p.2. nu. 72. pag.155.

Religioſi propriè, & ſtrictè, qui dicantur p.2.nu.79.pag.157.

Religioſi ſtrictiùs, & propriè, qui dicantur.p.2.nu.74.pag.155.

Religioſi verè, & propriè, gaudent fori priuilegio. p.2.nu.100.pag.164.

Religioſus, vt verè, & propriè ſit talis, debet emittere, & profiteri tria vota ſolemnia.p.2.nu.80.pag.157.

Religioſus, qui non fuit profeſſus tria vota, non gaudet fori priuilegio. p.2. nu. 101.pag.164.

Religioſus, poſt delictum commiſſum factus, non gaudet priuilegio fori; remiſſiuè.p.2.nu.154. pag.178.

Religioſus profeſſus æquiparatur Clerico in Sacris conſtituto. par.2.num.505. pag. 263.

Remiſſio non eſt facienda, quotiès per eũ petitur, de cuius crudelitate, & ſæuitia dubitatur.p.2.nu.66.pag.153.

Remiſſio Clerici per Laicum Iudicem debet fieri abſque ignominia. p.2.nu.55. pag. 150.

Remiſſio delinquentis, quarè requirat Cauſæ cognitionem? p.2.n.63.pag.152

Remiſſio delinquentis, in Regno, fit cum aliquali informatione Iudicis petentis p.2.nu.61.pag 151.

Remiſſio delinquentis non fit, niſi adhibita aliquali Cauſæ cognitione. p.2. nu. 59.pag.151.

Remiſſio delinquentis non fit, niſi Iudex, qui eam petit; tranſmittat aliqualem fidem ſeù informationem inquiſitionis p.2.nu.60.pag.151.

Remiſſio an ſit facienda caſu, quo in proceſſu non apparet, Inquiſitum commiſiſſe delictum? p.2.nu.56.pag.150.

Remiſſionis articulus, ſuper fori declinatoria, eſt ciuilis. p.2.nu.279.pag.212.

Remiſſionis faciendæ, cauſæ, & rationes; remiſſiuè.p.2.nu.65.pag.152.

Remiſſiones delinquentium; quarè non fiant in leuibus delictis. p.2. num.64. pag. 152.

Repertus in fragranti crimine quis dicatur? p.2.nu.15. pag.143.

Requirere ab alio nõ debemus, quod à nobis requiri nollemus.p.1.nu.175.p.185

Requiſitio ſit aliquandò, vbi citatio fieri non poſſet.p.2.nu.246.pag.202.
Requiſitio vrbana,& affectuoſa quænam ſit? p.2.nu.174.pag.184.
Res non denominatur à ſono verborum, ſed ab eius ſubſtantia,& effectu.p.1. nu.45.pag.22.
Res noſtra, dicuntur ſubſtantia noſtra, aut ſecundus ſanguis.p.2.num.255. pag.206.
Res non à denominatione verborum, ſed ab effectu ſubſtantiam capit.p.1.num. 197.pag.65.
Rex eſt Caput, Imago, & Anima Reipublicæ.p.1.nu.80.pag.32.
Rex dicitur Vicarius Dei.p.1.n.2.pag.10
Rex Chriſtianus habet ſuæ poteſtatis priuilegia diuinitùs conſtituta.p.1.nu.2. pag.10.
Rex Robertus inueſtitur à Clemente V. p.1.nu.168.pag.57.
Ritus quid ſit? p.1.nu.15.pag.14.
Ritus ad iuſtitiam Cauſarum aliquandò refertur.p.1.nu.16.pag.14.
Ritus, Mos, & Conſuetudo promiſcuè vſurpantur.p.1.nu.16.pag.14.
Ritus, Mos, & Conſuetudo, differunt inter ſe.p.1.nu.15.pag.14.
Ritus noſter quomodò practicetur cum Clericis primæ tonſuræ, & minorum Ordinum,habentibus Patrimonium. p.2.nu.459.pag.252.
Ritus noſter, an practicetur cum Clericis ordinatis ad titulum Patrimonij? p.2. nu.444.pag.248.
Ritus noſter,an practicetur cum Clerico, qui aſſignatum habuit Patrimonium ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, non tamen eos ſuſcepit.p.2.nu.449.p.250.
Ritus noſter vtrum practicetur cum Clericis Forenſibus,Exteris, aut Peregrinis?p.2.nu.492.pag.260.
Ritus noſter an practicetur cum Clericis Coniugatis?p.2.nu.473.pag.256.
Ritus,non ſolùm in Magna Curia,ſed in omnibus Curijs Regni ſunt obſeruandi p.1.nu.21.pag.16.
Ritus noſter,quoad probationem Clericatus,poteſt practicari dupliciter.par.2. nu.258.pag.207.
Ritus noſter vtrum practicetur cum Religioſis?p.2.nu.503.pag.262.
Ritus, quamuis in ſcriptis fuerint redacti, non deſinunt eſſe conſuetudines.p. 1.nu.19.pag.15.
Ritus 65.interpretatur.p.1.num.287. pag.96.
Ritus 269.declaratur.p.1.nu.288.p.96.

S

SAcri Conſilij Deciſio refertur; quoad Clericatum,aſſumptum poſt condemnationem.p.2.nu.152.pag.178.
Sacramentum Ordinis reiterari non poteſt.p.2.nu.215.pag.196.
Sayrus,lib.3.de Cenſur.cap.26.num.13. declaratur.p.1.nu.265.pag.85.
Scientia, vel notitia excluſa, non datur comprehenſio legis.p.2.nu.296.p.261.
Scienti,& conſentienti,non fit iniuria. par.1.nu.114.pag.43.
Scientia,& patientia habetur loco traditionis in iuribus incorporalibus.p.1. nu.132.pag.46.
Secunda noſtri Textus Practica,eſt circa Clericos Beneficiatos.p.2.num.390. pag.237.
Sede vacante,innouatio permittitur in certis caſibus à iure expreſſis.p.2.nu. 201.pag.193.
Sede vacāte, regulariter ſuccedit Capitulum loco Prælati.p.2.nu.204.pag.194
Sede vacante, aliquandò datur Eccleſiæ Viſitator,aliquandò Syndicus,ſeù Oeconomus.p.2.nu.204.pag.194.
Sede vacante,nihil eſt innouandum. p.2. nu.199.pag.193.
Sede vacāte poteſt Capitulum literas dimiſſorias concedere illis, quibus Epiſcopus poſſet.p.2.nu.202.pag.193.
Sententia Paſtoris,iuſta, vel iniuſta, eſt timenda.p.1.nu.252.pag.82.
Sequeſtratæ rei reſtitutio, Iuris Diuini, & Naturalis eſt.p.2.n.237.pag.200
Sequeſter,quis dicatur? par.2.num.223. pag.198.
Sequeſtratio prohibita eſt, extra caſus à iure expreſſos.p.2.nu.225.pag.198.
Sequeſtratio, ob bonum publicum eſt introdu-

troducta.par.2.nu.226. pag.198.
Sequeſtratio mixta quæ ſit? p.2.nu.236. pag. 200.
Sequeſtratio neceſſaria, quæ dicatur? p.2. nu. 235. pag.200.
Sequeſtrationem præcedere debet controuerſia iudicialis, vel extraiudicialis. p.2.nu.229. pag.199.
Sequeſtratio voluntaria ſemper eſt licita.p.2.nu.234. pag.199.
Sequeſtratio eſt triplex.par.2.num.232. pag. 199.
Sequeſter an poſſit ſalarium petere; ad Beneficia præſentare; vel ea conferre? remiſſiuè. p.2. nu.240.pag.201.
Sequeſtratio quid ſit? p.2.nu.224.p.198.
Sequeſtratio voluntaria quid ſit? p.2.nu. 233.pag.199.
Sexui vnicuique proprius, & diſtinctus deſignatus eſt habitus. p.1.num. 230. pag. 76.
Singula ſingulis referuntur ſæpè in iure. p.1. nu.353. pag.123.
Solutio ad Primum principale Argumentum. p.1. nu.276. pag.89.
Solutio ad Secundum principale Argumentum.p.1.nu.289. pag.98.
Solutio ad Tertium principale Argumentum.p.1.nu.348. pag.121.
Sponſiones quas Hiſpani (Appueſtas) vocamus, differunt à ſequeſtratione.p.2. nu. 230. pag.199.
Statutum, lex, aut alia qualibet diſpoſitio, à mente diſponentis dependet. p.2. nu.336. pag.225.
Sponſiones fieri probibitum fuit, niſi pro certamine, quod, virtutis cauſa, exerceretur.p.2.nu.231.pag.199.
Statuta Laicorum de non extrahendis mercimonijs, ſeu de ſoluendis gabellis, impoſitionibus, ſeu collectis, an comprehendant Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas? remiſſiuè. par. 1. num. 348. pag. 121.
Stilus Curiæ pro lege obſeruandus eſt.p.2 nu.51. pag.150.
Subditus licitè, & iuſtè tenetur obedire Superiori ſuo, etiam contra propriam opinionem, & conſcientiam; cum certis tamen conditionibus. par. 1. num. 276. pag. 88.
Sublatis animo, & intentione Excommunicantis, ceſſat Excommunicatio. p.1. num.273. pag.87.
Succedens in alterius locum efficitur, quo ad effectum, vna, eademque res cum ipſo, cui ſuccedit. p.2.nu.447.pag. 249
Succeſſores non oportet nimis ſollicitos eſſe de rationabilitate antiquæ conſuetudinis. p.1.nu.117.pag.43.
Summus Pontifex, in ordine ad ſpiritualem finem, habet pleniſſimam poteſtatem, etiam in temporalibus, & profanis rebus. p.1.nu.53.pag.24.
Summus Pontifex gerit vices Chriſti Domini; & cum eo facit vnum Tribunal. p.2.nu.432. pag.245.
Summus Pontifex poteſt facere, quòd aliqui Clerici, & in aliquibus caſibus, ſubiaceant Iudici Sæculari. p.1.num.54. pag. 24.
Summus Pontifex quas Cauſas Spirituales, & Eccleſiaſticas poſſit Laicis delegare? remiſſiuè. p.1.nu.325.pag.116.
Summus Pontifex poteſt delegare Laicis ea, quæ ſunt iuriſdictionis. p. 1. num. 325. pag. 116.
Summus Pontifex eſt Dominus omnium Beneficiorum. p.2.nu.431. pag.245.
Summus Pontifex non videtur velle vinculum inijcere animabus, & eas illaqueare. p.1.nu.105. pag.39.
Superioris mandatum licitè non adimpletur, quando poteſt reddi ratio non adimplendi. p.1.nu.3.pag.10.
Suſpicio eſt minor præſumptione. p.2.nu. 284. pag.214.

T

Tempus centum annorum, eſt tempus immemoriale. p.1. nu.270. pag.86.
Tempus eſt cauſa occaſionalis ad faciendum aliquem capacem. p.1. num.133. pag. 47.
Temporis interruptio non elidit immemorialem præſcriptionem. p.1.nu.178 pag. 59.
Temporis natura eſt deſtruere, & annibilare. p.1.nu.133. pag.47.

Termini habiles ſemper ſunt ſupponendi. p.2.nu.251.pag.229.
Tertiarij Fratres, ſeù de Pœnitentia, vel Continentes, non gaudent fori priuilegio mero iure. p.2.nu.102.pag.164.
Tertiarij Fratres, vel de Tertio Ordine, ſeù de Pœnitentia, qui dicantur. par.2. nu.103.pag.165.
Teſtis debet deponere concludenter. p.1. nu.199.pag.66.
Teſtis, falſum deponens coràm arbitro, vel arbitratore, non poterit ab eis puniri. p.1.nu.306.pag.106.
Teſtis, quando dicatur concludentèr deponere. p.1. nu.199.pag.66.
Teſtis non iuratus, etiamſi Cardinalis ſit, nullam facit probationem. p.1.nu.358.pag.124.
Teſtibus deponentibus ſupèr negatiua coarctata loco, & tempore, tantum creditur, quantùm deponentibus ſupèr affirmatiua, cæteris paribus. p.2. num. 313.pag.218.
Teſtium dicta, poſt iuramentum, debent indiminutè deſcribi. par.1. num.200. pag. 66.
Textus commendatio. p.1. ante num.1. pag.10.
Textus diuiſio. p.1.nu.5.pag.11.
Textus, habens plures intellectus, ad Cauſarum deciſionem allegari non meretur. p.2.nu.37.pag.147.
Textus noſter ad literam, prout ſonat, videtur intelligendus. p.1.num.289. pag.97.
Tex. noſter diuerſimodè intelligitur. p.1. nu.179.pag.60.
Textus noſter qualiter intelligatur quoad citatum ad foriudicandum. par.1. nu.286 pag.95.
Textus noſter quare non practicetur, niſi cum Clericis primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum? p.1.nu.243.pag.79.
Tex. noſter quomodò practicetur cum Clericis in Sacris conſtitutis. p.1. nu. 244.pag.79.
Textus noſter qualiter intelligatur à Follerio. p.1.nu.10.pag.12.
Textus noſter ſimpliciter, & prout ſonat eſt intelligendus. p.1.nu.8.pag.12.
Timoris præſumptio cadit in Subditum, reſpectu Superioris, & non è contra. p.1.nu.176.pag.59.
Titulus coloratus in Beneficijs quis dicatur? p.2.nu.426. pag.244.
Titulus in beneficialibus probandus eſt; quia nunquam præſumitur. p.2. num. 427.pag.244.
Titulus in Beneficijs quomodò accipiatur. p.2.nu.422.pag.243.
Titulus quandò debeat ſaltem allegari in immemoriali præſcriptione. par.1. nu.146.pag.51.
Titulus quid ſit in materia præſcriptionis? p.1.nu.130.pag.46.
Titulus verus in materia beneficiaria quis dicatur? p.2.nu.425.pag.244.
Tituli probatio facienda eſt per literas, ſeù Bullas inſtitutionis. p.2. nu.428. pag.245.
Tolerantia approbationis, habens aliquem actum, quamuis implicitum, denotantem conſenſum, inducit diſpenſationem. par.1.num.111.pag. 42.
Tolerantia comparatiua generaliter ad bonum commune, inducit diſpenſationem. p.1.nu.109.pag.41.
Tolerantia comparatiua non inducit diſpenſationem, regulariter. p.1.nu.108. pag.41.
Tolerantia, & conſenſus differunt. p.1. nu.113.pag.42.
Tolerantia nuda, quæ nullum habet actũ denotantem conſenſum, non inducit diſpenſationem. p.1.nu.110.pag.42.
Tolerantia Superioris inducit diſpenſationem. p.1.nu.103.pag.38.
Tortura, ex proceſſu informatiuo, non infertur, niſi vrgentibus indicijs; remiſſiuè. p.2.nu.186.pag.190.
Traditio eſt titulus ſufficiens ad præſcriptionem. p.1.nu.131.pag.46.
Trina Canonica monitio eſt neceſſaria ad ferendam Excommunicationem. p.2.nu.166.pag.182.
Trina monitio, ad reaſſumptionem habitus, & tonſuræ, quoad Clericos primæ tonſuræ, & minorum Ordinum, non eſt neceſſaria; ſecundùm aliquos. par. 1.num.

1. num. 237. pag. 77.

V

VAſſallus, quando detinetur ſinè delicti ſuſpicione, non remittendus ad Baronem. p. 2. nu. 71. pag. 154.
Verba declarant animum loquentis. p. 1. nu. 20. pag. 16.
Verba vbi ſunt clara, inſpecta propria eorum ſignificatione, non eſt locus interpretationi. p. 2. nu. 453. pag. 251.
Verba ſempèr debent intelligi ſecundùm ſubiectam materiam. par. 2. nu. 402. pag. 239.
Verecundia, & pudor ſunt ſpecies pœnæ. p. 2. nu. 54. pag. 150.
Veritatis vis non fundatur in coaceruata teſtium multitudine. par. 2. nu. 150. pag. 177.
Verum habetur, quod Teſtator putauit verum. p. 1. nu. 186. pag. 62.
Veſtes propriæ Ancillarum, Meretricum, & Ingenuarum, olim diſtincta inter ſe fuerunt. p. 1. nu. 233. pag. 76.
Veſtium, & habitus qualitas excellentiam corporis, & animi oſtendit. p. 1. nu. 229. pag. 76.
Vidua, quæ habitum nigrum non gerit, non dicitur vidualem vitam ſeruare. p. 1. nu. 232. pag. 76.
Violentia paſſa præſumptionem habet Superior contra ſe. p. 1. nu. 176. pag. 59.
Voluntas cuiuſque præſumitur qualis eſſe debet. p. 2. nu. 303. pag. 216.
Vota tria qui non promittunt, ſed aliquod ipſorum, non ſunt propriè Religioſi, nèc dicuntur habere Regulam p. 2. nu. 99. pag. 164.
Vſuræ, conſuetudine, permittuntur, & licitè exiguntur. p. 1. nu. 340. pag. 119.
Vſus tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedit, ineptè appellatur præſcriptio; ſed appellanda eſt conſuetudo. p. 1. nu. 271. pag. 86.
Vtilitas publica, eſt iuſta cauſa diſpenſationis. p. 1. nu. 110. pag. 42.

FINIS.

Prudens Lector; Operis impreſſioni deſiderata Authoris præſentia, plurima irrepſere errata; quorum præcipua ſequentem caſtigationem excipient: leuiora, & quæ interpunctionis ſunt, ipſe corriges.

ERRATA	CORRECTIO
Pagina 2. Columna 1. conſuetudinis	conſuetudines
pag. 2. col. 2. Meliuetanum	Milenitanum
ibidem Chartaginenſe	Carthaginenſi
pag. 3. col. 2. contemptatur	contentatur
ibid. definet	deſinit
pag. 6 col. 2. Indicici	Indici
pag. 7. col. 1. Matruum familias	Matrum familias
pag. 1 a. col. 2. ſub num 3. inedargata	inredarguta
pag. 1 0. col. 2. nu. 4. expectans	ſpectans
pag. 12. col. 1. nu. 7. ſexcentum	ſexcentis
ibidem infringere	inſurgere
ibid. col 2. nu 9. excuſationes	excuſatores
pag 13. col. 1. n. 1 a. Bonifacius VII.	Bonifacius VIII.
pag. 14. col. 1. num 14 quod eſt	eſt
ibid. col. 2. nu. 11. & in Ouid.	& hinc Ouid.
ibid. ededicere	edidicere
pag 11. col. 1. nu. 17. eius Vicarium	ſuum Vicarium
ibidem eius Patrem	ſuum Patrem
ibidem legimus	legamus
ibid. col. 2. num. 18. in ſcripsis	in ſcripta
ibidem num. 19. in ſcriptis	in ſcripta
pag. 10. col. 2, num. 24. grados	gradus
pag. 19. col. 2. nu. 26. Congruentium	Congruentibus
ibidem num. 27. poteſtatarum	poteſtatum
pag. 23. col. 1 num. 47. Pontificiam	Pontificum
ibidem num. 12 immiſcit	immiſcet
pag. 27. col. 1. num. 03. reddis	redit
ibidem eſſe Clericus	ſe eſſe Clericum
pag. 28. col 2. num 68 pronunciat	pronunciat
pag 20 col. 1. num. 71 ſi vero	ſiuè
pag 31. col. 2. n. 74. n hel cōſuetudine	nil conſuetudine
ibidem fraxineaſque	fraxineaſque
pag 32. col 1. num. 79. quodam	quoddam
pag 36. col 2. nu. 96. in præſentiacum	in præſentiarum
pag. 30 col. 1 num. 104. ceſſauit eius eas onabilitas	ceſſauit eius irrationabilitas
pag 4 a. col. 2. nu. 105. ſuper Clericis	ſuper Clericos
pag. 42. col 1. num. 111 actius	actus
ibidem col 2. num 113. conſenſiſſe	conſenſiſſe
pag. 43 col. 2. num. 117. l. b.	lib.
ibidem redditibus	redditibus
pag 44. col. 2. num. 120. laitus	latius
ibidem interuenit	interueniat
pag. 41. col. 1. num 121 amtita	amitam
ibidem col 2. num. 120. dicimus	dicemus
Pag. 47. col. 1. nu. 133. Ouidio	Ouidij
Ibidem Etrop.	Eutrop.
pag. 48. col. 1 nu. 130. ſit maior	ſit maius
pag. 49. col. 2 nu. 141. quæ haberet	quam haberet
pag 11 col 1. nu 144. probauimus	probabimus
pag. 12. col. 1 n. 146. noſtri terminis	Ritus noſtri terminis
pag. 53. col. 2 n. 154. ad præſcribēdā	ad præſcribendum
pag. 15. col. 1. nu. 158. inducere	induere
pag. 16. col. 1. nu. 163. reſpiciunt	recipiunt
pag 56 col. 2. nu. 164. etiam ſit	etiam ſi
ibidem ſit	ſit
ibidem nu. 165. impedito	impeditum
ibidem nu. 166. reuertit	euerſum eſt
ibidem Regnum	Regum
ibidem illud	illo
ibidem conſentirent	conſenſiſſent
pag. 57 col 1. nu. 167. ſupradictarum	ſupradictorum
pag 58. col. 2. nu. 174. Celeſtini	Callixti
pag. 59 col 1. nu. 175. hoc Regno	hoc Regnum
ibidem poſſent	potuiſſent
ibidem num. 176. in ſubdito	in ſubditum

ERRATA	CORRECTIO
pag 63. col. 2. nu. 190. Indici enim	Indicis enim
pag. 61. col. 1. num. 194. de Tale	de Tali
pag 69 col. 2. nu. 213. ſit facile	ſit futile
ibidem à Indice	in Indice.
ibidem fundatum	fundatam
pag 72. col. 1. nu. 216. ipſi Indici	ipſam Indicem
ibidem ſibi pulſata	ſi pulſata
pag. 75. col. 2. num. 221. propoſito	prepoſitio
ibidem difficultatis	difficultates
ibidem num. 226. Scebola	Scæuola
pag. 76. col. 1. nu. 227. non poteſt	non poſſit
pag 77. col. 1. nu. 234. patrari	patrentur
ibidem nu. 231. incidenter	incidentes
pag. 78. col. 1. nu. 238. interpellere	interpellare
pag 79. col. 1. nu. 242. conſtiterunt	conſtiterunt
ibidem col. 2. gemina	gemina
p 80. co. 1. n. 241 probauimus diffusè	probabimus diffusè
ibidem tractauimus	tractabimus
pag. 81. col. 2. nu. 250. quodam	quadam
pag. 83 col. 1 nu. 218. vices	vires
pa 85. col 2. n. 260. Circa ſecundum	Circa ſecundam
ibidem vt ne	ne
pag. 88. col. 1. nu. 275. digne excommunicationis	dignis excommunicatione
pag 89. col. 1. num. 2. ex audientia	ex audacia
pag. 93. col. 1. num. 281. & ſola præſentatione	cum ſola præſentatione
ibidem ſiriudicatu	ſoriudicatu
pag 93. col. 2 nu 283. ſuccumbuit	ſuccumbit
pag 97. col. 2. nu 288. enim effectu	cum effectu
ibidem niſi comparente	niſi comparens
pag. 98. col. 1 nu. 209. vt ad literam	& ad literam,
pag. 99. col. num. 289 & opertam	& obertum
pag. 100. col. 1. nu. 292. nihilſi	nihil ſi
ibidem nu. 293. inter continentem	inter continens
pag. 100. col. 1 nu. 3 a0. delinqueris.	deliqueris
pag. 108. col. 1 nu. 311 qui cum	qui eum
ibid col. 2. nu. 312 qui tamen	qui tamen
ibidem eſt conſiderabilis	eſt conſiderabile
ibidem col. 2 nu. 313. Doreyamn	Doreyaume
pag. 112. col. 1. nu. 310. qua inſidere	quas inſidere
pag. 111 col. 2 nu 324. fraſi	phraſi
pag 119. col 1. nu. 337. in pœnis contentis	in pœnas contentas
pag. 120. col. 2. nu. 345. contudinis	conſuetudinis
pag. 127. col. 1. ſuffrari	ſuffragari
pag 128 col 1. quod Index	que Index
ibidem col. 2. non eſt differendum	non eſt deferendum
pag. 109. col. 1. Fratruum	Fratrum
ibidem col. 2. Aequites	Equites
ibidem deſtricto	de ſtricto
pag. 130. col. 1. eſſe aliquis	eſſe alius
ibidem col 2 demiſſorys	adde, Capituli
ibidem dignitatis idoneus	dignitati idoneus
ibidem introductione	introductione
ibidem Cap.	Capitulum
pag. 133 col. 1. anguſta	anguſtanda
ibidem ſuſpectis	ſuſpectum
pag 134. col. 1. cohartatam	coarctatam
ibidem col 2 poſtea eam	poſtea ea
ibidem erubeſcimur	erubeſcimus
pag. 131. col. 1. inducit	inducit
ibidem differma	de forma
ibidem inſtam an cauſam	inſtam cauſam
pag. 131. col. 2. Inprepoſitio,	In, prepoſitio,
pag. 137, col. 2. pro vtile	pro vtile

pag. 138

ERRATA	CORRECTIO
pag. 138. col. 2 preſcripium	preſcriptum
ibidem poſſeſſu	poſſeſſum
pag 138. col. 1. Stillico	Stilicon]
ibidem maneant	manant
pag. 139. col. 2. nu. 3. aliquem	aliquis
ibidem Indicem	Index
pag. 140. col. 2 nu. 7. e iam	etiam
pag 142 col. 1. nu 11. qui tranſit	quia tranſit
pag. 144. col. 2 nu. 21. delictum committendum.	delicto committendo
pag 145. col 2 n. 24 tanti ingenij	tanto ingenio]
ibidem ille viri	ille vir
pag 146. col. 1. n. 37. Ginitas	Cenitas
ibidem nu 28 coram Superiori	coram Superiore
pag 148. col. 2. nu. 41 Apulij	Aprutij
pag. 149. col 1. nu. 40. reiciat	reyciat
ibidem col 2 nu 40 ſe inhibet	inhibet
pag. 153. col. 1 nu. 67. rupibus Alpis	rupibus altis ;
ibidem Rob-ra	Robora
ibidem Amutathes	Amurathes
pag 155. col. 1 nu. 72. Epicurij	Epicuri
pag. 155. col. 2. nu 73 Meliri	Melliri
pag. 156 col. 1. nu. 74. pratium trium denariorum	pretium trium denariorum
ibidem quem ad pœnam	quem ad pennam
ibidem col. 2. nu. 76. St. Babylona	Sic Babylona
ibidem illici forma	illice forma
ibidem mortalia]	mortalia
ibidem multi ſida	multifida
pag. 158. col. 2. nu. 81. lege remanet]	lege manet
ibidem qua mundi	qua mundani
ibidem nu 82. aliud eſſe	aliud eſſet
ibidem hominibus	homines
pag. 159 col 2. nu 84. ſi quidem	ſiquidem
ibidem ſi bene	ſe bene
pag 160. col 1 nu 85. cum eſſe	eum eſſe
ibidem opuum	opum
ibidem calet	callet
ibidem col. 2. duraque manus	duraque' manus
ibidem munera Regnum	munera Regum
ibidem anguſtior	anguſtior
pag 162 col. 1. nu. 90. caſtri	caſti
ibidem ſerbet	ſervet
ibidem ſerbauit	ſeruauit
pag. 163. nu 93. iungit virginitatem	iungit vlaginem
ibidem errore	error à
ibidem nec damnat	Nec damnet
pag. 163. col. 2. nu 94. Fratruum	Fratrum
pag. 165 col. 1. num. 104.	dele ſecũdò, aliquã dò donata, & oblati
pag. 165. col. 2. nu. 107. ſupra num.	adde 100.
pag. 167. col. 1. nu. 109. Ordinis	Ordines

ERRATA	CORRECTIO
pag. 170 col. 1. nu. 113 poet.	Poetic.
pag. 171. col. 2. nu. 121. at mox	vt mox
pag. 172. col. 1. n. 125. deberi cognoſci	debere cognoſci
pag. 173. col. 1. nu. 132. capruram	capturam
ibidem Sacri Concilij	Sacri Conſilij
pag 174. col. 1 n 135 ipsũ carceratũ	ipſi carcerato
pag 175 col. 2 nu. 143. quoad cauſam, & perſonam	quoad bona, & perſonam
pag 176. col 2 nu. 146. diſtinguere	diſtringere
ibidem nu. 147. Qua quidem ratio	Hac quidem ratio
pag 181. col 2. nu. 162. tenent	tenet
pag. 179. col. 2. nu. 156. & Index	vt Index
pag. 180. c. 1. n. 158. incorrigibilitatẽ	incorrigibilitatem
ibidem correptio	correctio
pag. 182. col 2. nu. 165. repellanda	repellenda
pag. 183. col. 1 n. 160. per anathemã	per anathema
ibidem col. 2. nu. 168. compremit	compreſſit
ibidem num. 186.	num. 168.
ibidem quodam notorium	quoddam notorium
pag. 184. col 2 nu. 173. ex diſplicet	ex eo diſplicet
ibidem num 174. effectuoſa	affectuoſa
pag. 186. num. 176.	num. 177.
pag 186 col. 1. nu. 176. de facile	de facili
pag. 187 c 1. n. 178. quod ad huius	quoad huius
pag. 188. col. 1. nu. 183. dicisa	deciſa
pag. 191. col. 2 nu. 180. vigiliſſimas	vrgentiſſimas
pag. 196. col 1. nu. 224. ſens iſſe	ſenſiſſe
pag. 199. col 2. nu. 230. ponunt	ponuntur
pag 200. col. 2. nu 43°. exequutione	exequutiuũ
pag. 204. col. 1 nu. 248. immatitò	immeritò
pag 205. col. 2. nu 253. In & cap.	& cap.
pag 207. col 1. n 258. Quod probare	Quid probare]
ibidem verſatus eſt	verſatus ſit
pag. 213. col 1. n 281. venus videtur	verius videtur
pag. 214. col. 1 nu 280 pe rerum	per rerum
ibidem quòd Clerecus	quòd, ex quo Clerius
pag. 216. col. 1. nu. 297. dicendũ eſſe	dicendum eſt
pag 225. col. 1. n. 331. ſtatim nu. 242	ſtatim nu. 342.
p. 227 c. 1. n. 339. dicemus à n. 258.	dicemus à nu. 342.
pag. 288. col. 2. nu. 342 Concilij	Concilije
pag. 229. col. 2 n. 352. cũ deſcriptione	cum adſcriptione
pag. 230. col. 1. nu. 392. collitur	colligitur
ibidem deſcriptum	adſcriptum
pag 232. col. 2 n. 366. inter teſtãmẽto	inter teſtamenta
pag. 233. col 1. nu. 381. familia oniſcum.	arciſcum.
pag. 238. col. 1. nu. 393. fer.	feri
ibid. col 2. nu. 408. quòd conferente	quòd conferentes
pag 246. col. 2. num. 436. nullo modo probatur.	nullo modo melius probatur
pag. 254. col. 2. nu. 469. ſupra n. 285.	ſupra num. 418.
pag. 255. col. 1. nu. 470. ſupra n. 267.	ſupra num. 393.